This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

J 134/11

Digitized by Google

Digitized by Google



SVMMA
S^TI RAYMVNDI
DE PENIAFORT
BARCINONENSIS
ORD. PRAEDICATOR.
DE POENITENTIA, ET MATRIMONIO
CVM GLOSSIS IOANNIS DE FRIBVRGO
hic liber adscriptus est
AD S. D. N. CLEMEN. PP. VIII.
bibliothecae palatinum augustanum
NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.
domus monialium
SVPERIORVM PERMISSV
1619 H. G.m
Cum Priuilegio

ANNO D.

M.DC.III.

Romæ sumptibus Ioannis Tallini

BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

Digitized by Google



Digitized by Google



MO MO
SANCTISS. AC BEATISS. PATRI
ET DOMINO NOSTRO
CLEMENTI VIII.
PONTIFICI MAXIMO.

ORDO PRAEDICATORVM SEMPITERNAM FELICITATEM.

INTER præclaros noſtri Ordinis viros, qui ſingulis ſæculis vitæ ſanctitate, morum integritate, & literarum peritia claruerunt, & (ſicut eiuſdem Ordinis primæua inſtitutio poſtulat) Euangelium prædicando, hæreticos, & hæreſes impugnando; & expugnando, prauas, & nouas doctrinas confutando, (vt tutæ ſemper & ſanæ retineantur, & vetera, ac Catholica dogmata inuiolata conſiſtant) in vinea Domini laborauerunt, Raymundus de Peniafort præcipuum ſemper obtinuit locũ; qui cùm Iuris vtriuſque cognitione eſſet inſignis, Præfecti Prouincialis ſui iuſſu, Summam de Pœnitentia, & particula-

Digitized by Google

rem quoque de Matrimonio compoſuit tractatum, vt eorum ſtudiis ſalubriter conſuleret, qui confeſſiones peccatorum audiunt. Eam in hoc genere primam fuiſſe conſcriptam, ac frequenti vſu receptam, memoriæ proditum eſt. Quam in hunc vſque diem deliteſcere compulit multorum aliorum induſtria, qui partus ſuos ex ea potiſsimum effinxerũt, & prius in lucem prodire curarunt: Eam ab obliuionis iniuriis ereptam, & nunc primum typis excuſam, Sanctitati Veſtræ humiliter offert humilis Prædicatorum Ordo, vt hoc potiſsimùm grati animi indicio, (maius enim nunc exhibere non poteſt) ſe arctiſsimis obligationis vinculis Sanctitati Veſtræ deuinctum profiteatur: cùm poſt Iacynthum Polonum, Raymundum quoque ſolemni Conſecrationis ritu (ſicut diu optauerat) conſecrauerit. Erit magni, & excelſi animi veſtri, munus hoc qualecumque libenter accipere, & partum viri Sancti fouere, vt veſtri nominis auctoritate munitus, ab impiorum, & imperitorum inuidia defendatur. Vale Beatiſsime Pater, teq. Deus vniuerſæ Eccleſiæ ſemper profuturum conſeruet.

Digitized by Google

PHILIPPO III.

HISPANIARVM REGI

CATHOLICO, POTENTISSIMO, ET INVICTISSIMO.

ORDO PRAEDICATORVM

PERPETVAM FELICITATEM.

INGENTIS beneficii loco posuit Ordo Prædicatorum eximiam Maiestatis Vestræ solicitudinem, cum animi pietate coniunctam, cùm inter tot Regnorum gubernacula, & negotiorum quasi fluctus, sæpè datis litteris ad Sanctissimum Dominum nostrum CLEMENTEM VIII. & aliquot Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, pro S. Raymundo canonizando, nedum intercesserit, verum ingenti quoque subministrata eleemosyna, eos magna ex parte sumptus, atque impensas fecerit, quas multiplex, quæ præcedere solet functio, necessariò requirit; quod vt non est nouum,

aut

aut Maiestati vestræ,& Maioribus vestris Hispaniarū Regibus inusitatum,summa obseruantia, summisq. officiis, ac beneficiis hunc Ordinem Prædicatorum decorare,ità non est nostrum,ea silentio præterire,aut ingratæ obliuioni tradere. Quamobrem cum post feliciter S. Raymundi canonizationis absolutā causam, de Summa eius de Pœnitentia nunc primum in lucem edenda,actum esset,nostri officii fuit, hac qualicumque significatione, & grati animi nota,indicare, Ordinem nostrum Maiestati vestræ,& denuo valdè remansisse deuinctum, & Regnorum vestrorum iuxtà antiquum institutum (quo potissimùm contra hæreticos, & prauarum doctrinarum professores certare consueuit,vndè illorum euersiones sæpè contingunt) commoda curaturum. Vale Rex inclyte, Christianorum Regum maximum decus, & ornamentum, teq. ardentissimo studio Catholicam Fidem protegentem, & latissimè propagantem, diu omnipotens Deus conseruet incolumem, ac demū post multos feliciter exactos annos, immortalis gloriæ corona fulgentissima auctum,in consortium Regni cælestis accipiat, sicut Ordo Prædicatorum assiduis precibus deprecatur.

Digitized by Google

DE SVMMA SANCTI RAYMVNDI;

EIVS ORDINE, GLOSSIS, ET EXEMPLARIBVS.

AD PIVM LECTOREM.

SVMMAM hanc de Pœnitentia, & particularem de Matrimonio tractatum composuit Sanctus Raymundus iussu Fratris Sugerij primi Prioris Prouincialis sui ordinis in Hispania, ad informationem, & directionem Fratrum, & omnium confessiones audientium, vt consilia salutaria confitentibus possent dare. Quam frequenti vsu tunc receptam testantur Sanctus Antoninus, alijq; viri docti affirmantes eam Raymundinam fuisse appellatam, & quasi primam in hoc genere in foro conscientiæ conscriptam. Ab hac deinde cæteri, qui simile argumentum tractauerunt, suas sacrorum Canonum allegationes fere petiuerunt, aliquando Raymundi expresso nomine, eo autem quandoq; tacito.

Lib. 1. de vita S. Raymundi c. 5.

Par. 3 chronicor. titu. 23. cap. 12. §. 2.

Quo tempore vir sanctus eam inchoauerit, & perfecerit, non satis cõstat: & quamuis Leander Albertus, & eum secutus Laurentius Surius affirment Raymundum post Epistolas Decretales anno 1235. in vnum congestas, hanc Summam edidisse, certius tamen videtur, quod Franciscus Penia Rotæ Auditor obseruauit, Raymundũ Barcinone opus inchoasse, Romæ verò aut perfeciſſe, aut profectum fuisse post absolutam Decretalium compilationem. In eam Ioannes de Friburgo Lector Ordinis Prædicatorum indicem, & apparatum, seu glossas edidit, antequam opus suum, quod Summam Confessorum appellauit, conficeret. Eas simul cum textu Summæ Beati Raymundi edere visum fuit, sunt enim non contemnendæ.

Lib. 1. vitæ Beati Raymundi c. 5.

Hoc opus vir Sanctus in tres partes distinxit, vt apparet ex eiusdem proemio §. 2. Tractatus autem particularis de Matrimonio in quibusdam Codicibus antiquis habetur antè Summam de Pœnitentia, in quibusdam verò subsequitur; ex ordine tamen & locutione Beati viri, post Summam de Pœnitentia adijciendus videtur. Nam in præfatione libri 4. Raymundus ait, post Summam de Pœnitentia, specialem de matrimonio subiecisse tractatum.

In hac editione, vnius Codicis manuscripti cæteris emendatioris ordo retentus est, vt primum locum summa de Pœnitentia in tres libros diuisa obtinuerit, deinde suum tractatus de matrimonio occupauerit; sic enim vetustus Codex habebat.

Raymundus vt erat Sacrorum Canonum peritia insignis, ad singula ferè dicta comprobanda, & casus decidendos, more veterum Canonistarum, frequentibus vtitur Sacrorum Canonum allegationibus, sicut in Decreto a Gratiano compilato, & in Epistolis Decretalibus, quas ipse iussu Gregorij Noni compilauerat, continentur: nam liber sextus Decretalium, & aliæ iuris Pontificij subsequutæ collectiones, quibus nunc iudicantium forus vtitur, nondum in Rempublicam prodierant.

Vtitur sæpè Beatus Raymundus auctoritate quorundam Doctorum antiquorum, nempè Vincentij, Hugotionis, Ioannis, Bernardi, Laurentij, Roffredi, & Tancredi, qui

qui vt plurimum breuitatis causa, & more vetusto, aut vnico primo nominis charactere apposito exprimuntur, videlicet. V. H. I. B. L. R. T. aut duobus, vel tribus expressis sic: Vin. Hu. Io. Ber. Lau. Ro. Tanquam perinde esset, ac si diceretur, Vincentius, Hugutio, Ioannes, Bernardus, Laurentius, Rofredus, Tancredus. Fuerunt autem Doctores isti sæculo Raymundi, & paulò anteà Sacrorum Canonum peritia illustres, quorum adhuc glossæ antiquæ extant manuscriptæ in canones à Gratiano collectos, & in veteres compilationes Decretalium, sicut Franciscus Penia annotauit.

Lib. 1. vitæ Sancti Raymundi c. 9.

In hac Summæ editione, vt quantum fieri posset, emendata prodiret, vetusti Codices, qui emendatiores haberi potuerunt, quæsiti sunt; omnes enim ferè propter vetustatem, & scribentium incuriam innumeris scatebant mendis; sed duos cæteris emendaciores Romæ exhibuerunt duæ Bibliothecæ RR. Patrum Rotæ Auditorum Franciſci Peniæ, & Horatij Lancellotti, ex quibus primus ille vetustior apparebat; nulliſq; oneratus Glossis solum referebat Beati viri textum; Alter R. P. D. Lancellotti, qui in tres libros diuisus erat, quibus annectebatur quartus de Matrimonio, memoratas Friburgi Glossa satis bonis characteribus efformatas continebat, & huius potissima fides retenta est in hac impressione: Tertium deinde suppeditauit Reuerendus Pater Magister Frater Petrus Ioannes Saragosa Ordinis Prædicatorum.

De Auctoritate Summæ Beati Raymundi.

AVCTORITATEM huius Summæ commendant author ipse Raymundus, qui vitæ sanctitate, & miraculorum operatione in vita, & in morte claruit, quem ob eorum continuationem post tria sæcula Sanctissimus D. Noster Clemens Papa VIII. solemni ritu canonizauit: modus item docendi facilis vbiq; apertus, & tutus; cùm vir sanctus in casibus & articulis ambiguis decidendis, aut sacrarum litterarum, aut sacrorum canonum, aut sanctorum Doctorum auctoritate niratur: istis autem deficientibus, ad peritos in arte, egregios videlicet Canonistas recurrit; rarò autem, aut nunquàm propria auctoritate, aut sensu nititur: nouitates enim & singulares opiniones, tanquàm pestem, perpetuò vitandas putauit. Postremò eandem Summam valdè commendant Illustrium Doctorum agmina, qui post Raymundum floruerunt, omnes enim & iuris ciuilis professores, & Sacrorum Canonum Doctores, & Theologiæ Magistri, Raymundi Summam venerabiliter quoties se obtulit occasio, allegantes, viri Sancti testimonio sunt vsi ad sua dicta comprobanda: Longum, & laboriosum esset id singulariter velle prosequi; Res nota est, & manifesta.

De vita Beati Viri.

BEATI huius viri vitam, & miracula cum luculento Sanctitatis encomio pleriq; viri graues, & docti conscripserunt: Vetustus primum autor aliquot annis post fœlicem sancti transitum, primarias eius actiones prosequutus vsq; ad obitum, eam litteris mandauit; Paulo post Petrus Marsilius idem præstitit, quam copiosius deinceps prosequuti sunt recentiores Leander Albertus, Ferdinandus del Castillo, Saluador Pons, Michael Llot, Franciscus Diagus, & post illius canonizationem eandem locupletauit Franciscus Penia Rotæ Auditor, ex quibus potissimum illam postremo concinnauit Antonius Vincentius Domenec. Cæterum quoniam in litteris, seu diplomate pontificio canonizationis elegantius continetur, ideo in gratiam lectoris hic referre placuit.

Digitized by Google

S. D. N.

D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE OCTAVI, DECRETALES LITERAE,

QVIBVS BEATVS RAYMVNDVS APENIAFORT Barcinonenſis Ordinis Prædicatorum, in Sanctorum Catalogum adſcribitur, ac decernitur, vt ab vniuerſali Eccleſia vti Sanctus colatur, illuſq. Feſtum, & Officium ſicut pro vno Confeſſore non Pontifice ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præſcriptam anno quolibet, die ſeptima Ianuarij, celebretur cum Indulgentiarum elargitione.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ROMANA Catholica Eccleſia, quæ ſupra fundamentum Apoſtolorũ, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu ædificata, diuinitus à Spiritu ſancto regitur, & ineffabili eius æternæ ſapientiæ prouidentia mirabiliter gubernatur, in eadem vnitate fidei, & doctrinæ veritate, quam à Chriſto ſuo ſponſo, & Apoſtolis accepit, perpetua conſenſione perſeuerans, à Deo Patre miſericordiarum continuis gratiæ cæleſtis benedictionibus cumulatur, ac veluti fœcunda mater multiplici ſanctorum prole aucta, eorumdem meritis, ac virtutibus illuſtratur: Atq, hanc fidei Catholicæ vnitatem vnus, idemq; ſpiritus per multas gratiarum diuiſiones in corpore Chriſti, cuius nos membra ſumus, anteà operatus eſt, & nunc etiam operatur. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertiò Doctores, qui vnum Dominum, vnã fidem, vnum baptiſma prædicarunt, ac veritatem facientes in charitate, creuerunt in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexum eſt per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationẽ in menſuram vniuſcuiuſq; membri: Præcipua verò huius myſtici corporis membra ſunt viri ſancti, quos elegit Deus, & prędeſtinauit in vitam, qui eandem fidem ſemper tenuerunt, & pro eius defenſione legitimè certantes adepti ſunt repromiſſiones, & in cælis coronari meruerunt. Huius autem fidei vnitatem, in qua vnum corpus in vno ſpiritu efficimur, iam inde ab ipſius Eccleſiæ naſcentis initio ad hæc vſq; tempora Principes, & poteſtates tenebrarum multis hæreſum procellis, ac turbinibus excitatis labefactare, & conuellere tentarunt; ſed diuina Chriſti ſapientia, qua Eccleſiam ſuam ſupra firmam petram fundauit, aduerſus quam portæ inferi prævalere nunquam poterunt, potenti ſua dextera eam ſemper defendit, & vſq; ad conſummationem ſeculi conſeruabit.

Epheſ.2. *2.Cor.1.* *2.Cor.12.* *Epheſ.4.* *Epheſ.4.* *Rom.8.* *2.Timoth.2.* *Hebr.11.* *1.Cor.12.* *Epheſ.6.* *Matth.7.* *Matth.16.*

Digitized by Google

uabit. Atq; in hoc admirabilis Dei prouidentia maximè elucet, quod omnium penè seculorum ætatibus, & ijs præcipuè temporibus, quibus religio Catholica Tyrannorũm atrocitate, & hæreticorum perfidia impugnata est, inuictos martyres, athletas fortissimos, glorioſos confessores, & viros sanctos, magnos in virtute, ac prudentia præditos, aduersus Tyrannorum sæuitiam, atq; hæreticorum iniquitatem excitarit, qui suo sanguine fidem Christianam decoratam, ac vitæ integritate, doctrinis, virtutibus, & miraculis confirmatam latissimè propagarunt. Ac superioribus quidem seculis ex glorioſi Patris Sancti Dominici familia Beatus Raymundus à Peniafort Barcinonensis extitit, qui amator veræ sapientiæ, quæ nunquam marcescit, spretis omnibus mundi diuitijs, dies factus est in gratia Dei, quæ data est in Christo Iesu in omni verbo, & scientia, dies in humilitate, & virtute, dies in bonis operibus, in quo deniq; Deus ostendit abundantes diuitias gratiæ, & gloriæ suæ. Nam vocauit eum in partem sortis Sanctorum, & impleuit agnitione voluntatis suæ, in omni sapientia, & intellectu spirituali, ita vt plenus Spiritu sancto, & fide in medio Regum, & Magnatorum sapientiam loqueretur, non sapientiam huius seculi, neq; Principum huius seculi, qui destruuntur, sed Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est à sapientibus huius mundi, & reuelata paruulis: nimirum verus Dei minister in paupertate, in omni patientia, in orationibus, in laboribus Dei gloriam quærens, ac mysterium fidei in cõscientia pura fidelibus, & infidelibus summa charitate patefaciens, permultos in cæcitate cordis à via salutis aberrantes, verbo veritatis, & innocentia vitæ in rectam mandatorum Dei semitam traduxit, & aduersus hæreticorum impetum, & audaciam se tanquam murum fortissimum, & inexpugnabilem opposuit. Insuper Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, dedit ei gratiam curationum, ac sanctitatem eius, in virtute Spiritus sancti, per signa & prodigia, cùm in eius vita, tum post obitum ita manifestauit, vt eius gloria per ampliſſima Hiſpaniarum regna permanarit. Hæc enim est summa Dei benignitas, qua sanctos suos, qui in contemptione honorum, in omni rerum humanarum despicientia, & in cruce Christi Domini Nostri gloriantes in hac vita eius laudem, & honorem amplificarunt, nunc eosdem glorificans, à quibus ipse honorificatus est, veluti quadam vicissitudine honoris, omnium bonorum felicitate in cælis remunerat, & tribuit eis nomen sempiternũ, quod nunquam interibit. Quamobrem ad eorum virtutes imitandas vehementer incitari debemus, cum huiusmodi homines auersos ab honoribus, in tribulationibus, in angustijs tantam adeptos esse gloriam videamus, vt sua tenuitate, & humilitate omnium Regum amplitudinem, omnem huius mundi existimationem, & dignitatem longè superarint. Nam diuersæ sunt viæ Dei à vijs hominum, qui in vanis cogitationibus, & curis inanibus occupati loquuntur sublimia gloriantes; Deus autem sedes Ducum superborum destruxit, & cessare fecit memoriam eorum à terra, memoriam verò humilium sensu reliquit, & maximis honoribus, ampliſſimisq; monumentis consecrauit. Quarè Beatum Raymundum meritò laudamus, & Deum in eo benedicimus, qui singularibus gratiarum donis, & summis virtutibus eũ ornauit; de cuius vita, morum sanctimonia, fidei puritate, & admirabilium signorum multitudine pauca solum ad communem totius Ecclesiæ vtilitatem proponimus, vt omnes intelligant quibus tandem ille gradibus in cælum ascenderit, ac Deo gratias immortales agant, eius nomen in Ecclesia Dei publico hoc nostro, & Sedis Apostolicæ decreto, numero Sanctorum fuisse adscriptum.

Matth.28. *Ecclesiast.44.* *Sap.6.* *1.Corinth.* *1.Iacob.1.* *1.Tim.6.* *Ephes.2.* *Coloss.1.* *Act 10.* *Eccl. 39.* *2.Cor. 2.* *Matth.11.* *2.Corinth.6.* *1.Timoth.3.* *Psal. 118.* *Psal. 67.* *Cor.12.* *Rom. 15.* *Galat. 6.* *1.Reg. 2.* *Isa. 56.* *2. Cor. 6.* *Isa. 55.* *1.Reg.2.* *Eccle.10.*

Beatus Raymundus Barcinonensis ex nobili familia de Peniafort originem duxit. Prima in pueritia religionis Christianæ rudimentis imbutus iam magnum aliquid portendere videbatur, cum esset eximia corporis, & animi indole, & naturæ quodam instinctu ad virtutem, & pietatem in dies magis propenderet. Adolescens humaniores literas tam auidè arripuit, vt exiguo tempore maximos progressus fecerit, & eas artes, quas planè didicerat, Deo adiuuante, summa cum laude plurimos Barcinone gratis docuerit. Atq; vt è talentis sibi à Domino concreditis lucrum faceret ampliſſimum, Bononiam, velut ad commune bonarum artium domicilium, & disciplinarum emporium profectus est, vbi tempus sibi ad negotiationem sapientiæ datum non insumpsit in vanis, & carnalibus desiderijs, quibus ætas illa iuuenilis à studio virtutis abripi sæpè solet, sed pietatis officijs, ac Pontificio, ciuiliq; iuri toto pectore incubuit, ac tandem Doctoris laurea, cæteriſq; doctrinæ insignibus decoratus, sacros Canones publicè magna cum hominum admiratione absq; vllo stipendio est interpretatus; cui postea cum Senatus Bononiensis ob præclaram eius eruditionem honorarium ex ære publico decreuiſſet, ipse labores suos Domino sanctificans, datæ sibi à senatu pecuniæ, omniumque rerum,

Beati Raymundi à Peniafort origo. *Studium.* *Progressus in litteris.* *Matth.25.* *Beatus Raymundus Bononiam proficiscitur.* *Prou. 31.* *1.Pet 2.* *Creatur doctor.* *Publicè docet canones.* *Lenit.27.*

quas

quas sua industria comparasset, Deo in primis, ac suo Parocho Decimas fideliter offerebat. Quo in munere docendi cum aliquot annis egregiam nauasset operam, & iam eius eruditionis fama per Italiam increbuisset, Berengarius Barcinonensis Episcopus eius virtutibus, ac scientia permotus, Roma suam ad ecclesiam rediens Bononiam iter instituit, vbi Beatum Raymundum conuenit, ac multis vltrò, citròque sermonibus habitis, Berengarius virum admiratus, ac secum ipse reputans eum ingenti Ecclesiæ suæ ornamento, & vtilitati futurum, vehementer institit, vt secum ad ecclesiam Barcinonensem, vbi educatus fuerat, reuerteretur, quod tandem magnis ab eo precibus obtinuit, quem etiam aliquantò post eiusdem Ecclesiæ Canonicatu, & quadam Præpositura addita ornauit. Hoc beneficio, & dignitate auctus, omnibus Canonicis, & vniuerso illius ciuitatis populo integritatis, ac doctrinæ splendore præfulgebat, eratque tanta eius in omni gestu, motuque corporis modestia, & totius vitæ consuetudine suauitas, vt omnium ætatum, atque ordinum homines in amorem sui raperet, & admirationem. Deiparam Virginem singulari pietatis affectu venerabatur, eiusque honorem, & cultum pro viribus semper auxit. Nam cum festus Annunciationis eiusdem Virginis dies ea in Ecclesia minus celebris haberetur, ipse ab Episcopo, & Capitulo impetrauit, vt duplici ritu solemniter perpetuo coleretur, atque ex Præposituræ suæ redditibus censum annuum attribuit Canonicis in distributiones erogandum, qui sacris officijs eo die interessent.

Redit Barcinonem.

Creatur canonicus Barcinonensis.

Annunciationis Beatæ Mariæ festum solemniter celebrari curat.

Magnam hac ratione apud omnes auctoritatem, & sanctitatis opinionem sibi conciliarat, totiusque ciuitatis oculos, animosque omnium, ac præcipuè Prælatorum, & Principum in se conuerterat, cum inanem mundi gloriam instar fœni arescentis decusso flore marcescentem apud se ipse contemnens, ad sublimiorem vitæ statum aspiraret. Venerant tunc in eam vrbem recenter Fratres Ordinis Prædicatorum, qui Apostolicum in morem Euangelio Christi prædicando populum docebant, & ad cultum Dei, studiumque pietatis incitabant, quorum vsu, & consuetudine primùm delectari Beatus Raymundus; deinde etiam ad idem vitæ institutum amplectendum vehementer cæpit inflammari; neque anceps ea, difficilisuè cogitatio fuit; Nam inclinatum eius animum, & in via salutis ambulantem speciosi illi pedes Euangelizantium pacem in montem Domini, perfectionis nimirum Euangelicæ apicem facilè deduxerunt.

Magna fuit apud omnes B. Raymundi auctoritas, & sanctitatis opinio.

Isai. 40. Rom. 10. Psal. 54.

Itaque iam matura ætate annum circiter quintum supra quadragesimum agens, abdicatis honoribus, spretisque omnibus diuitijs, assumpsit pennas, vt columbæ, atque in requiem Domini euolans, in Ordine Fratrum Prædicatorum solemnem professionem emisit: Quod vt omnibus admirationi fuit hominem genere nobilem, doctrina præstantem, affluentem bonis, dignitate, & fama celebrem, suscepto religiosæ vitæ instituto, spontaneam paupertatem opibus, suique contemptum honoribus, & commodis prætulisse; ita eius exemplo complures literati, ac studijs, doctrinisque dediti nobiles viri eundem Ordinem sunt amplexi, ac propterea magnum ea religio in dicta ciuitate suscepit incrementum. Hic iam nouus Christi miles aduersus humani generis hostem fortiter dimicare apud se statuens, ac turrim æternæ salutis ædificans, vt sapiens architectus, humilitatis religiosæ, quæ cæterarum est parens, custosque virtutum, fundamenta iacere decreuit. Itaque etsi omnibus eruditione, & prudentia antecellebat, hoc tamen ipso demissius sentire de se, alijs omnia, sibi nihil tribuere, singulos honore debito prosequi, denique libentius delitescere, quam in lucem prodire consueuerat, cuius ille virtutis tenacissimus in omni vita fuit: & quoniam obedientia humilitatis vita est, ad hanc tuendam, atque conseruandam exemplo mediatoris, & Saluatoris Domini Nostri Iesu Christi, qui humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, vir iustus die ac nocte, meditabatur obedientiam, ac sepulto propriæ voluntatis arbitrio, mortuus huic sæculo vitam cum Christo in Deo abscondebat, ac totus à superiorum nutu pendebat. Beatam paupertatem regni cælorum præmio dignam, & Christi ore laudatam toto pectore amplexus est, ac eam veluti fraternæ pacis fundamentum, munditiam vitæ, curarum huius mundi abdicationem; proximam denique, & quasi compendiariam ad Deum viam studiosissimè semper coluit, ac semetipsum, tanquam aurum igni probatum in camino paupertatis expurgabat. Castitatis, quæ cælestis, & Angelicus thesaurus est, amantissimus fuit, ac præcinctus lumbos, & lucernam boni operis in manibus habens, eam in fictili corporis sui vase in sanctificatione, & honore portans, incorruptam, & integram vsque ad extremum vitæ diem conseruauit, & qua erat in Dei matrem & intemeratam Virginem Mariam pietate,

Ordini Fratrum Prædicatorum ingreditur, & in eo professionem emittit.

Mare. 12. 1. Cor. 3.

Præcipuas Religiosorum virtutes amplectitur.

Humilitatis fuit tenacissimus.

Climach. gradu 4.

1. Timot. Philipp. 2. Prou. 15.

Coloss. 3.

Paupertatem toto pectore amplexus est.

Climach. gradu. 17.

Isai. 48. 2. Cor. 4.

Castitatis amantissimus fuit.

2. Pet. 1. Luc. 12. 2. Cor. 4. 1. Thessal. 4.

Digitized by Google

in cuius fidem, & clientelam se iamdiu antè contulerat, nullum firmius ad Dæmonis vires conterendas, quàm eiusdem Virginis præsidium inueniri posse certum, exploratumque habens, eius patrocinium assiduè inuocabat, ac tantus erat eius in oratione feruor, & perseuerantia, vt ex varijs occupationibus se ipse frequenter colligens sederet solitarius, & leuans se super se diuinæ contemplationi vacaret, in qua cælestes planè spiritus hauriebat, & de fontibus Saluatoris aquas sapientiæ salutaris accipiens, tanto gratiarum imbre omnes vitæ suæ actiones irrigabat, vt flumina aquæ viuæ de ventre eius in aliorum vtilitatem promanarent.

Dei Matrem intemeratam Virg. Mariã assiduè inuocabat.

Threm. 3. Isai. 12. Ioan. 7.

In pauperes, ac præcipuè captiuos dura seruitute ab infidelibus detentos propensissimus erat, nullumque officij genus vnquam prætermisit, quo eos liberari posse existimaret, quorum hoc etiam maiorem curam, & sollicitudinem gerendam esse censebat, quò in grauiori periculo Christianæ fidei abiurandæ, & amittendæ salutis æternæ versarentur. Cum itaque eius hortatu Petrus Nolascus natione Gallus, cuius confessiones Beatus Raymundus audiebat, vir opibus florens, & insigni pietate præditus, ad inopes alendos, & maximè ad captiuos ex Barbarorum vinculis redimendos, suas copias, & opes magna cum alacritate ac libenti animo conferret, egregium pij, ac liberalis animi officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit. Nam proxima nocte insequente Beatissima Virgo Dei mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus, & orationi vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Christianorum in captiuitate degentium succurri posset, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac vnigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet captiuos è tyrannide Turcarum liberandi: ac illa ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima Beato Raymundo, & Iacobo primo Aragoniæ Regi apparuit, id ipsum de religiosis admonens. Quare hi collatis inter se consilijs, & consentientibus animis ordinem Beatæ Mariæ de Misericordia, seu de Mercede redemptionis captiuorum fundauerunt: cui Beatus Raymundus certas viuendi leges præscripsit ad istius Ordinis vocationem accommodatissimas, quarum approbationem aliquot annis post à fel. rec. Gregorio IX. prædecessore nostro impetrauit, & dictum Petrum, qui eidem Ordini omnia sua promptè dederat, primum etiam Generalem Ordinis Magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creauit.

Pauperum & captiuorũ præcipuè curam gerebat.

Ordinis Redemptionis Captiuorũ fundatus & leges addidit, & primũ Magistr. Generalẽ creauit.

Hæc Beatus Raymundus, quæ ad vnius Dei gloriam, & proximi vtilitatem gesserat, etsi occultissima esse volebat, tamen ardentem illius in egenos charitatem, & vitæ sanctimoniam iam vbique fama vulgauerat, & sanctæ eius doctrinæ odorem manifestabat in omni loco. Quamobrem bonæ memoriæ Ioannes Cardinalis Episcopus Sabinensis eruditionis, & pietatis laude clarissimus ab eodem Gregorio IX. prædecessore nostro in Hispaniam ad crucem aduersus Saracenos prædicandam, aliaque Sedis Apostolicæ negotia pertractanda Legatus de latere missus multorum sermonibus singularem eius integritatem intelligens, eum sibi legationis accepit adiutorem.

Cum Ioanne Card. Episcopo Sabinensi in Hispaniã proficiscitur.

Quo in munere Beatus Raymundus tanta cum prudentia, tanta humilitate, & charitate versatus est, vt omnibus esset bonus odor Christi ad vitam. Nam etsi honestissimo loco natus esset, & iam ætate prouectus, multisque virtutibus cumulatus magna apud omnes auctoritate polleret; in hoc tamen longinquo, & difficillimo itinere nullis vnquam ab eo precibus obtineri potuit, vt equo veheretur, sed verus Christi discipulus calceatus pedes in præparationem Euangelij pacis, & assumpto spiritus gladio, quod est verbum Dei, iter suis comitatus socijs pedibus faciebat, & Cardinalem, quò erat venturus præuertens, quasi viam antè faciem eius in benedictione præparans, Euangelio Christi prædicando permultos, adiuuante Domino, ad arctam salutis semitam à via lata, & spatiosa traducebat, & confessiones audiendo, à censuris, & à peccatorum nexibus liberabat. Quodque omnibus mirum fuit, toto illo itinere nihil vnquam de solita ciborum abstinentia, vigilijs, ieiunijs, precationibus, totiusque religionis seueritate remisit, sed obseruantissimus constitutionem sui ordinis, ne latum quidem vnguem ab illius statutis, & legibus discedebat. Quare suspiciebant ipsum vniuersi, colebant omnes, Ioannes Cardinalis summoperè diligebat, qui perfunctus legatione ad Vrbem rediens, cum Beatum Raymundum vna secum adducere decreuisset, numquam id tamen ab eo potuit impetrare: sed cum ad eundem Gregorium IX. prædecessorem nostrum, de rebus legationis referret, tam multa, eaque præclara de huius Beati viri virtutibus dixit, vt idem Gregorius prædecessor illius videndi

2. Cor. 2.

Ephes. 6.

Luc. 1.

A Greg. IX. vocatus Romam venit.

Digitized by Google

videndi desiderio incensus, cum ad se confestim euocarit, cuius ille dicto audiens, quanquam religiosæ quietis auidissimus, Romam venit.

Ab eodē Gregorio Capellanus & Pœnitentiarius cōstituitur.

Excepit eum amanter, & benignè prædictus Gregorius prædecessor, ac breui perspectis, & exploratis eius animi dotibus, summisque virtutibus, Capellani sui officio, quod tunc temporis idem erat, quod nunc est causarum Palatij Apostolici Auditorum, & Pœnitentiarij dignitate ornauit, ac tanti semper fecit, vt non nisi adhibito eius consilio grauiores causas tractaret: quem cum etiam à sacris sibi confessionibus præfecisset, is, qua erat in egenos charitate, pœnitentiæ loco illi iniungebat, vt inopum preces, & iustas petitiones statim audiret, eorumque negotia expediret, & quàm citissimè conficeret; quare ab eodem Gregorio prædecessore Pater paupertū appellatur. paupertum est appellatus. Decreta Romanorum Pontificum, quo quæque tempore condita erant, diuersis in Epistolis, & Concilijs sparsa, quæ obscuritatem, & incertitudinem inducere videbantur, ad communem omnium, & maximè studentium vtilitatem, in ordinem, & compendium redigi iamdiu omnibus ferè placuerat, sed tanto operi vir idoneus quærebatur. Ita*Decretales in ordinem redigit.* que Gregorius prædecessor Beatum Raymundum huic muneri aptissimum esse ratus, id oneris ei imposuit, quod tandem ipse ingenti labore trium annorum spatio feliciter absoluit, quemadmodum in ipso Decretalium proœmio grauissimo eiusdem Gregorij testimonio est comprobatum.

Hisce lucubrationibus, & assiduo humilitatis studio, quamdiu Romæ vixit, contra otiosam mentis euagationem, & inanis gloriæ cupiditatem se ipse tuebatur diligentissimè: Quare oblatos etiam honores, & amplissimas Ecclesiarum cathedras omni conatu repudiauit. Nam*Archiepiscopatum Tarraconēsem recusat.* cum Gregorius Archiepiscopatum Tarraconensem ei deferre decreuisset, id ille adeò grauiter, & molestè tulit, vt illicò febri correptus aliquot dies ingenti corporis, animique dolore torqueretur. Itaque ab huius mundi gloria alienissimus omni ope contendit, vt eam à se dignitatem auerteret: quod cum per se non posset, adhibitis multorum precibus, & quorundam Cardinalium auctoritate, eiusdem Gregorij prædecessoris animum ita inflexit, vt illius Ecclesiæ onus in eum transtulerit, quem ei muneri Beatus Raymundus aptissimum esse iudicauit. Hac difficulate perfunctus exultabat in Domino, ac veluti suo iuri redditus, gratijs Deo peractis, ad solitos labores sese contulit, quorum tandem magnitudine, & diuturnitate confectus, in tam grauem morbum incidit, vt illi certam mortem medici denunciarent, nisi patrium solum repeteret. Itaque dimisso confessarij eiusdem Gregorij prædecessoris munere, & obtenta abeundi facultate Barcinonem redijt, atque ita redijt, *Barcinonem redit.* vt eum animi candorem ab omni ambitionis labe intactum, & illæsum, quo imbutus ad Vrbem venerat, in patriam reportarit.

Vix ab Vrbe recesserat, cum statim ei *1.Cor. 12.* diuinitus per spiritum data est gratia sanitatum, atque operatio virtutum. Nam *B. Raymundo data gratia sanitatū & operatio virtutū.* cum ad eum Cathalòniæ portum, quem Tossa vocant, appulisset, aduectum ad se leui cymba quendam eius loci incolam, Barcelo de Faro nuncupatum (qui dum in messem incumberet, adeò graui, & repentino correptus erat morbo, vt statim omnibus orbatus sensibus, nullos neque clamores, neque admotos corpori stimulos perciperet, sed humi iacens exanimis, mortuus esse crederetur) Beatus vir miseratus, Deum, qui diues est in miseri- *Ephes. 2.* cordia, ardentissimè est deprecatus, vt ei vitam, quæ satis esset ad confitendum *Barcelo de Faro somnor tuus B. Raymundi precibus vitā qua satis fuit ad confitendū peccata obtinuit.* peccata, produceret: tum magna in Deum fide nixus infirmum proprio compellans nomine rogauit, an vellet peccatorum sordes sacra confessione diluere? Confestim ille velut è somno excitatus oculos sustulit, receptoque vocis vsu, id velle se, ac vehementer optare dixit; & confessione facta, atque exonerata peccatorum conscientia, perceptaque absolutione nihil amplius elocutus spiritum Deo reddit. Id circumstantes admirati glorificauerunt *Matth. 9.* Deum, quòd talem hominibus dedisset potestatem.

Atque vbi Barcinonem appulit, confirmatis paulum viribus, statim ad res diuinas, & cælestes contemplandas animum adiecit. Eius verò Barcinonem aduentus simulatque per Hispaniam innotuit, ingens hominum concursus ad eum fieri cœptus est, partim visendi gratia, partim consulendi (nam Pœnitentiarij potestatem *Ecclesiast. 22.* concessu eiusdem Gregorij, etiam ab Vrbe absens exercebat) quos omnes consolabatur in Domino, & spiritualibus monitis mirificè recreabat, eius enim scientia, quasi inundatio in omnibus abundabat, & consilium eius, sicut fons *B. Raymundus Pœnitentiarij munere, quo ipse absens ab Vrbe fungebatur sponte se abdicauit.* vitæ salutem animæ plurimis afferebat. Hac autem Pœnitentiarij potestate, quo liberius Deo, sibique vacaret, sponte se abdicauit, quamquam eius etiam absentis opera idem Gregorius prædeces-

sor, cæterique Romani Pontifices, qui eum sequuti sunt prædecessores item nostri vtebantur, vt ex ipsorum literis facilè constat, quibus ei grauissima negotia committebant. Conscripsit etiam Summam casuum conscientiæ, qui solent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ, atque auctoritatis, & tam confessarijs, quam confitentibus valdè vtilem, & necessariam.

Dum sacris, & suauibus hisce studijs, & iuuandi proximi occupationibus distineretur, anno humanæ salutis millesimo ducentesimo trigesimo octauo Iordanus eiusdem Ordinis secundus Generalis magister, ex hac vita excessit. Quare nouo Generali magistro deligendo Capitulum Generale Bononiæ est congregatum, vbi cum dissidentibus sententijs non satis Patribus inter se conueniret, ad Sancti Dominici corpus preces indictæ sunt, atque indè ad suffragia ventum, quibus omnibus, nullo penitus refragante, Beatus Raymundus absens Generalis magister est declaratus, cuius ille rei nuncio perculsus, atque animo perturbatus primum repugnare vehementer cæpit; sed prouectioribus ætate, ac sapientia Patribus Bononia Barcinonem aduentantibus, qui eam omnium, & Dei voluntatem esse confirmarunt, ægrè tandem acquieuit, ac magistratum inijt. Itaque aliorum precibus, & auctoritate victus animum ad regendam eam familiam adiecit, quam cum integro biennio sanctissimè, & magna cum laude administrasset, facto, ipso postulante superiore anno, ex communi Patrum sententia decreto, vt liceret Magistro Generali officium magisterij renunciare, proximo insequente Capitulo Bononiæ item habito affectam ætatem, infirmamque valetudinem incusans, pristinæ nimirum quietis, vitæque priuatæ auidissimus, Magistratu mærentibus omnibus sponte se abdicauit, quo veluti onere deposito, lætus, & alacer ad consuetas pietatis exercitationes, & proximi ad virtutem incitandi studium se quàm diligentissimè retulit, ac nihil vnquam antiquius habuit, quàm vt religionem Catholicam longè, lateque propagaret, & pro viribus ab hæresum labe vindicaret.

Magister Generalis Ord. Prad. absens Bononia declaratur.

Biennio elapso Magistratu sponte se abdicauit.

Iacobo I. Regi Arag. vt officium Inquisitionis in suis regnis institueret, suasit.

Quamobrem cla. me. Iacobo Regi Aragoniæ eius nominis primo in primis suasit, vt sacrum Inquisitionis officium suis in Regnis institueret, ad hæresim, videlicet, quæ tunc ex nefaria Valdensium secta recenter exorta erat, omnesque alias procul à finibus eius Regni arcendas, atque hanc ob causam Concilio Prouinciali Tarracone aduersus eosdem sectarios habito, iussu ipsius Iacobi Regis interfuit.

Sub idem verò tempus Saraceni, qui nobilissimas Hispaniæ Ciuitates, & finitimas insulas impia sui generis stirpe multò antè infecerant, armata manu vehementer etiã infestabant, quibus vt in suis regnis Euangelium Christi prædicaretur, eidem Iacobo Regi auctor fuit. Hunc etiam ad maiorem insulam ex Balearibus proficiscentem eius rogatu comitatus est, tum vt ei à sacris confessionibus esset, tum etiam, vt verbo Dei prædicando, fideique Catholicæ mysterijs explicandis, Hebræos, & Agarenos, qui ibidem magno numero erant, ad Christianam religionem adduceret; vbi cũ idem Iacobus Rex vesano amore captus cuiusdam fœminæ consuetudine vteretur, Beatus Raymundus, qua erat dicendi libertate, ac prudentia, illum blando primùm sermone ab ea conatus est reuocare; verùm vbi se nihil proficere animaduertit, tum orare, proque sua in Deum fide precibus omnibus cœpit obtestari, ne ob exiguam corporis voluptatem malè se ipsum perderet: sed neque preces quidquam profuere. Hic tum Beatus Raymundus animi dubius, & incertus, quò se verteret, consulto tandem precibus diuino numine, statuit nihil grauius sibi faciendum, quàm vt ex insula discederet; ne libidinem eiusdem Iacobi Regis, quam ferre amplius non poterat, probare sua præsentia videretur. Itaq. eum adijt, serioq; ac seuerè admonitum suę voluntatis certiorem fecit; Iacobus vero Rex eius apud se retinendi cupidus, nautas omnes præmoneri iussit, atque capitali edicto prohiberi, ne vllus eum traijceret. Interim ignarus huiusce consilij B. Raymundus in portum perrexit, vbi ab omnibus nauiculatoribus communi consensu reiectus, cognita Iacobi Regis voluntate, in portum Sollar profectus est, itineris sui comiti hoc vnum firmissimè asseuerans ibi æternũ Regem sibi non defuturum; at cum neq; in eo portu à nautis admitteretur, id secum ipse demiratus, hoc magna fide pronunciauit, Regem quidem mortalem ita statuisse, sed Regem æternum aliter prouisurum. Itaque omnibus in litore salutatis, per quasdam rupes, & prærupta saxa in mare porrecta aliquantulum progressus in mare descendit, ac sociũ allocutus, videbis, inquit, quemadmodum Deus optimam nauem prouidebit. Quare fiduciæ plenus, expanso super aquis pallio, reductaque eius ora instar veli ad baculum, quo tanquam malo vteretur, Dei opem inuocans, ac signo Crucis se muniens, relicto in insula suo modicæ fidei, ac dubitante socio, mari se commisit, ac leni,

Vt Saraceni Euangelium Christi prædicaretur eidem Iacobo Regi auctor fuit.

Vna cũ eodẽ Iacobo Rege ad maiorẽ insulam ex Balearib. proficiscitur.

Miraculum transfretationis B. Raymũdi.

ac leni, prosperoque inflante vento, perambulans semitas maris, ac benedicens Deum, qui dominatur potestati eius, centum sexaginta milliaria sex horis confecit, omnibusque circum litora insolitum nauigandi genus admirantibus, Barcinonem appulit, vbi resumpto pallio, quod nè quidem aqua perfusum erat, ad Monasterium sui ordinis sub meridiem se contulit, quodque non minus admirandum est, ianuis clausis illud ingressus, populi acclamationes euitans, ad gratias Deo peragendas in templum secessit, cuius rei fama totam vrbem, finesque illius breui peruasit. Auxit etiam huius miraculi magnitudinem eiusdem Iacobi Regis emendatio subsecuta. Extant autem vsque in hunc diem vestigia turris, & capellæ eo in loco, ex quo in mare descenderat, extructæ, atque ipsum etiam pallium, vt continuata apud eos populos traditione receptum est, cuius contactu multi à varijs corporis infirmitatibus quotidiè liberantur.

Matth.14. Ps.8. Ps.8. Expanso super aquas pallio centũ sexaginta milliaria sex horis conficiens Barcinonem appulit.

In procuranda Hebræorum, & Saracenorum salute, magno charitatis ardore semper incensus fuit, omnemque operam dedit ad eos fidei Christianæ documentis excolendos, ac pro viribus adiuuandos, quòd vt ei facilius esset, Seminarium, in quo nonnulli sui Ordinis religiosi Hebraico, & Arabico sermone erudirentur, Castellæ, & Aragoniæ Regum impensis instituit, quod opus toti Hispaniæ ornamento, atque infidelibus adimento fuisse ex eo satis constat, quòd illius ope, atque auxilio ingens eorum multitudo Christianam religionem amplexa sit. Neophytos non minori charitate doctrinæ Christianæ præceptionibus imbuebat, atque tam assiduus erat in illis instituendis, vt eorum parens esse videretur, & ne alimenta ijs ad vitam necessaria deessent, vndique eleemosynas corrogabat.

Seminariũ in quo sui ordinis Religiosi Hebraico & Arabico sermone erudirẽtur instituit.

Neophytorum curam suscepit.

De rebus dubijs sæpè consultus, singulari prudentia, ac diuina planè sapientia omnibus respondebat, atque inter cætera beneficia, quæ accepit hoc præcipuè donum à Deo est consecutus, vt eos, quibus cum ageret, mira consuetudinis suæ dulcedine, ac voluptate perfunderet.

Orandi, contemplandique summam diuturno vsu adeptus est facultatem; nam etsi varijs, grauibusque negotijs distineretur; tamen vbi se ad orationem composuerat, tanta subito diuini spiritus suauitate rapiebatur, vt omnium rerum mortalium cura exutus esse videretur, ac sæpè intempesta nocte clam obseruatus est in secretiori templi recessu, tam crebra, altaq; suspiria inter orandum edere, vt audientes ad lachrymas commoueret. In diuinis officijs erat assiduus, atque incredibilem psallendo capiebat voluptatem.

Orandi contẽplandiq; summam adeptus est facultatẽ.

Sacrosanctum Missæ Sacrificium ferè quotidiè celebrabat; quanta vero esset eius in sacrificando animi puritas, ac deuotionis feruor, vel ex eo facilè existimari potest, quod astantes ex eius solo aspectu ad orationem incitarentur, ac petita à Deo Patre misericordiarum beneficia, eius precibus impetrarent.

Magna eius fuit in sacrificando animi puritas, & deuotionis feruor.

2. Cor. 1.

Nam Frater Martinus eiusdem ordinis Conuersus, cum antequam suaui se Christi iugo subijceret, voluptatibus carnis liberius indulsisset, ac tunc earum rerum, quibus antè assueuerat, recordatione suique corporis illecebris, quasi quibusdam stimulis agitatus, mirum in modum vexaretur, omnem huius tentationis propulsandæ spem in Beati Raymundi meritis collocauit. Igitur eius sacrificijs sæpè interesse, ac summis precibus à Deo flagitare cœpit, vt tanto suo malo remedium aliquod afferret, quod dum perseueranter peteret, quodam die ex manibus Beati Raymundi celebrantis, ac sacram hostiam populo ostendentis, Christus Dominus sub augustissima pueri specie clarissima luce radiantis spectandum ei se præbuit, quo viso tanto est repentè gaudio delibutus, vt ex eo tempore ad extremum vsque diem, diuina gratia, & bonitate, ab omni concupiscentiæ carnis commotione fuerit præseruatus.

Fr. Martinus eiusdem Ord. conuersus ex manibus B. Raym. celebritis & sacram hostiã populo ostendentis, Christũ Dominũ sub pueri specie vidit, & ab omni concupiscẽtia carnis præseruatus fuit.

Cum cælestis militiæ Angelo tanta inter ei familiaritas, & amicitia, quæ maximum est puritatis, & sanctimoniæ argumentum, vt ab eo frequenter ad orandum, à somno excitatus inuitaretur.

B. Raymũdus magna familiaritate vsus est cũ Angelo.

Cibi, potusque parcissimus fuit, totam enim hebdomadam, excepto die Dominico ieiunabat: nullum vnquam in eo contumaciæ, vel arrogantiæ vestigium animaduerti potuit, quinimmò lenitate, ac patientia fuit maxima, & in Deum tanta charitate, vt eius amore omnia arbitratus sit, vt stercora, ex qua etiam egregia illa in proximos charitas redundabat.

Totam hebdomadã excepto die Dominico ieiunabat.

Philipp. 3.

Omnibus demum virtutibus cumulatissimus, deuexa iam ætate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominum, vt ad cælestes nuptias ab eo vocaretur. Igitur annos fere centum natus cupiens dissolui, & esse cum Christo, in lethalem morbum incidit, atque Sacramentis omnibus rite munitus, orantibus ad lectulum Fratribus, deficiente sensim omni vitæ sensu, ipso die Epiphaniæ

Summa fuit charitate & omnibus virtutibus cumulatus.

Luc. 12. Matth. 22. Philipp. 1.

Annos fere centum natus Barcinone obdormiuit in Domino anno 1275.

Digitized by Google

Barcinone obdormiuit in Domino salutis humanæ anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

Vulgata eius morte ingens hominum concursus ad Monasterium videndi causa repentè factus est, ac tanta fuit eius sanctitatis apud omnes opinio, vt multi Episcopi, complures Prælati, ac nobiles viri, clerus etiam, & populus Barcinonensis vniuersus, funus eius summa doloris significatione sint prosecuti: Communem vero illam eius sanctitatis famam auctoritate sua magnopere auxerunt, Alphonsus Castellæ, & Iacobus Aragoniæ Reges, qui ad eius exequias sua præsentia cohonestandas, comitantibus filijs, ac domesticis omnibus, summa cum veneratione, & fama sanctitatis beati huius viri cõuenerunt. itaque corpus eius magno totius Ciuitatis luctu, ac Principium virorum dolore honorificè humatum est, quod paucis annis post in sepulchrum marmoreum translatum fuit. Barcinonensis populus Beato Raymundo vita functo, quasi totius patriæ lumine extincto, mœrore afflictus grauiter angebatur, atque ob recentem virtutum eius, ac beneficiorum memoriam eo carere omnibus acerbissimum erat; sed pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui secundum multitudinem dolorum, consolationibus suis timentium se corda lætificat, Beati Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo plebem suam mirificè recreauit. Nam fidelissimi huius serui iutegritatem, & sanctimoniam multis quidem in vita miraculis claram, pluribus signis post obitum ingenti omnium lætitia comprobauit. Atque vt omnes etiam intelligerent, quam Deo placita esset anima eius, eo ipso tempore, quo ex hac vita migrauit ad Dominum, insigni miraculo est declaratum.

Alphonsus Castellæ & Iacobus Arag. Reges eius exequias sua præsentia cohonestarunt.

2. Cor. 1. Psal. 93.

Miracula quæ Deus edidit post Beati Raymũdi obitum. Sap. 4.

Erat in ea Ciuitate Guillelmus de Villaragut, qui inueterata corporis lepra grauiter laborabat, neque eum fœditas morbi, doloriſuè acerbitas in publicum prodire, solitasque exercitationes, & negotia obire patiebatur. Medici adhibitis frustra medicamentis omnibus, deplorata re animum desponderant; ipse verò, Deo ita disponente, qui Sanctum suum clarificaturus erat, in ædes quasdam Monasterio ordinis Prædicatorum vicinas, ea ipsa nocte, qua Beatus Raymundus excessit è vita, diuerterat, vbi cum grauissimo elephantiæ dolore torqueretur, à pio quodam viro Bernardo de Molendinis nuncupato, canonico Barcinonensi admonitus est, vt Beati Raymundi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis se commendaret, quod ille recuperandæ valetudinis cupidissimus simulatque diligenter præstitit, confestim omnis lepra, ex eius membris collapsa est, ac sanum corpus reliquit, in cuius rei signum, & accepti beneficij memoriam idem Guillelmus monumento suspenso in templo, rem omnibus testatam esse voluit, & posteritatis memoriæ commendauit.

Guillelmus de Villaragut precibus beato Raymũdo per rectis mundatur à lepra.

Ioan 13.

Illud verò maximum est eius sanctitatis argumentum, quòd mortuos etiam ad vitam reuocarit. Nàm quædam puella Margarita nomine Ioannis Physici filia quatuor, aut circiter annos nata, diuturna febri, continuisque alui fluxionibus exhausta diem obierat extremum, eamque verè mortuam esse pallor ipse vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes, cæteraque indicia confirmabant; quin & idem Ioannes pater medicæ artis expertissimus asseruit omnia mortis, nulla vitæ vestigia in eius corpore extitisse; honesta interim mulier Romea eiusdem Margaritæ mater, quæ paulòantè ad Beati Raymundi sepulchrum accesserat, & auxilium ab eo, filiæque valetudinem precabatur, vbi de morte filiæ certior à Ioanne eius marito facta est, ab eodem sæpius domum reuocata fuit: quo illa nuncio perculsa tanto filiæ recuperandæ desiderio inflammata est, vt neque inde se abituram, neque domum reuersuram affirmaret, nisi Beati huius viri meritis, & intercessione Margarita eius filia vitæ restitueretur; Itaque lacrymis, ac lamentis omnia miscere, & ardentius orationi instare, atque à Deo, per Beati viri merita summis precibus flagitare cœpit, vt filiam vitæ, sibique redderet, cuius perseuerantem firmissima fide orationem respexit Deus, nec spreuit deprecationes eius. Nam sub occasum solis Margarita filia, paulò post meridiem defuncta, non modo vitæ, sed etiam integræ valetudini est penitus restituta, quæ postridie in templum pedes adijt ad gratias pro tanto beneficio agendas, & decem, & quatuor annos superuixit.

Margarita Ioannis physici filia mortua vita restituitur.

Psal. 101.

Altera item honestæ conditionis fœmina Romea appellata, Michaelis, videlicet de Sala hominis pij vxor Beati Raymundi opem experta est: nam cum maturo iam fœtu acerbissimis pariendi doloribus premeretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluso corpore, tribus integris diebus, ac noctibus grauissimo cruciatu torqueretur, nihil propius factum est, quàm vt ex hac vita decederet; nam ob languentis stomachi fastidium, cibos omnes, haustusque respuebat, atque a sensibus alienata, vocisque vsu priuata iacebat exanimis,

Romea Michaelis de Sala vxor partu fœliciter edito acerbissimis parturiẽdi doloribus liberatur.

Digitized by Google

nimis, quo tam præsenti vxoris suæ periculo prædictus Michael vehementer animo consternatus ad templum illicò excurrit, Beati Raymundi opem, subsidiumque implorans, qui simul ac domum redijt, Romea felicissime partum edidit, atque omni dolore est liberata.

Iuuenis quidam ager integra valetudini est restitutus.

Præterea iuuenis quidam continuos viginti dies acutissima febri agitatus, viribusque exhaustus in superiorem ædium partem à suis delatus fuerat, vt aura puriore frueretur, animumque relaxaret, quo ex loco deorsum in lapides, & saxa corruens, ita conuulsus, fractusque membris fuit, vt immotus humi prostratus ab omnibus mortuus esse putarerur. Eò, vt fit, cum multi videndi, & iuuandi causa accurrissent, astantium quidam pulueres ex Beati Raymundi sepulchro desumptos, quos religiose, ac pie secum gestabat, in iacentis, ac moribundi os iniecit, colloque appendit, atque æger ille continuo valetudini est integræ restitutus. Et illa quidem, aliaque quàm plurima multo antè tempore contigerunt; hæc verò recentiora sunt.

Michael Amat peste correptus omni morbo liberatus.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo nono, dum pestilentia Barcinone grassaretur, atque ingenti hominum clade inualesceret; quidam probus vir Michael Amat appellatus peste mortifera correptus, ac desperata valetudine à medicis destitutus Sacramentorum, atque extremæ vnctionis susceptione ad mortem se comparabat, sensim verò per omnia corporis membra serpente morbo, in eas redactus erat angustias, vt præclusis faucibus loqui amplius non posset. Quare intimo cordis, & animi affectu Beatum Raymundum est deprecatus; vt eam à se infirmitatem depelli precibus suis impetraret, qua in oratione Beatum Raymundum sibi videre visus est, atque extensa manu se contingere, quo ex facto ita omni repente morbo leuatus est, vt eodem ipso die conualuerit.

Anna Beneta sanguinis profluuio laborans pulueres ex Beati Raymundi sepulchro adhibito vitæ discrimē euitauit.

Hoc aliquanto recentius est. Nam anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto pia quædam mulier Anna Beneta vocata Barcinone honestis parentibus orta, ipso Epiphaniæ Festo copioso sanguinis profluuio in summum vitæ periculum adducta erat, neque adhibita medicorum remedia sanguinem vllo modo sistere poterant, neque ipsa in proximum diem victura putabatur. Quare eorundem hortatu cum Sanctissimæ Eucharistiæ, atque extremæ vnctionis Sacramenta, piè, & deuotè sumpsisset, mortem expectabat. Interim in Beati Raymundi præsidium toto animo confugit, ac pulueres ex eius sepulchro ad se deferri, atque in cyatho misceri sibi iussit, quibus epotis melius se habere cœpit, & absque vllo prorsus alio pharmaco vitæ discrimen euitauit.

Ex eius sepulchro terræ quædã tenuis enascitur quæ infirmitates curantur.

Illud verò perpetui cuiusdam miraculi vim obtinet, quòd ex primo eius sepulchro terra quædam tenuis, seu puluis saluberrimus enascitur, qui licet magna in copia indè exportetur, nunquam tamen deficit, ac multæ, magnæq; corporis infirmitates eo curantur.

Lenit. 2.

Anno itidem millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, cum Iudices constituti ad explorandas Beati huius viri reliquias, arcam, vbi erant reconditæ, aperuissent, tantus illicò odor ex eius corpore, qui viuens in odorem suauitatis Deo se consecrarat, exhalauit, vt multi, qui eò confluxerant, nihil eo percipi posse iucundius affirmarent: quinimmò egregius vir Ludouicus de Claramunt ex graui morbo sensu odoratus à sexdecim annis orbatus, cum in ea hominum multitudine videndi desiderio incitatus propius accessisset, eum etiam odorem suauissimum sensit, quo repente ita recreatus est, vt lachrymas præ gaudio continere, nec vllam vocem emittere vllo modo posset: verum tacitus apud se cogitans dubitabat, num istius solummodo odoris olfactum recuperasset, an etiam rerum aliarum, sed domum reuersus vbi se varios odores percipere animamuertit, miraculum subito euulgauit. Neque verò hæc odoris fragrantia eo solum tempore ex eius corpore emanauit, sed ex aperto quodam eius sepulchri meatu idem suauis odor quandoque afflatur, qui ab ijs sentitur, quos diuina bonitas eo munere dignatur.

Ludouicus de Claramũt odoratus sensum recuperauit.

Ex eius sepulchri meatu suauis odor afflatur.

Prou. 22.

His, pluribusque alijs miraculis, quæ referre longum esset, corda Regum inclinata, plurimique Ecclesiarum Antistites, & Prælati, populique integri Regni Aragoniæ diuinitus excitati, vna voce, & consensu à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris frequenter petierunt, vt Beatus Raymundus in Sanctorum numerum referretur. Et quidem quarto ab eius obitu anno, salutis videlicet, humanæ, millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Archiepiscopus Tarraconẽsis, ac decem Episcopi Regni Aragoniæ, multique Abbates in Concilio Prouinciali Tarraconе congregati literas ad fel. rec. Nicolaum Papam III, prædecessorem nostrum dederunt, quibus singularem eius in Deum charitatem, vitæque innocentiam coram Deo, & hominibus testificati, vt eum præuia virtutum, ac miraculorum eius inspectione,

Reges, Episcopi, & populi Arag. à Rom. Pont. frequenter pe serunt vt B Raymũdus in Sanctorum numerũ referretur.

Archiepisc. Tarraconen. Episc. & Abb. in Conc. Prouinc. Tarrac. cõgregati idẽ à Nicolao iij. petierunt.

Digitized by Google

ſpectione, Sanctorum numero adſcribere vellet, homiliter ſupplicarunt.

Prefecti Ciu. Regni Arag. & Principatus Catalon. Ciuitas Barcinonen. & Fratres Ord. Prad. idem à Bonif. viij. poſtularunt.

Cum autem ipſe Nicolaus III. prædeceſſor è vita migraſſet, Præfecti Ciuitatum Regni Aragoniæ, & Principatus Cathaloniæ, totaque Ciuitatis Barcinonen. quin & Priores, cæterique Fratres Ordinis Prædicatorum, qui eas Prouincias incolebant, idem à fel. rec. Bonifacio VIII. etiam prædeceſſore noſtro enixè flagitarunt; verum ipſo Bonifacio prædeceſſore ab humanis etiam erepto, Concilium Prouinciale Tarracone denuò conuocatum, apud ſanctæ mem. Ioannem XXII. prædeceſſorem etiam noſtrum, primam petitionem renouauit: quo tempore Frater Arnaldus Burguetus Ordinis Prædicatorum Inquiſitor, ac Procurator à Capitulo Generali ad hanc cauſam proſequendam inſtitutus, multos teſtes ſuper miraculis, quæ de hoc Beato viro vulgabantur, examinari curauit. Sed cum per dicti Ioannis prædeceſſoris obitum res tranſigi non potuiſſet, cla. me. Petrus Aragoniæ Rex datis ad fel. rec. Clementem VI. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum litteris, vehementer inſtitit, vt Beatus hic vir humanis laudibus extolleretur in terris, quem diuinæ prouidentiæ ſublimitas, quemadmodum in eius litteris habebatur, honorare voluerat in excelſis.

Conc. Prouinciale Tarrac. à Ioann. xxij. & Petrus Aragoniæ Rex à Clem. vi. idē petierunt.

Paulus PP. iij. conceſſit vt in oībus Eccleſijs Ord. Prad. Regni Aragō. ſolēne officiū de B. Raymūdo celebrari poſſet.

Cum verò huius rei tanta ſit grauitas, & magnitudo, vt exiguo tempore perfici non potuerit, omnis huius cauſæ tractatio vſq; ad tempora ſanctæ mem. Pauli III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri fuit intermiſſa, qui tandem precibus bo. me. Fratris Ioannis à Toleto tituli Sancti Sixti Cardinalis Burgen. nuncupati inclinatus conceſſit, vt in omnibus Monaſterijs, & Eccleſijs, Ordinis Prædicatorum in Regno Aragoniæ exiſtentibus ſolemne officium de Beato Raymundo celebrari poſſet. Interiecto autem diuturni temporis interuallo, cum Deus, qui eſt gloria virtutis Sanctorum, Beati Raymundi meritis, & interceſſione plurima in dies beneficia toti Hiſpaniæ largiretur; cla. etiam mem. Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium de Corduba, & Cardona Sueſſæ Ducem, ſuum apud nos, & Sedem Apoſtolicam oratorem ſupplicauit, vt huic cauſæ ſub tot Romanis Pontificibus inchoatæ, ipſi vellemus finem imponere, quo ſanè pio Regis ſtudio vehementer ſumus recreati. Nam cum ab ipſo Pontificatus noſtri principio nihil magis, quàm Dei gloriam, & Catholicæ religionis exaltationem ſpectauerimus, gaudebamus in Domino, cum vtramque hiſce Regis ſupplicationibus promoueri cerneremus. Itaque vt religioſo eius deſiderio ſatisfaceremus, Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Sacrorum rituum [illegible]iunximus, vt acta omnia, quæ prius hac in re confecta erant, diligenter inſpicerent, & examinarent; Hi autem fuere ex triplici ordine aſſumpti, Venerabiles Fratres Epiſcopi Alphonſus Oſtien. Geſualdus, Inicus Aualos Portuen. de Aragona, Gabriel Sabinen. Paleottus, & dilecti filij noſtri Alexander Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Medices, Franciſcus Sancti Petri ad Vincula de Gioioſa, Auguſtinus Sancti Marci Veronen. Dominicus Sancti Chryſogoni Pinellus, Franciſcus Mariæ Sanctæ Mariæ in Ara cœli de Monte, Aſcanius Sanctæ Pudentianæ titulorum Presbyteri Columna, Odoardus Sancti Euſtachij Farneſius, Antonius Sanctorum Quatuor Coronatorum Facchinettus Diaconi nuncupati S. R. E. Cardinales; coram quibus ritè congregatis cum dilectus filius Michael Llot, Sacræ Theologiæ Doctor Frater eiuſdem Ordinis Prædicatorum profeſſus, ac Procurator legitimè hac in cauſa conſtitutus, pro ſuo munere, in quod per ſex annos continuos diligenter incubuit, quaſdam ſcripturas ad hanc ipſam cauſam ſpectantes protuliſſet, quia tamen multæ probationes addi poterant, Litteræ ad Archiepiſcopum Tarraconenſem, atque ad Barcinonenſem, & Vicen. Epiſcopos cum opportuna facultate miſſæ ſunt, vt alias omnes ſcripturas, & probationes annis ſuperioribus hoc in negotio factas Barcinone extraherent, & ea denique agerent, quæ ad hanc cauſam requiri videbantur, omniaque ad nos tranſmitterent: quæ cum eſſent omni iure confecta, ſummaque auctoritate firmata, & debita cum diligentia, & fide tranſmiſſa: Nos tribus viris, doctrina, & integritate præſtantibus, ac vſu peritiſſimis, Seraphino videlicet Oliuario Razzalio Decano, Petro Franciſco Gipſio, & Franciſco Peniæ cauſarum Palatij noſtri Auditoribus commiſimus, vt ea ſummo ſtudio, quantaque poſſent diligentia legerent, expenderent, ac totius cauſæ merita exactiſſimè ponderarent. Quo in munere cum ſedulò, & accuratè verſarentur, Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus, cuius memoria in benedictione ſit, magno in primis noſtro, & totius Orbis Chriſtiani dolore; ac detrimento viam vniuerſæ terræ ingreſſus eſt. Quare chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus III. Hiſpaniarum item Rex Catholicus eius filius non modo regnorum, verumetiam

Pſal. 88.

Philippus II. Hiſpan. Rex Cath. ſupplicauit Sanctitati Suæ vt huic cauſæ finem vellet imponere.

Sanctitas Sua Card. Congr. ſacrorū rituū iunxit. vt huius cauſæ acta oīa diligenter inſpicèrent, & examinarent.

Fr. Michael Llot procuratorī hactauſa cōſtituto ſcripturas quaſdā ad hāc cauſā ſpectātes produxit.

Sanctitas Sua ſcripturas & probationes cēs ad hanc cām ſpectātes trib⁹ præſtantiſſ. Rotæ Aud toribus videndas & examinandas commiſit.

Philipp. III. Hiſp. Rex Cat. à primo Regni ſui exordio Sanctitatis ſuæ ſupplicauit vt in hac cauſa progredi vellet.

Digitized by Google

etiam paternarum virtutum hæres ſtatim à primo regni ſui exordio, vt ſe, ſuaque omnia in Beati Raymundi præſidium, ac patrocinium conferret, litteris, & per eundem Antonium Sueſſæ Ducem oratorem item ſuum nobis ſupplicauit, vt in hac cauſa progredi vellemus. Idcirco vehementer lætabamur, & benedicebamus Domino, qui pios Reges perpetuo ſuſcitat, ad ſanctos ſuos honoribus proſequendos, quos elegit in ædificationem Corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia.

Epheſ. 4. Coloſſ. 2.

Auditores Rota omnem rei geſtæ ſeriē ſummq. Iudicii S. Sua ſcripto tradiderunt, qua illorū relationē Card. Sacrorū rituū per eoſdē Auditores tradi iuſſit.

Cum igitur prædicti Auditores in diſcutiendis actis, ac vniuerſo proceſſu diuturnam, & aſſiduam nauaſſent operam, nihilque eorum, quæ ad hanc rem peragendam pertinent, prætermiſiſſent, omnem rei geſtæ ſeriem, ſuumque iudicium ſcripto nobis tradiderunt, quorum integram relationem nos eiſdem Cardinalibus Congregationis ſacrorum rituum per eoſdem Auditores tradi iuſſimus, atque vt plurium iudicio tota hæc cauſa examinaretur, alios etiam Cardinales prioribus adiunximus, nimirum dilectos filios noſtros Federicum Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Borromæum, Antonium Mariam Sanctæ Agnetis in Agone Gallum, Cæſarem SS. Nerei, & Archillei Baronium, Syluium Sancti Saluatoris in Lauro titulorum Presbyteros Antonianum, atque Andream Sancti Angeli in foro Piſcium Perettum Diaconum S. R. E. Cardinales, quos omnes monuimus, vt acta omnia de Beati Raymundi puritate fidei, morum integritate, ac miraculorum euidentia, tanto ſtudio perpenderent, quantum, & rei grauitas requirebat, & nos meritò expectabamus, qui cum priuatim, multiſque Congregationibus inter ſe habitis, dilecto filio Pompeo Molella Fiſci noſtri procuratore ſemper citato, & partes ſuas diligenter præſtante, ſingula rerum capita, & acta omnia ſedulo examinaſſent, ac proceſſum, teſtes, inſtrumenta, & huius cauſæ momenta cum Auditorum ſententijs diligenter contuliſſent, eoque adducta eſſent omnia, vt ad Nos referri oporteret, Nos

Conſiſtorium ſecretum in quo Card. Geſualdus facta relatione proceſſus & cauſa dixit ſibi, & toti Congregationi videri B. Raymun. poſſe Catalogo Sanctorum aggregari.

Conſiſtorium ſecretum pro more conuocari iuſſimus, in quo præfatus Alphonſus Cardinalis Geſualdus, ſuo, & totius Congregationis nomine, primùm retulit ſcripturas, proceſſum, omniaque huius cauſæ acta legitime confecta eſſe, ac maximæ auctoritatis, probatæque veritatis vim obtinere; deinde tota Beati Raymundi vita, multiſque miraculis enarratis, ſe, & cæteros dictæ Congregationis Cardinales vna voce, vnaque mente in eam ſententiam veniſſe dixit, Beatum Raymundum (ſi ita nobis videretur) poſſe Catalogo Sanctorum aggregari; in quorum ſententiam cum reliqui Cardinales ſuo quiſque ſuffragio ex ordine iuiſſent, magnam animi voluptatem capiebamus, quòd Beati huius viri ſanctitatem in dies magis elucere videremus. Atq; vt in hoc grauiſſimo negotio, nihil de priſtina noſtra conſuetudine, ac debita diligentia remitteremus, nos ipſi acta ſtudioſè, & accuratè perlegimus, atque eorundem Rotæ Auditorum, & Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium relationem veriſſimam eſſe comperimus.

Sanctiſſimus Auditorū Rota relationem legit & approbat.

Quare lapſis paucis poſt diebus ex Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum inſtituto Conſiſtorium publicum indiximus, in quo præter Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, noſtrique familiares nobis adfuerunt, ac in eo dilectus filius Bernardinus Scottus Conſiſtorialis Aulæ noſtræ Aduocatus, eximia Beati Raymundi charitate, vitæ innocentia, & miraculis copioſa oratione explicatis, Chariſsimi in Chriſto fiilij noſtri Rodulphi Romanorum Regis Illuſtris in Imperatorem electi, & eiuſdem Philippi III. Regis Hiſpaniarum Catholici, & Principatus Cataloniæ, totiuſque Ordinis Prædicatorum nomine, vt Beatum Raymundum Sanctis adiungere vellemus, à nobis ſuppliciter flagitauit. Quæ cum audiremus, benedicebamus Domino, & gratias Deo agentes lætabamur præcipuè Philippum III. Regem Catholicum in ipſo regnandi principio hunc ſibi ad felicem regnorum ſuorum adminiſtrationem patronum tanto ardore poſtulare. Itaque reſpondimus ſanctam eius petitionem nobis eſſe gratiſsimam, & eam ad Dei gloriam in primis, & communem totius Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem pertinere, quòd nimirum Deus, qui ſplendor, & gloria Sanctorum eſt, in Sanctis ſuis magis laudatur, & Chriſtifideles eò facilius diuinæ gratiæ munera, auctis interceſſoribus obtinent, quò maior cultus, & honor Sanctis adhibetur. Præterea ſingularem Regis pietatem commendantes, optare nos pio eius deſiderio ſatisfacere diximus; huius tamen rei tantam eſſe grauitatem, vt maturius adhuc cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & cæteris Epiſcopis deliberandum eſſe cenſeremus. Itaque omnes eos in Domino hortati ſumus, vt omnia, quæ ad Beati Raymundi vitam, & miracula ſpectarent, omni ſtudio, & diligentia examinarent; deinde orantes in ſpiritu, & in ipſo vigilantes (quod nos facturi eramus, Deum precarentur, vt daret

Conſiſtorium publicū in quo Bernardinus Scottus habuit Orationem de vita B. Raymundi.

Reſponſio Sanctitatis ſuæ ad orationē Bernardini Scoti.

Epheſ. 6. Epheſ. 2.

Digitized by Google

ret nobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, quo hæc arcana cælestia, quæ ratione humana comprehendi non possunt, cognoscceremus, & illuminaret oculos cordis nostri, vt quid in hac grauissima causa statuendum esset, deliberare possemus.

Secretū aliud Consistorium. His peractis secretum aliud Consistorium indiximus, cui etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui tunc erant in Vrbe, ac nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, necnon Palatij nostri Auditores, & Secretarios voluimus interesse, in quo Nos ex gratiæ cælestis abundantia, qua nostra tenuitas in hac suprema Pastorali vigilia, domus Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis constituta est, ea diximus, quæ ad hanc causam spectare nobis visa sunt. Deinde ab ijsdem Fratribus nostris petiuimus, vt consideratis, atque examinatis omnibus actis, id præcisè dicerent, quod Spiritus sanctus eis daret eloqui, & an Beatus Raymundus Sanctis adscribendus esse videretur. Itaque primum S.R.E. Cardinales, deinde Patriarchæ, tum Archiepiscopi, & Episcopi ibidem præsentes, suo quisque loco dictis sententijs, omnes communi consensu ex ijs, quæ in vniuerso processu explorata erant, merito à Nobis Beatum Raymundum inter Sanctos referendum esse censuerunt. Gratias igitur Deo agebamus, qui Fratres nostros omnes in vnitate spiritus idem sentire facit, tribuens omnibus cor vnum & animam vnam, eosque monuimus, vt interim precibus, ieiunijs, & eleemosynis, Dei gratiam, & auxilium nobiscum inuocarent.

Luc. 22. 2. T. mot. 8.

Act. 2.

Act. 4.

Cumque omnia iam ad præscriptum, & normam Sacrorum Canonum confecta essent, quod supererat acturi, post aliquot menses diem Canonizationis diximus Tertium Kal. Maij Dominicam videlicet in Albis, qua Paschalis solemnitas terminatur, Neophytorum habitus candore animi permanente commutatur, & Euangelium in Ecclesia legitur, quo Christus Dominus post resurrectionem ad discipulos ianuis clausis ingressu, insufflato eis Spiritu sancto, potestatem remittendi, & retinendi peccata est elargitus; in quo magna nobis lætitiæ materia oblata est: quia videlicet memineramus Beatum Raymundum, & Sacramenti pœnitentiæ ministrum extitisse, & post traiectionis miraculum ianuis clausis Monasterium sui Ordinis Barcinone ingressum esse deinde etiam quòd eodem solemnitatis, & lætitiæ die Nos ab hinc septem annis Sanctam Hyacinthum Polonum eiusdem Ordinis Fratrum prædicatorum Beati Raymundi coætaneum in Sanctos retulimus: ad quam quidem animi nostri voluptatem non mediocris accessio facta est, quòd hoc ipso die Sanctæ Catherinæ Senensis, ac Sancti Petri Martyris Festum in Ecclesia solemniter celebretur, qui sub eadem Sancti Dominici disciplina vitam sanctissime traduxerunt. Quamobrem in tam accommodata totius Ecclesiæ, ac Sanctorum eiusdem Ordinis ad hanc celeberrimam actionem festiuitate, Nos Beato Raymundo eum honorem decernere statuimus, qui Sanctis Confessoribus adhibetur.

Dies Canonizationis à Sanctitate sua indictus.

Cum igitur præscripta Dominica in Albis hodierna scilicet dies aduenisset, Nos cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, qui in Capella nostra Pontificia hanc ob causam conuenerant, vestibus sacris induti, hymnum: Aue maris stella, inchoauimus, reliquum Capellæ nostro choro prosequente, ad Beatæ Mariæ Virginis opem implorandam, atque ita cantantes in vijs Domini, Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & familiaribus Nostris, & sæculari, ac religioso Clero longo ordine præcedentibus, singulis cereos accensos gestantibus, ex nostro Palatio Apostolico ad augustissimam Principis Apostolorum Basilicã processimus, vario ornamentorum genere instructam, eamq. ingressi ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum genuflexi procubuimus, orantes, vt Deus hanc celeberrimam actionem ad laudem, & gloriam nominis sui dirigeret. Inde ad supremam Ecclesiæ partem ascendimus alto, & sublimi fornice admirandam, vbi amplum, regioque sumptu suggestum erectum erat coram altari Sancti Petri Principis Apostolorum, in quo sacram Pontificalem Missam celebraturi eramus, omniaque facibus, cereisque ardentibus collucebant; ac plurimæ circum imagines Beatum Raymundum erecto corpore egregiè pictum referebant, dextera manu clauem in potestatis, atque officij Pœnitentiarij memoriam, sinistra librum doctrinæ, ac Decretalium monumentum gerentem: vbi statim nobis in mentem venit nos ijsdem, quibus Beatus Raymundus, Capellani videlicet, seu Causarum Palatij Apostolici Auditoris munere, antequam in numerum Cardinalium assumeremur, & in ipsa Cardinalis dignitate summi Pœnitentiarij officio, quanquam non exacte, ac perfecte functos fuisse, ac propterea Deum in spiritu humilitatis non sine la-

S. Sanctitas ex Capella pontificia processionaliter in Basilicã SS. Petri descendit.

Ps. 137.

Deinde ascendit ad eã Ecclesiæ partem in qua amplũ suggestum paratum erat.

chry-

Digitized by Google

chrymis precabamur, vt si quid istis in muneribus ex nostra imbecillitate à nobis omissum, vel commissum fuisset, id eius bonitas, atque clementia Beati Raymundi meritis, atque intercessione nobis condonaret. Deinde in suggestum delati antè idem altare Principis Apostolorum orauimus, vt suo nobis auxilio, præsidioque adesset: mox in excelso è regione altaris throno considentes eosdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos sacris indutos vestibus obedientiam nobis de more præstantes excepimus; tum dilectus filius noster Odoardus Sancti Eustachij Cardinalis Farnesius nuncupatus, Regni Aragoniæ Protector, Catholici Regis nomine, semel, iterum, ac tertiò supplicitèr à nobis flagitauit, vt Beatum Raymundum in Sanctos referremus, cuius singulis petitionibus opportunè respondimus, ac per interiecta totidem interualla, litanias, hymnos, precesque adiunximus.

Mox Cardinales, & Episcopi obed. ẽtiam præstantes excepit.

Card Farnesius Regis Catholici nomine ter supplicauit, vt B. Raym. inter Sanctos referretur.

Sanctitas Sua eius petitionibus respondit, & litanias, hymnos, precesq; adiunxit.

Denique absolutis, perfectisque omnibus ijs, quæ à Romanis Pontificibus hoc in genere instituta sunt, communibus precibus implorata Spiritus sancti ope, ad honorem Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & religionis christianæ augmentum, auctoritate eiusdem Sanctæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana curia existentium consilio, communique consensu Beatum Raymundum à Peniafort Ordinem Fratrum Prædicatorum expresè professum, ac in Ecclesia Sactæ Catharinæ eiusdem Ordinis Barcinone sepultum, de cuius innocentia vitæ, & miraculis nobis planè constat, Sanctum esse definiuimus, ac Sanctorum Confessorum numero, & Catalogo adscribendum, esse decreuimus, prout per præsentes definimus, decernimus, & adscribimus, statuentes, vt ab vniuersa Ecclesia quolibet anno, die septima Ianuarij Festum eius, & Officium, sicut pro vno Confessore non Pontifice ad normam in Rubricis Breuiarij Romani præscriptam deuotè celebretur. Insuper omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui singulis annis eodem die prædictam Ecclesiam Sanctæ Catharinæ Barcinonensis, in qua corpus eius conditum est, piè, & deuotè visitauerint, easdem Indulgentias, & peccatorum remissiones concessimus, & elargiti sumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti Ordinis Monasterijs, & Ecclesijs diebus Festis Sanctorum eiusdem Ordinis concessæ sunt.

Tandè Sanctitas Sua sententiam Canonizationis protulit, & B. Raymundum Sanctum esse definiuit.

Statuit etiã, vt ab vniuersali Ecclesia festum eius celebretur.

Itaque omnibus, quæ ad Beati Raymundi canonizationem spectabant, ritè peractis, atque hymno ad Dei laudem, & gratiarum actionem decantato, diuinaque ope Sancti Raymundi meritis, peculiari in eius honorem oratione, quam nos ipsi fecimus, & clara voce recitauimus, inuocata, Nos in eodem loco, & altari Principis Apostolorum Missam solemnem de octaua Dominicæ Resurrectionis, cum eiusdem Beati Raymundi commemoratione celebrauimus, omnibusque Christifidelibus qui & canonizationi, & Missæ interfuerunt, ad Dei laudem, & Sancti sui gloriam, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus. Quarè Deum mirabilem in Sanctis suis benedicamus, & gratias immortales ei agamus, quia suscepimus misericordiam in medio templi eius, nouum videlicet in Ecclesia intercessorem, cuius meritis, ac suffragijs in omnibus animæ, corporisque periculis adiuuemur. Ac singulari planè diuinæ prouidentiæ munere factum est, vt hisce difficillimis temporibus, quibus religio Catholica inimicorum telis assiduè impugnatur, hunc patronum, & aduocatum, vniuersi Christifideles consecuti sint ad Ecclesiæ pacem in primis, & tranquillitatem, ad optatam Principibus Christianis concordiam, ac hæreticis in errorum tenebris à via salutis errantibus, lucem veritatis impetrandam. Cæterum, quia nimis difficile foret præsentes nostras literas ad singula quæque loca deferri, volumus, vt earum transumptis etiam impressis manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique habeatur, quæ hisce præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis, decreti, adscriptionis, statuti, concessionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo primo, Tertio Kal. Maij, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Missam solemnè ibidem celebrauit, & omnibus præsentibus pleniariã Indulgentiam concessit.

Psa. 67.

Psal. 47.

Decretum, quod fides habeatur præsentibus transumptis.

Pœna in eos, qui contra præsentes has literas aliquid attentarint.

Ego

Digitized by Google

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✻ Ego Ptolomæus Epiſcopus Portuen. Card. Comen.
✻ Iul. Antonius Epiſcopus Prænestinus, Card. S. Seuerinæ.
✻ Hieronymus Epiſcopus Sabinen. Card. Rusticucius.

✻ Alex. Epiſcopus Albanen. Card. de Florentia.

✻ Ego Ant. Maria tt. S. Mariæ Tranſtiberim Presbyter Card. Saluiatus.
✻ Ego Aug. tt. S. Marci Presbyter Card. Veronenſis.
✻ Ego Simeon tt. Sancti Laurentij in Lucina Presbyter Card. de Terra noua.
✻ Ego Dominicus tt. Sancti Chryſogoni Presbyter Card. Pinellus.
✻ Ego Fr. Hieronymus tt. S. Mariæ ſuper Mineruam Presbyter Card. Aſculanus.

✻ Ego Antonius tt. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Card. Saulius.

✻ Ego Fr. Gregorius tt. Sancti Auguſtini Card. de Mont'Elpero.
✻ Ego Paulus tt. Sanctæ Ceciliæ Presbyter Card. Sfrondatus.
✻ Ego Benedictus tt. Sanctæ Priſcæ Presbyter Card. Iuſtinianus.
✻ Ego Franciſcus Maria tt. S. Mariæ in Aracœli Presbyter Card. à Monte.
✻ Ego Octauius tt. Sancti Alexij Presbyter Card. Parauicinus.
✻ Ego Hieronymus tt. Sancti Pancratij Presbyter Card. Matthæius.
✻ Ego Octauius tt. Sanctæ Mariæ de Populo Presbyter Card. de Acquauiua.
✻ Ego Flaminius tt. S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Platus.

✻ Ego Lutius tt. SS. Quirici, & Iulitæ Presbyter Card. Saxus.
✻ Ego Franciſcus Maria tt. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Card. de Senis.

✻ Ego Camillus tt. SS. Io. & Pauli Presbyter Card. Burgheſius.
✻ Ego Cæſar tt. SS. mart. Nerei, & Achilei Presbyter Card. Baronius S.R.E. Bibliothecarius.
✻ Ego Laurentius tt. S. Laurentij in Pane, & Perna, Presbyter Card. Blanchettus.
✻ Ego Franciſcus tt. Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbyter Card. Auila.

✻ Ego Franciſcus tt. S. Thomæ in Parione Presbyter Card. Mantica.
✻ Ego Pompeius tt. S. Balbinæ Presbyter Card. Arrigonus.

✻ Ego Dominicus tt. Sancti Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Tuſcus.
✻ Ego Arnaldus tt. Sancti Euſebij Presbyter Card. Oſattus.

Digitized by Google

⁂ Ego Paulus AEmilius Presbyter Cardinalis Sancti Marcelli.
⁂
⁂ Ego Siluius tt. Sancti Saluatoris in Lauro Presbyter Card. Antonianus.
⁂ Ego Robertus tt. Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Card. Bellarminius.
⁂ Ego Bonuiſus tt. Sancti Blaſij de Annulo, Presbyter Car. Bonuiſius.
⁂
⁂
⁂ Ego F. Diac. Card. Sfortia S. Mariæ in Via Lata.
⁂
⁂
⁂
⁂
⁂ Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Diac: Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.
⁂ Ego Cinthius Diaconus Card. S. Georgij.
⁂ Ego Bartholomæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. Cæſius.
⁂
⁂
⁂ Ego Io. Baptiſta Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diac. Card. Detus.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA
SANCTI RAYMVNDI
DE PENIAFORT.
ORD. PRAEDICATORVM.

Hieron. epist. ad Pămach. & Oceanum to. 2

§. 1 QVoniam (vt ait Hieronymus a) secunda post naufragium tabula b, est culpam simpliciter c confiteri; ne imperitia ministrantis prædictã tabulã, submergi cõtingat aliquãdo d naufragantes e: † Ego Raymundus inter Fratres Ordinis Prædicatorũ minimus, immo inutilis f seruus, ad honorem Domini nostri Iesu Christi, & gloriosæ Virginis matris eius, & Beatæ Catherinæ g, præsentem Summulam ex diuersis auctoritatibus, & maiorum meorum dictis diligenti studio compilaui; vt si quando Fratres Ordinis nostri, vel alij circa iudiciũ animarum in foro g pœnitentiali forsitan dubitauerint, per ipsius exercitium h, tam in consilijs, quam in iudicijs, quæstiones multas, & casus varios, ac difficiles, & perplexos valeant enodare. Hoc autem non præsumens de viribus proprijs attentaui, qa nullæ sunt, præsertim cum nec velle, nec nolle i habeam; sed spem figens totaliter in bono obedientiæ, atque in summa clementia Saluatoris, qui facit mirabilia magna solus.

† Al. ita: Ego Raymundus Frater Ord. Prædicatorũ minimus

a *Ait Hieronymus.*] de pœniten. dist. 1. c. secunda.

b *Tabula.*] Tabula dicitur baptismus, vel pœnitentia, quia sicut nauta, naue fracta, adhærendo alicui tabulæ, euadit maris periculum; ita, & homo peccata huius mundi euadit per baptismum, vel pœnitentiam. Prima autem tabula appellatur baptismus, cuius sanctitas si fuerit amissa per peccatum, non restat remediũ, nisi per pœnitentiam, quæ est secunda tabula ad euadendum peccati naufragium.

c *Simpliciter.*] id est, sine plica excusationis.

d *Aliquando.*] vel aliunde, id est, ex propriis peccatis, quæ sunt alia à peccato erroris, vtindi screti Cõfessoris.

e *Naufragantes.*] id est, naufragium peccati passos.

f *Inutilis.*] Luc. xvij.

g *Catherinæ.*] De ista Virgine mentionem facit specialiter, forte † propter deuotionem, quam habebat ad eam.

† *Vel qa hanc Sũmam inchoauit, aut cõposuit Bardicinone in Conuẽtu S. Catherinæ.*

g *In foro.*] forum neutraliter dicitur rerum venalium; forus masculine, causarum. extr. de verb. sign. forus est exercendarum litium locus.

h *Exercitium.*] id est, frequentem vsum non perfunctoriam inspectionem.

i *Nec velle, nec nolle.*] quia Regularis erat Magister.

Digitized by Google

§. 2. k Distinguitur ergo per tres particulas in quarum prima agitur de criminibus, quæ principaliter, & directe committuntur in Deum: In secunda de his, quę in proximum: In tertia de ministris irregularibus, & irregularitatibus, & impedimentis ordinãdorum, dispẽsationibus, purgationibus, sententijs, pœnitentijs, & remissionibus.

§. 3 Modus agendi est talis: In singulis particulis præmittuntur Rubricæ ad ipsas particulas pertinentes. In qualibet Rubrica tractatur primo de materia Rubricæ, prout plenius, & planius potui; ponendo vtilia, & necessaria, & vitando superflua. Secundo ponuntur dubiæ quæstiones, & casus. Tertio subiunguntur l notulæ iuris ad Rubricæ naturam spectantes, m non ambiguam, sed veram, & certam sententiam continentes. Vnde Lector, mihi (precor) esto beneuolus, & affectum meum considerans, lingua toxicata non mordeas: vtilia soli Dèo attribuas; & si quæ tibi minus vtilia, vel prorsus inutilia videbũtur, dicas vel librum n mendosum, vel te non intelligere, vel à me præter propositum inserta cogitans, charitate fraterna corrigas, & emendes.

k *Distinguitur.* Supple hæc Sũmula, vel hoc opus.

l *Notulæ iuris.*] Vbi dicitur illud in summa, nota, &c.

m *Non ambiguam*] & loquitur ibi de Canonicis scripturis.

n *Mendosum.*] Simile dicit Augustinus 9. dist. Nihil aliud existimo quam vel mendosum esse codicem, vel nõ esse assecutũ interpretem, quod dictum est, vel me minime intellexisse.

1 *De Simonia.*
2 *Ne Prælati vices suas sub annuo censu concedant.*
3 *De Magistris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi.*
4 *De Iudæis, & Sarracenis, & Paganis, & eorum seruis.*
5 *De Hæreticis, & fautoribus eorum, & ordinatis ab eis.*
6 *De Schismaticis, & ordinatis ab eis.*
7 *De Apostatis.*
8 *De voto, & votorum transgressoribus, & redemptoribus.*
9 *De iuramento, & periurio.*
10 *De mendacio, & adulatione.*
11 *De Sortilegis, & diuinis.*
12 *De Ferijs.*
13 *De sacrilegijs.*
14 *De immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad ipsas pertinentium.*
15 *De decimis, primitijs, & oblationibus.*
16 *De Sepulturis.*

Digitized by Google

De simonia. Tit. 1.

QVoniam inter crimina Ecclesiastica [a] simoniaca hæresis [b] obtinet primum locũ [c], vt 1. quæst. vlt. patet [d], videndum est primo, Quid sit simonia, Vnde dicatur; Quibus modis cõtrahatur; Qua pœna Simoniacus puniatur; Quæ erga ipsum dispensatio fiat. Vltimo de quibusdam dubitabilibus supponemus.

§. 1. Simonia est studiosa [e] cupiditas, vel voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale: nec oportet addi, vel spirituali annexũ: nam spirituali annexum spirituale est. 1. q. 3. Si quis obiecerit [f]: Videtur tamẽ, quod debeat addi: ius enim patronatus prohibetur vendi, quia est annexum spirituali. [g] extr. de iur. patron. de iure [h]. Sed illud [i] dicitur ideo, quia illud ius spũale, scilicet ius patronatus, cadit in psonã [k] Laici. Probatur

a *Crimina ecclesiastica.*] Crimina ecclesiastica sunt, quorum examinatio, siue cognitio, & sententia pertinet ad ecclesiasticũ iudicem; vt simonia, hæresis, apostasia, sacrilegium, periurium, votorum transgressio, & similia: sicut secularia appellantur crimina, quorum cognitio pertinet ad iudicem secularem; vt homicidium, furtum, & similia.

b *Simoniaca hæresis.*] Quare vocatur simoniaca hæresis? numquid emere, vel vendere ordinem, vel beneficium hæreticum est? Respondeo: Quædã sunt impretiabilia, & de iure, & de facto, vt fides, spes, charitas, & cæteræ virtutes, & Spiritus sãctus, & dona eius, id est, donum prophetiæ, & potestas faciendi miracula: Quædã autem sunt impretiabilia de iure, sed non de facto; vt sacramenta Ecclesiæ, quæ reuera de iure vendi non possunt, licet de facto quandoque vendantur. Quantum ergo ad illos simoniacos, qui talia vendi de iure posse credunt absque peccato, aut virtutes, aut Spiritum sanctum, aut prædicta dona eius, quæ non de iure, vel de facto vendi possunt, dicuntur simoniaci, & hæretici, ad minus large; & simonia dicitur hæresis. Vel simoniaci dicuntur hæretici propter primitiuos Simonis Magi discipulos, qui cum profiterentur se esse Christianos, colebant tamen picturam, & imaginem Simonis Magi, & cuiusdam mulieris, quam dicebant Selenem sociam turpitudinis eius, quæ prius in prostibulo steterat apud Tyrum Vrbem Phæniciæ: & eis incensum, odores, sacrificia, & libamina offerebãt; sicut legitur in Ecclesiastica historia lib. 2. cap. 13.

c *Primum locum.*] id est, maximum; vel primum locum, quia omnis infidelitas, sub qua continetur simonia, inhibetur in primo mandato Decalogi. Exod. 20. 32. quæst. 7. Quid in omnibus. *Patet.*] vbi simoniaci dicuntur primi, & præcipui hæretici, & quod cætera crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur.

e *Studiosa.*] id est, ad actum exteriorem progressiua.

f *Si quis obiecerit.*] Ibi dicitur, quod sicut consecratio vendi non potest, ita nec res, quæ de consecratione proueniunt; vt Ecclesiastica præbenda; quia quisquis eorum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. & ibi consecratio ponitur pro ordine.

g *Annexum spirituali.*] quia secundum quosdam ius patronatus non est spirituale, sed annexum.

h *De iure.*] ibi dicitur, quod inconueniens est, & inhonestum ius patronatus vendi, quod est spirituali annexum.

i *Sed illud.*] scilicet, quod est ius patronatus annexum spirituali tantum, sed non est spirituale.

k *Cadit in personam.*] id est, potest competere laico. Sed quæ est ratio, quod ideo ius patronatus est annexum spirituali, & non spirituale, quia potest competere laico? Respondeo: Quidam dicunt, quod nullum ius mere spirituale potest competere laico; & quia ius patronatus potest competere laico, non est mere spirituale, sed annexum. Secundum hanc opinionem soluit hic Magister. Verius dicas, quod spirituale quandoq. large, quandoque stricte accipitur. Stricte, secundum quod spirituale appellatur illud solum, quo habetur Spiritus Sanctus; vt virtus, scilicet gratum faciens: quo datur; vt sacramenta

Ecclesiæ: vel quo signum habetur; vt donum prophetiæ, & potestas faciendi miracula. Large autem accipitur secundum quod comprehendit, non solum prædicta quatuor, sed ea, quæ sequuntur ex sacramento, vt ius percipiendi decimas, & oblationes, quod sequitur ex sacramento ordinis: & illud, quod accedit ad spirituale; vt ius patronatus, quod antecedit ad præsentationem personæ ad aliquam Ecclesiam, vel præbendam: & etiam omnis res sacra instituta ad celebrationē sacramētorum, & officiorum diuinorum; vt calix, & Ecclesia. Similiter annexum spirituali quandoque stricte sumitur, & appellatur illud solum, quod est in illo, qui habet sacramentum ordinis; vt ius percipiendi decimas, & oblationes: quandoque large, vt comprehendat illud, quod antecedit ad aliquod ius spirituale, large sumpto vocabulo, spirituali; vt ius patronatus, quod antecedit ad præsentationem personæ, vt dictum est. Dic ergo, quod ius patronatus non est spirituale, stricte sumpto vocabulo; nec annexum spirituali; sed large. Dico etiam, quod aliquod ius spirituale, vel annexum spirituali, large sumpto vocabulo, potest competere laico; vt ius patronatus: sed ius percipiendi decimas, vel oblationes non competit ei, sed illi soli, qui habet ordinem ecclesiasticum; vel ei, qui habet auctoritatem à clericis talia percipiendi; sicut sunt quidam Regulares, & Templarij, & similes.

Simonia

hæc diffinitio, seu descriptio. 1. q. 1. qui studet[1]. Videtur tamen quod sola intentio, vel voluntas non etiam studiosa, vel declarata, faciat simoniacum, sicut & vsurarium; vt in Luc. Date mutuum nihil inde sperantes. & extra de vsur. Consului[m]. Ad hoc distingue cum Vincentio, & Ambrosio: Quędam sunt prohibita, quia simoniaca; vt vēdere, vel emere sacramenta, & breuiter, quę in veteri, nouoque testamento simoniaca erant: in istis sufficit sola voluntas. Quædam sunt simoniaca, quia prohibita, scilicet quæ per constitutionem Ecclesiæ tantum sunt simoniaca; vt cum quis renunciat Ecclesiæ, illa conditione, vel pacto, vt nepoti suo detur, vel alij: in talibus nō sufficit sola voluntas[n], nisi procedat in actū.[o]

Simonia

quid sola voluntas in primo casu, & non in secundo potius? sed ad faciendum reum eodem modo sufficit in secundo casu voluntas renunciandi beneficio, ad opus nepotis, ex pacto, sicut sufficit in primo casu voluntas ad introducendum irregularitatem. Falsum est hoc. extra, eodem mandato. Respondeo. simonia, quandoque large accipitur, vt comprehendat voluntatem emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel paciscendi super eo, licet non progrediatur ad aliquem actum exteriorem; sicut mœchia large appellatur concupiscentia mulieris, iuxta illud: qui viderit mulierē ad concupiscendam eā, &c. Quandoq. stricti⁹ appellatur, secundum quod diffiniuit eam Cantor Parisiensis: Simonia est spiritualium acceptio, vel collatio non gratuita. Quandoque strictissime accipitur, secundum quod simonia est pactio temporalium propter spiritualia danda, vel accipienda, vel facienda. Item duplex est actus, scilicet actus emendi, vel vendendi spiritualia; vel actus renunciandi beneficio ad opus alterius, & actus paciscendi super talibus. Dic ergo quod in his, quæ prohibita sunt, quia simoniaca, sufficit voluntas ad introducendum peccatum; siue stet in limitibus eius, siue progrediatur ad actum emendi, vel vendendi; seu etiam paciscendi; sed non sufficit ad introducendum irregularitatem, si non progrediatur ad actum paciscendi. In illis autem quæ sunt simoniaca, quia prohibita, non sufficit ad introducendum peccatum voluntas renunciandi beneficio ad opus alterius, etiam si progrediatur ad actum renunciandi, nisi progrediatur ad actum paciscendi: quia non est peccatum alicui, si renunciat beneficio ad opus alterius; dum tamen dignus sit; dum tamen pactum non intercedat.

1 *Qui studet.*] donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione permanere, aut reuocari posse, dubium non est.

m *Consuluit.*] ibi dicitur, quod intentio percipiendi aliquid ex mutuo vltra sortem, licet non sit in pactum deducta, reum facit accipientem, & debet induci ad restituendum: *usura enim hic extra de usu.*

n *Non sufficit sola voluntas.*] Quæritur: Ad

o *Nisi procedat in actum.*] non renunciandi; sed paciscendi.

1 *Con-*

Digitized by Google

§. 2. Item nomine emptionis, & venditionis intelligas omnem contractum [l] non gratuitum, præter contractum permutationis: de qua sic teneas; quia permutatio dignitatum, vel præbendarum, vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, non potest fieri auctoritate partium [m] absque periculo simoniæ, sicut nec transactio [n]. extra de transact. Super eo [o]. de Rer. permut. cum olim. Episcop⁹ tamen si causam inspexerit necessariam, potest ex officio suo transferre ꝑsonas, & facere permutationē. ext. de rer. permut. Quæsitum [p]. &, Cum vniuersorum. Quātum ad proprietatem autē potest fieri permutatio Ecclesiarum, & aliorum beneficiorū; dum tamen fiat auctoritate superioris, & nullum temporale interueniat. extra de rer. permut. ad quæstiones. nisi forte altera abundaret multū in redditibus temporalibus, alia parum, quia tunc minus abūdans posset refundere alteri certam pecuniæ quantitatem, ita quod temporale pro temporali daretur, & contractus nullo modo miscerentur [q].

§. 3. Dicitur autē simonia a Simone Mago [r], primo in nouo testamento huius scœleris auctore, quia voluit emere gratiam Spiritus sancti [s] à Sancto Petro; sicut & Giezi in veteri testamento voluit vendere gratiam sanitatis [t] Naaman Syro: vnde proprie vendi-

l *Contractum.*] contractus est vltro, citroq, obligatio.

m *Auctoritate partium.*] aut etiam pacto. sicut patet extra de rerum permutatione quæsitum.

n *Transactio.*] transactio est de re dubia, & lite non certa, nondum finita non gratuita pactio. Vnde simoniaci sunt, qui faciunt inter se pactum, vel iurant sic: Tu facies ꝓposse tuo, quod ego habeam beneficium tuum, & ego, quod tu meum: tamen bene possunt sibi inuicem voluntates suas intimare; ita scilicet: libentius essem in Ecclesia tua, & è conuerso, & Episcopo significare.

o *Super eo.*] ibi dicitur, quod super re sacra litigiosa transigi non potest, licet posset inter partes amicabiliter componi. Dixerunt tamen quidam, quod locum habet in talibus transactio intrinseca, quæ est, cum aliquid ex ipsa re sacra litigiosa ex pacto promittitur, vel conceditur. Extrinseca vero est, quando aliquid extra rem litigiosam promittitur: vt si litigetur super Ecclesia, & promittatur pecunia, parcendo liti. Ego autem neutram transactionem credo in talibus esse admittendam necessariam vel vtilem.

p *Quæsitum.*] ibi dicitur, quod ex pacto partium permutatio in spiritualibus fieri non potest; sed Episcopus de officio suo ex causa potest transferre personas, vt extra de rer. permutatione. ad quæstiones.

q *Miscerentur.*] verba sunt decret. illius, Ad quæstiones. Nota quod vna Ecclesia minus abundans in possessionibus temporalibus, aut redditibus permutatur cum alia Ecclesia magis in talibus abundante; & fit recompensatio pecuniæ, vt perueniatur ad æqualitatem permutationis: duplex est enim ibi contractus, vnus permutationis, alius recompēsationis. Si ergo fieret recompensatio pecuniæ pro iure spirituali, & non pro sola recompensatione possessionum temporalium, dicerentur contractus misceri ad inuicem. Et nota, quod huiusmodi ꝑmutatio ad inuicem Ecclesiarū pro Ecclesijs locum non habet inter personas, quæ non habent nisi vsumfructū Ecclesiarū, & hoc ad vitam suam; sed tantum inter Ecclesiasticas ꝑsonas, quibus proprietas taliū Ecclesiarū in perpetuū est concessa.

r *A. Simone.*] Act. 8.

s *Spiritus sancti.*] donum gratuitum, videlicet, quod ad impositionem manuum eius daretur Spiritus sanctus visibili signo, *Giezi.* 4. Regum cap. 5.

t *Gratiam sanitatis.*] id est sanitatem gratis datam per Heliseum. & nota, quod cum Giezi simoniacus fuerit, nec legatur pactum aliquod fecisse, errauerunt, qui dixerunt non esse simoniam sine expressa pactione.

tor ſpiritualium dicitur Giezita à Giezi; Emptor vero ſimoniacus à Simone; vſu tamẽ vterque dicitur ſimoniacus.

§. 4 Cõmittitur ſimonia tribus modis, vt dicit Gregorius ſuper illũ locũ Eſaiæ 33 Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere: non dicit ſolummodo a munere, ſed ab omni munere: aliud enim eſt munus à manu; aliud ab obſequio; aliud à lingua. Munus à manu pecunia eſt. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebite impẽſa. Munus à lingua fauor. 1. q. 1. Sunt nonnulli. Item nota, ꝙ ſimoniaca dicitur ordinatio, alia ex parte ordinatoris tantum, alia ex parte ordinandi tantum, alia ex parte vtriuſq;, alia ex neutrius parte, quæ eſt, cum vtroque ignorante, amicus ordinandi dat, vel promittit conſiliario Epiſcopi. 1. q. 1 Statuimus. & Si quis a ſimoniacis [u].

§. 5 Porro ſunt caſus, in quibus licite ꝓ ſpiritualibus datur quãdoque munus a manu, quãdoq; ab obſequio, quandoque a lingua. Munus a manu poteſt dari in quinque caſibus. Primus, ſi gratis offeratur, non pro ſpirituali [x]. 1. q. 1. Quicumque inuiſibilis [y]. Si autem dubitetur, vtrum gratis, velex pactione, vel corrupta voluntate datum ſit, tria ſunt maxime attendenda, ſcilicet dãtis & recipiẽtis qualitas, videlicet, an a paupere diuiti, vel e conuerſo, ſiue a diuite locupleti: Muneris quãtitas, ſi magni, vel minoris pretij res data exiſtat: & donationis tempus, an ſcilicet inſtante neceſsitate, ſeu alio tempore conferatur. & ſecundum hoc eſt habenda præſumptio, vel pro, vel contra extr. eod. etſi quæſtiones. Secundus caſus eſt, pro operibus ſpiritualibus, ad quæ non tenentur ex officio. 12 q. 2. charitatem [z]. Tertius etiã pro quibuſdam operibus ſpiritualibus debitis, puta cum conſecrat Epiſcopus Eccleſiam, vel viſitat Epiſcopatũ, poteſt exigere procurationem moderatã. ext. de ſim. Cum [a] ſit Romana. 10. q. 3. Relatum. extr. de præſcript. Cum ex officij [b]. Quartus

u *Si quis à ſimoniacis.*] ibi dicitur, quod ſi qui ordinati à ſimoniacis non ſimoniace, ſi ignorantiam probare poſsint, miſericorditer in ordine tolerantur.

x *Proſpiritua-li.*] nota, quod hæc præpoſitio (pro) quandoq; notat appretiationem, ſeu commutationem, & ſecundũ hoc nũquam concedendum eſt, ꝙ temporale detur ꝓ ſpirituali, vel è conuerſo: quandoq; notat cauſam efficiẽtem, quandoque finalẽ. Quandocunque ergo aliqs, cũ recipit ſacramentũ aliquod, cõferẽti dat aliquod tẽporale, & dicitur: ille dedit denarium pro ſacramẽto, vel aliud: ſi hæc præpoſitio (pro) notat appretiationem, falſa eſt. ſi autem notat cauſam finalẽ, vt ſit ſenſus, iſte dedit denarium pro ſacramẽto, id eſt, ꝓ veneratione ſacramenti, ſeu propter venerandum ſacramentum, licite poteſt hoc fieri, & concedi. Similiter ſi notet cauſam efficientem, & ſit ſenſus dedit pro ſacramento, id eſt, ꝓ deuotione ſacramenti, quam habuit erga illud, licite poteſt fieri, & cõcedi: qa deuotio, quã habet aliquis adſacramentũ, licite poteſt eum mouere ad dãdũ aliquid in receptione ſacramenti.

y *Quicũque inuiſibilis.*] ibi dicitur, ꝙ pro baptizandis, cõfirmandis, ordinãdis, cõſignãdis, pretia quælibet, vel præmia ſuſcipienda non ſunt, niſi voluntarie oblata.

z *Charitatem.*] ibi dicitur, quod viſitatores Eccleſiarum recipere debent aliquid pro labore ſuo; quia iuſtum eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tẽpore ſuum commodare reperiũtur obſequium.

a *Cum ſit Romana.*] ibi dicitur, quod Epiſcopus pro conſecratione Eccleſiæ poteſt exigere moderatam procurationem.

b *Cum ex officij.*] ibi dicitur, quod procuratio ratione viſitationis debetur. Et nota, ꝙ in iſtis duobus caſibus, ſecundo ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet,& tertio,cũ dicitur,quod pro operib' ſpiritualibus aliquod temporale datur, hæc præpoſitio,pro,denotat cauſam efficientẽ large,vt per efficientem comprehendatur cauſa adminicularis, ſcilicet cauſa,ſine qua non poteſt commode opera ſpiritualis impendi; & eſt ſenſus, iſte dat ꝓ operibus ſpiritualibus aliquod temporale,id eſt,adminiculum operationis,ſine quo adminiculo nõ poſſent commode expediri, licet poſſent fieri. Similiter ſi quis rogaret Sacerdotẽ,quod celebraret ei Miſsã, & Sacerdos non habens librum, vel calicem diceret ei: libenter celebrabo, ſi miniſtraueris librum,& calicem, vera non eſſet ſimonia. & ſi diceretur: iſte miniſtrat Sacerdoti librum,& Calicem pro celebranda Miſſa, hæc dictio, pro, non notaret appretiationem, ſed potius adminiculationẽ. Sed cur datur Epiſcopo procuratio pro conſecratione Eccleſiæ, & non pro clericis ordinandis ſimiliter datur, cum ſit ibi labor? Reſpondeo. Epiſcopus ordinare clericum poteſt, & debet in ſua Eccleſia,& facile poteſt habere expenſas in domo ſua, in qua habet victualia: ſed illa victualia non poteſt commode ferre ſecum ad aliam Eccleſiam. Vnde neceſſe eſt ei de victualibus prouideri alibi, cum aliam conſecrat, aut viſitat Eccleſiam.

S. Paulus ad Epheſ. 5.

pro vita æterna[c], & peccatorum remiſsione, vt eleemoſyna: In Dan. [c] 4. peccata tua eleemoſynis redime. Quintus pro redimẽda[d] vexatione, quę ſibi fit iniuſte ſuper iure ſpirituali. extr. de ſim. Dilectus filius. & Apoſtolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.

§. 6 In munere ab obſequio diſtingue, quia aut eſt corporale, aut ſpirituale. In primo caſu, ſi obſequiũ eſt honeſtum, poteſt; vt ſi eat Romam pro Eccleſia[e], vel ſeruiat alicui Epiſcopo, vel Eccleſiæ in licitis & honeſtis; dũ tamen ſine pactione. Si inhoneſtum, non poteſt, vt ſupra eod. prox. verſ. Munus ab obſequio, eſt ſeruitus indebite impenſa[f]: ſi ſpirituale, procedit ex affectu charitatis.

c *Dan. 4. peccata tua eleemoſynis redime.*] id eſt, pœnitentiam debitam pro peccatis.

d *Pro redimenda.*] Nota tamen, quod non habet locum redemptio huius vexationis ſuper iure ſpirituali, niſi cum pro certo redimendi de iure ſuo conſtat.

e *Pro Eccleſia.*] id eſt, pro negotio Eccleſiæ ꝓcurando, nõ pro Eccleſia ſibi dãda propter huiuſmodi laborẽ; quia hoc eſt ſimoniacũ. Obijcitur, quia cum huiuſmodi corporale obſequiũ honeſtũ ſit pretiabile; & poſſet etiam ex pacto ꝓpter iſtud recipi pecunia, ergo idem eſt iudicium, quod de pecunia: ſed ſi daret pecuniam pro habendo beneficio, eſſet ſimonia, etiam ſine pacto, ergo & hic. Reſpondeo: dicunt quidam, quod licet dare præbendã principaliter pro Deo, & ſecundario pro ſeruitio licito; vt ſit finis ſub fine. Sed contra eſt, quia non poſſunt hic ordinari intentiones, quia ſi dicatur, quod Epiſcopus dat præbendam propter remunerationem ſeruitij. & remunerat ſeruitiũ propter Deum, prima intentio illicita eſt, & primus finis, ſcilicet dare ſpirituale pro temporali ſeruitio. propter hoc dicunt alij, quod cum dicitur: iſte dat præbendam pro ſeruitio licito, hæc præpoſitio, pro, non notat cauſam finalem, ſed excitatiuam: obſequium enim tale non debet eſſe cauſa finalis, ſed poteſt eſſe excitatiua. ſed eadẽ ratione poſſem dare pecuniam Epiſcopo, vt pecunia non eſſet pretium, ſed excitatio Epiſcopi ad dandam præbendã. Reſpondeo: huiuſmodi obſequium non debet eſſe excitatiuum ad dandam præbendam, ſed ad cognoſcenda merita præſtantis obſequiũ; quibus quidem cognitis, danda eſt præbenda pro ipſis, non pro ipſo ſeruitio: quia ſicut dicit Cantor Pariſienſis: Curiæ Prælatorum probatoria ſunt clericorum: pecunia autem ſi daretur Epiſcopo ab aliquo non propter hoc aliquod eius meritum, aut fidelitas probaretur, ſicut probatur per obſequium honeſtum.

c *Pro vita æterna, & peccatorum remiſſione.*] Quare non eſt ſimoniacum, cum nihil ſit ſpiritualius vita æterna, & remiſſione peccatorũ? Reſpondeo hic: cum eleemoſynæ dantur pauperibus, dantur Deo, cum quo, quia Dominus eſt, nulla committi poteſt ſimonia, ſicut committitur cum Prælatis qui non ſunt Domini, ſed ſolum diſpenſatores ſacramentorum, & aliorum ſpiritualium. præterea vita æterna, & remiſſio peccati cadit ſub merito, & proponitur nobis venalis a Deo ex pacto, vt ematur a nobis moneta Dei, quæ eſt affectus, & opera charitatis. Sed non ſic eſt de ſpiritualibus, quæ conferuntur per miniſtros Eccleſiæ. nec tamẽ corporalis eleemoſyna eſt pretium vitæ æternæ, inquantum eſt res corporalis, nec inquãtũ datũ; ſed inquantum fructus, id eſt, inquantum

f *Indebite impenſa.*] obſequium quodlibet intelligo indebite impendi, ſi impendatur pro ſpirituali beneficio habendo principaliter, ſecundum

non debet facere tale obsequium pro beneficio, vel alio sibi dando, nisi cum tale obsequium fuerit impositũ ipsi beneficio. verbi gratia alicui prę bendæ est impositum hoc onus, vt quicumque eã habuerit, cantet quotidie de Beata Virgine Maria Missã. extra de præben. Significatum [g]. Pro spiritualibus [h], aut corporalibus aliquid dare, puta, calice, ornamentis, & similibus, dicunt quidam [i], quod non est simonia, nisi inueniatur prohibitum, vt in Ecclesia, cœmeterio, & chrismate, vel oleo benedicto. 1. quæst. 1. placuit. 1. Dictum [k]. 2. & statuimus. 1. extra eodem ad nostram [l].

§. 7 In munere a lingua distinguitur ab Hu. & multis alijs: aut eligitur quis, vel ordinatur suis precibus, aut alienis: in primo casu, quantũcumque sit dignus, est simonia. 8. q. 1. In scripturis [m]. 1. q. 1. ordinationes [n]. In secundo casu, aut illæ preces sunt carnales, aut spirituales. Si carnales, & sunt pro indigno, simonia est. 1. q. 1. De ordinationibus [o]. tunc enim preces succedũt loco pretij. 1. q. 1. Sunt nonnulli [p]. Si vero sunt carnales, pro digno, non committitur simonia, dummodo ordinator, vel elector nõ habeat respectum ad preces, sed ad Deum, & ad merita personæ. extra de æta. & quali. tuam 1. q. 1. latorem. Alij sunt, qui dissentiunt in primo articulo, dicentes, quod licite potest quis petere pro se, exemplo Petri dicentis Domino: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Ego distinguo, saluo meliori iudicio, Quod non potest pro se petere [q] Ecclesiam, vel di

cundum quod dictio, pro, notat causam finalem, non excitatiuam, sicut dictum est.

f *Si spũale.* pone, iste Sacerdos debet celebrare maiorem Missam, alius minorẽ; sed ex causa tamen dicunt ad inuicem, quod iste celebrabit pro isto, & ille pro illo; numquid est licitum, cũ hic præstetur obsequiũ spirituale pro spirituali? Respõdeo: licitum est ex causa: & cum dicitur: iste impendit obsequium spirituale pro aliquo spirituali, dictio, pro, non notat causam finalem, aut appretiationem, sed adminiculationem; cum iste non possit cantare loco alterius, nisi iste cantet loco ipsius; cum duas Missas cantare non debeat.

g *Significatũ.*] ibi dicitur, quod data fuit præbẽda cuidam, ita quod Missam de Beata Virgine quotidie debeat celebrare.

h *Pro spiritualibus.*] large dicuntur hic spiritualia pro eo, ꝙ consecrata, & deputata sunt adhoc, quod in eis exerceantur diuina.

Calice.] nota ꝙ calix cõsecratus bene põt vendi Ecclesiæ ab Ecclesia in eadem forma; priuato autem nõ potest vendi, nisi conflatus. x. q. 2. hoc ius porrectum.

i *Dicunt quidam.*] credo, quod talia vendi non debent, nisi cautum sit in iure, quod vendi possint. Vnde nec panis benedictus, nec aqua benedicta, cum per eius aspersionem dimittantur venialia, vendi non debent.

k *Dictum.*] ibi dicitur, quod pro chrismate, vel baptismo nihil exigatur.

l *Ad nostram.*] ibi dicitur quod ꝓ exequiis mortuorum, & benedictione nubẽtium, & similibus nihil exigatur; piæ tamen cõsuetudines obseruentur.

m *In scripturis.*] ibi dicitur, quod sicut locus regiminis est negandus desiderantibus, sic & fugiẽtibus est offerendus.

n *Ordinationes.*] ibi dicitur, quod non per ostium intrat, qui pretio, aut precibus, aut obsequio alicuius ꝑsonæ ordinatur.

o *De ordinationibus.*] ibi dicitur, quod nec ꝑ donum, nec per gratiã, nec per quorũlibet supplicationem permittendum est aliquos ordinari.

p *Sunt nonnulli.*] ibi dicitur de illis, qui ꝓpter humanam laudem, vel gratiam ordinant aliquos, quod de impenso beneficio sanctitatis nummũ expetunt fauoris. *Mat. 19.*

q *Quod non potest petere.*] hæc opinio videtur dura, & multoties fit contrarium: vnde credo, quod beneficium habens curam animarum annexam, potest aliquis petere pro se, si

dignus

Digitized by Google

dignus sit, exemplo Isaiæ, qui dicit: Ecce ego mitte me.

r *Beneficium simplex.*] id est, sine cura animarum, aut dignitate.

f *Si vero non indiget.*] hoc item durum est, & credo, quod ex quo aliquis promotus est ad sacros ordines, cũ huiusmodi ordinatio titulũ Ecclesiasticum requirat, potest beneficium Ecclesiasticum petere, licet abundet in temporalibus: & iura, q̃ Magister inducit ad probandũ contrarium, loquuntur secundũ statũ primitiuæ Ecclesiæ, quãdo exiles redditus erant, & distribuebant de facultatibus Ecclesiæ, ꝓ vt cuique opus erat.

t *Ita nec redimi.*] ab illo scilicet, qui ius habet percipiendi: alias possunt redimi; sicut redimuntur decimæ de manu militũ iniuste eas detinentium.

u *Cautio.*] id est, nuda promissio, sine solemnitate iuramenti, aut interpositione pignoris, aut fideiussoris: cum enim cautio inuenitur in iure sine adiectiuo, intelligendũ est de nuda promissione; cum autẽ additur, & dicitur, idonea cautio, vel idonee caueatur, intelligendum est de cautione iuratoria, pignoratoria, fideiussoria: & quod hic dicitur: petitur cautio, intellige, ab eo, qui eligitur, vel ordinatur; petitur (inquam) per alterum, quam per superiorem, vtpote per eligentes.

x *A Superiore vero.*] id est, per Superiorem.

y *Quælibet cautio.*] non tantum nuda promissio.

z *Peti potest.*] ab ordinato, vel ordinando, electo, vel eligendo; & bene potest peti ab illo, qui eligẽdus est, potest (inquam) peti per electores.

a *A superiore.*] id est, per Superiorem, & ante, & post. in hoc ꝓ dicitur, post bene dicit, sed credo, quod nec Prælatus, nec alius potest exigere aliquã cautionem ab illo, qui eligẽdus est, ante electionẽ; & iura, quæ inducuntur ad cõtrarium, loquuntur de iã electis, non de eligẽdis: immo potius huiusmodi cautiones hodie de cõsuetudinẽ post confirmationẽ, aut consecrationem Episcoporum, quã ante, propter speciẽ, male exiguntur,

b *In ordine.*] recepto,

c *Quo ad se, & quo ad alios.*] aliquem suspẽsum esse quoad se, & quoad alios, est esse suspensum ꝓ sententiam canonis, vel hominis

gnitatem, vel aliud beneficiũ habens curam animarum annexã, & in hoc sentio cũ H. per iura supradicta, & ext. de iure patro. per nostras. Beneficiũ [r] vero simplex, si indiget, & sentit se dignum, potest petere absq. metu peccati, & simoniæ. extra de rescript. ad aures. extra de præben. c. 2. & in hoc sentio cum alijs: Si [f] vero non indiget, peccat, vt patet per illã. ad aures. & 1. q. 2. clericos. & 12 q. 1. illi autem qui.

§. 8. Item nota, quòd sicut spiritualia nõ debent vendi, vel emi, ita [t] nec redimi. extra, de simonia. querelam. nec aliquo dato, vel retento, vel promisso possideri, nec super eis transigi. extra de transact. super eo. extr. de pact. Cum pridem. 1. q. 1. quam pio. Circa hoc tamen distinguũt quidam, ꝓ & ante, & post electionem, vel ordinationẽ licite petitur cautio [u], quæ habetur ex iure, vel approbata cõsuetudine, dist. 23. quãquam. 63. dist. quia sancta. A Superiore vero [x] quælibet cautio [y] peti potest [z], dum tamẽ honesta. 10; q. 3. vlt. extr. de elect. significasti. Alij dicunt, quod ante electionem nulla cautio, vel pactio peti põt, & si præstat, simonia est; quia videtur facere ꝓ hoc, vt eligatur. 8. q. 3. talia. Idem est, si ꝓmittat ante electionem, se post electionem iuraturum. 1. q. 2. q̃ pio, & in prædicto cap. talia. Sed post electionẽ bene põt; quia tunc nihil sperat habere ab eis: dum tamen nõ fiat ex præcedenti pactione. 8. q. 3. Artaldus. a superiore [a] vero potest peti honesta cautio, & ante, & post electionem. 28. d. de Siracusanæ. & dist. 100. optatum: & in hoc cõcordant cum primis: & hæc vltima opinio magis placet.

§. 9 Circa pœnam simoniaci distingue, quoniam aut est simonia [b] in ordine, aut in beneficio; Si in ordine, non recipit executionem; sed est ipso iure suspensus, [c] quo-

Digitized by Google

nis; propter quam ſuſpenſionem tenetur ſic ſuſpenſus abſtinere ab officio: & illi, qui hoc ſciunt, tenentur illum vitare, quantum ad executionem illius officij. Si tamen aliquis occulte ſit ſuſpenſus hoc modo per ſententiã canonis, qui hoc ſcit, credo, quod ſi nõ poſſit eum vitare ſine ſcandalo, nõ tenetur eũ vitare. Quoad ſe aũt tantũ, dicitur quis ſuſpenſus, quando tenetur ab officio abſtinere, nõ per ſententiam canonis, vel hominis, ſed per ſimplicem prohibitionẽ iuris, atque ſententiã: ſicut quilibet Sacerdos exiſtens in peccato mortali tenetur abſtinere à celebratione; ſi tamen celebraret, nõ tenetur eum vitare in officio ſubditus eius, vel quicumque alius, etiã ſi ſciret eius peccatũ. large aũt dicitur eſſe ſuſpenſus quoad alios, & non quoad ſe clericus peregrinus; quia Sacerdos peregrinus, ſi velit ex deuotione celebrare priuatim, permittendum eſt, ſed non debet ꝑmitti celebrare plebi, ex quo nõ eſt certum de eius ordinatione, nec habetur aliqua notitia de perſona eius. vt extra de cler. peregrin. cap. vlt. & ex his poteſt colligi talis diſtinctio: quod quidam ſuſpenſi ſunt quoad ſe, & quoad alios; vt ſimoniacus notorius, & fornicator notorius, & ſimoniacus in ordine, licet occultus: quidam ſunt ſuſpenſi quoad ſe, & non quoad alios; vt Sacerdotes occulte peccantes: alij quoad alios, & non quoad ſe, vt Clerici peregrini.

ad ſe, & quoad alios, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum; ſicut & notorius fornicator. extra de ſimonia. tanta. & 32. diſt. verum. & ſic intelligitur. 1. q. 1. reperiuntur [d]. & hoc, quia characterem habet furtiuum [e]. Item punitur depoſitione, & infamia, ſi de crimine iudici ſuo aliquo modo, etiam per inquiſitionem, vel denunciationem [f] conſtiterit. 15. q. 3. ſane. extra. de accuſat. inquiſitionis. Item non poteſt repetere pecuniam, quam dedit, non quia alius bene acceperit, ſed quia iſte turpiter dedit. [g] 13. q. 5. non ſane. Si vero eſt ſimoniacus, quia contulit ordinem ſimoniace, vel quia dedit, vel recepit beneficium ſimoniace, vel fuit mediator ſimoniæ: ſi eſt occultum, eſt ſuſpenſus ipſo iure quoad ſe tantum; ſicut & quilibet criminoſus; non tamen quoad alios [h]. arg. extra eod. & ſi quæſtiones. & veniens. & ex tuæ fraternitati. Si vero eſt manifeſtum, eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quoad ſe, & quoad alios. extra eodem accuſatum. & quoties. 32. diſt. §. Vnde. Item qui recipit [i] beneficium ſimoniace, tenetur renunciare beneficio, & reſtituere omnes fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent [k]. 17. q. 6. ſi res aliena. & extra de reſt. ſpol. grauis. generaliter enim poſsidens ſine titulo [l], tenetur ad omnia damna, & lucra percepta, & percipienda. ff. de re. vend. ſi nauis. §. generaliter. Idem eſt, ſi habeat talem titulum, qui pro non titulo eſt habendus, vtputa turpiter, & contra legum [m] in-

d *Reperiuntur.*] ibi enim nomen anathematis ponitur pro ſuſpenſione.

e *Furtiuum.*] large, quia non intrauit per oſtium, ſecundũ quod legitur Io. 10. Qui non intrat, &c.

f *Denunciationem.*] cũ in denunciatione nõ agatur niſi ad pœnitentiã, non credo quod, probata ſimonia ꝑ denunciationẽ, debeat ſequi depoſitio, vel infamia, ſicut ſequitur, cum probatur per accuſationem, vel per inquiſitionem.

g *Turpiter dedit.*] ſic ei, qui turpiter dat, repetitio non cõpetit.

h *Non tamen quoad alios.*] ꝙa alij non tenentur eum vitare in officio, licet ſciant crimen.

i *Item qui recipit.*] ſupple ſcienter; quia ſecus, ſi ignoranter.

k *Percipi potuiſſent.*] a poſſeſſore diligenti ſufficienter.

l *Sine titulo.*] Titulus appellatur hic iuſtum initium, vel cauſa poſſidendi; vt emptio, venditio, donatio, & ſimilia.

m *Contra legũ interdicta.*] vt ſi quis dolo, vel metu inducat aliquem ad vendendum, vel dandum ſibi aliquid: huiuſmodi enim donatio, vel venditio habetur pro non titulo: aut ſi quis vendat ſeruum ſine gleba; aut glebam ſine ſeruo,

quod

terdicta mercatus est. C. de agricol. & censi. quemadmodum. ff. quod met. ca. sed etsi partus) & intelligе fructus, qui supersunt, deductis expensis, quæ fiunt querendorum, congregandorum, & conseruandorum fructuum gratia, qui ducuntur tam a bonæ fidei, quam à malæ fidei possessore. ff. de pet. hæred. si a patre. §. vltim. Item intelligo hoc de fructibus, quos non expendit in seruitium, & vtilitatem Ecclesiæ, sed in alios vsus; nam & qui deprædandi [n] causa accessit ad negotia mea agenda, habet contra me actionem [o], non in id, quod sibi abest, quia proterue ad negocia mea accessit; sed in quo ego locupletior factus sum, vt ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed & si quis. Idem intelligo [p] de illo, quo sciente, & consentiente, facta fuit simonia [q]; vel statim cum sciuit, non renunciauit. arg. extra. de simonia. & sicut tuis. circa fin cap aliter si esset bonæ fidei possessor [r] tenetur [r] non de consumptis fructibus, sed de extantibus tantum, C. de rei ven. certum. Item hæc pœna clericorum; laici autē debent excommunicari. 1. q. 1. reperiuntur. & si quis Episcopus.

§. 10. Sed quid de pecunia, vel possessione simoniace accepta, cui restituetur? Respondeo hæc omnia debere restitui illi Ecclesiæ, in cuius iniuriam data sunt, a quocumque accepta fuerint, siue clerico, siue laico, siue principali, siue mediatore siue alio. extra eod. de hoc autem. extra eod. veniens. Contra vbi restituetur ei, qui dedit? Solutio: dicunt quidam, illud dispensatiue factum fuisse; alij distinguunt, quibus assentio, quod si remanet in seculo ille, qui dederat pecuniam, non est ei restitutio facienda, sed Ecclesiæ, vt supra; si vero transeat ad religionem, vel si iam erat persona religiosa, & transeat de illo Monasterio ad aliud, deo: vbi Abbas, & totum Collegium est in culpa, non debet pecunia remanere penes illud Monasterium; quia illa pecunia se fecit indignum, sed danda est pauperibus per dispensationē Superioris: si autem possessio sit data, non pecunia, similiter auctoritate Superioris debet alij Monasterio assignari, vel pretium illius pauperibus erogari: Si autem non totum Collegium esset in culpa, sed solus Abbas, vel aliquis de Collegio, non deberet delictū personæ redundare in damnum Ecclesiæ; vnde posset possessio, siue pecunia illa remanere penes illud Monasterium, præsertim cum in eius iniuriam data sit; ita tamen quod illi, qui fuerunt in culpa, quantum posset fieri, alieni essent a commodo illius pecuniæ, vel possessionis. vbi autem aliquis scholaris dat pecuniam pro habendo beneficio, pecunia illa debet refundi in vtilitatem præbendæ, vel Ecclesiæ, quam fic emit, ipso amoto ab

n *Deprædandi causa.*] id est, dānificandi, seu furandi, seu alio modo.

o *Actionem.*] negotiorum gestorum. actio autem est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur.

p *Idem intelligo.*] quod ad pceptos, & percipiēdos fructus tenetur.

q *Symonia.*] per quā habuit beneficium Ecclesiasticum.

r *Bonæ fidei possessor.*] puta, ipso nesciente, commissa est simonia, & diu possedit beneficiū; sed postmodum cum sciuit, statim renunciauit.

s *Teneretur.*] Domino rei.

t *Vsumfructū.*] qui finietur statim ipso mortuo, & redibit ad proprietatē. est autem vsusfructus ius vtendi fruendiq. alienis rebus, substātia salua, pone, quod datur Abbati, & toti Collegio pecunia pro aliquo monachādo, vel canonicando, vel aliquis clericus secularis ordinandus dat pecuniam Episcopo pro se ordinando, vel beneficiando: cui restituetur pecunia si c suscepta? Respon-

Digitized by Google

to ab illo beneficio, nisi forte dedisset illam pecuniã alicui Collegio pro habẽda ibi præbenda, in quo casu deberet fieri de illa pecunia, qđ supradictum est de pecunia data Abbati, & Monachis: Si autem aliquis dederit pecuniã pro habendo ordine, si ille, qui dedit, non habeat beneficium Ecclesiasticum, illa pecunia debet cedere illi Cathedrali Ecclesiæ, in cuius ignominiã data est: Si autẽ habeat beneficium, ad cuius titulũ debebat ordinari gratis, aut si dedit pecuniam p beneficio obtinendo ab Episcopo, vel alio Prælato Ecclesiastico, cũ vtrique Ecclesiæ sit facta iniuria, scilicet Ecclesiæ illius Prælati, & Ecclesiæ, vel præbendæ comparatæ, pecunia debet cedere partim in vsus istius Ecclesiæ, & partim in vsus alterius Ecclesiæ.

u *Depositionis*] a beneficio, ab ordine, & beneficio.

x *Prohibita.*] nõ Papæ, sed alijs.

y *Baptismus repetatur.*] seu ignoranter, siue sciẽter. Si autem aliquis baptizabet restitui pecunia simpliciter, & possessiones, saltem quo ad [t] vsumfructum, illi Monasterio, quod ingreditur, vt sicut habet onus, habeat & emolumentum: & sic loquitur contrarium. Simile 16. q. 6. de lapsis. 27. q. 1. si quis rapuerit. Item secundum quosdam punitur pœna depositionis [u], & infamiæ simoniacus in beneficio: sicut supra dictum est de simoniaco in ordine. extra de accusat. inquisitionis. Io. tamen intelligit illud de depositione non ab ordine, sed à beneficio, crimine probato in modum denunciationis, vel inquisitionis; quia si in modum accusationis, deponeretur ab ordine, & beneficio, sicut & pro alijs criminibus regulariter.

§. 11. Restat videre, quæ dispensatio fiat erga simoniacum. Distingue circa ordinem quatuor casus, in quibus prohibita [x] est prorsus dispensatio: Vnde versus

Siue his ordo datur, seu baptismus [y] repetatur.

Siue vt euertatur [z] fidei status, ordo petatur.

Vel si præstetur, vt vtrumque Simon [a] operetur.

Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

1. q. 7. saluberrimũ. de cons. d. 4. eo quòd bis. 1. q. 7. conuenientibus. 9. q. 1. ab excõmunicatis. Alias [b] dispẽsari põt in ordine à Papa [c] ex plenitudine potestatis, ẽt cũ illis, q̃b[9] scientibus cõmissa est. extr. eo. nobis 1. q. 1. erga simoniacos.

§. 12. Sed numquid Episcopus potest dispensare cum talibus [d]? dicunt quidam indistincte quod non. arg. extra de Iudicijs. at si clerici. Alij dicũt, & melius, quod si crimen, nescientibus ordinatis, perpetratũ est, postquam simpliciter renunciauit executioni ordinis, potest Episcopus dispensare. extra eodem. de simoniace. quod intelligo, si non fuit data pecunia ipsi Episcopo: nam si Episcopo fuisset data, non posset ipse propter turpitudinem suam, sed solus Papa. 1. quæst. 1. erga. & si quis. neque. & 1. q. 5. præsentium.

tus probabiliter dubitans, an fuerit baptizatus, ad cautelã se faceret baptizari, non absolute, sed sub hac forma, si non es baptizatus, &c. non incurrit aliquam irregularitatem.

z *Euertatur.*] scilicet quando quis, cum posset ordinari a Catholico Episcopo, in odium Ecclesiæ se facit ordinari ab hæretico.

a *Vtrumque Simon.*] id est, simonia interuenit, tam ex parte ordinati, quã ordinatoris.

b *Alias.*] id est, in alijs casibus ab istis quatuor.

c *A Papa.*] credo tamen, q̃ in illis potest dispensare Papa, sed quia longe difficilius dispẽsat in illis quatuor, quam in cæteris; ideo dicit hic Magister d *Cum talibus.*] qui ordines susceperunt simoniace.

c *Solus Papa.*] supple, vel successor illius Episcopi, aut alius ordinari[9] iudex illius ordinati, vtpote si haberet beneficium, vel domicilium in dioceſi alteri[9] Episcopi. hoc etiã potest Metropolitanus secundum Magistrum.

Lai-

Digitized by Google

Si vero non fuit data Episcopo, sed collaterali, Episcopo ignorante, potest dispensare Episcopus. 1. q. 5. præsentium.

§. 13 Dispensatio cum simoniaco in beneficio est quadruplex, scilicet parua, magna, maior, maxima, parua, vt habeat [d] laicam communionem: magna, vt post pœnitentiã in Ecclesia in suo ordine remaneat: maior, vt etiã remaneat in eadem, sed in minoribus ordinibus: Maxima, vt in eadem maiores etiã exequatur, non tamen habeat prælationem. 1. q. 5. c. 1. Sed numquid [e] cum istis poterit Episcopus dispensare? Dicunt quidam, quod in nullo casu potest Episcopus cum simoniaco dispensare. arg. extr. eod. nobis. Alij dicunt, quibus assentio, quod si ignorante eo, cui beneficium acquiritur, simonia cõmissa est, potest Eps dispensare, etiam vt de nouo conferatur ei idem beneficiũ, cum idem pure, & simpliciter renũciauerit beneficio; qa tales simoniaci non sunt. ext. eod. de simoniace. hoc autem intellige, si Eps similiter ignorauerit: nam si scienter contulisset beneficium tali, nõ ipse, [f] sed superior posset dispensare. arg. 1. q. 5. c. 1. & extr. de cler. coniugat. diuersis fallacijs. in fin. Si vero beneficiato sciente, solus Papa [g] dispensare potest. extr. eo. de regularibus. Item potest dispensare cum illo, qui sola intentione, seu voluntate occulta cõmisit simoniã; quia non inuenio sibi prohibitum. arg. extr. de sentent. excommu. nuper, immo per condignã penitentiam liberatur ex toto. arg. dist. 50. de his clericis. & est expressum in decr. noua, ext. eo. mandato. Cum illo quoque, qui ordinem, vel beneficium, contulit simoniace; vel fuit mediator simoniæ; dum tamen sit occultum, & cum eo qui carnales interposuit preces, etiam pro indigno, nulla alia interueniente [h] conditione, vel pacto. Item cum illo, qui ordinem recepit simoniace. In rite autem est, quod in illo: hoc etiam videtur Tancredus notasse. extr. de simonia. nobis. & hoc potest haberi per hoc, quod dicit Decre. extra. eod. quoniam simoniaca. quod irregulares, qui scienter ingrediuntur religionem per simoniam, retrudendi sunt in arctũ Monasterium ad agendam pœnitentiam. Sed facilius dispensatur cum regularibus, quam cũ secularibus; cũ igitur non dispensetur cum huiusmodi regularibus, quod remaneant in illis locis; sed retrudantur alibi ad pœnitentiã, multo fortius cum secularibus dispensandum non est in beneficio; nisi sit tale, quod sibi videatur esse locus pœnitentiæ; sed talis Ecclesia non est, vel prœbenda; immo potius locũs honoris, ergo non potest dispensari cum tali beneficio, nisi per Papam.

[d] *Laicam communionem.*] id est, quæ laicis datur in Pascha, vel alijs solemnitatibus.

[e] *Cum istis.*] qui adepti sunt beneficium per simoniam.

[f] *Sed superior.*] supple, & etiam successor.

[g] *Dispensare potest.*] quod habeat illud idem beneficium, vt dicunt quidam: Simplex enim Episcopus secundum illos potest dispensare, quod talis simoniacus habeat aliud beneficium ecclesiasticũ, aut prœbendam: & ita videtur sensisse Aug. qui notauit super illud capitulum. 2. quæst. 1. In primis, quod clericus, qui adeptus est ecclesiam per simoniam, & si non possit illam tenere de iure, aliam tamen non prohibetur habere. Credo autem, quod nec in illo, nec in alio potest Episcopus dispensare cum tali remanente in seculo, & hoc satis potest colligi ex eo, quod Magister dicit hic: cum enim dicat, quod solus Papa potest dispensare in hoc casu, nec distinguat, vtrum in eodem beneficio, vel in alio, intelligendum

[h] *Conditione, vel pacto.*] Videtur Magister sentire, quod si conditio, vel pactum interceserit, non potest simplex Episcopus cum tali dispensare.

tem susceptis, & cum eo, qui recepit beneficium simoniace, postquam resignauit [i] in executione ordinũ, credo, saluo meliori iudicio, post vltimã pænitentiã posse Epm suum, si ab illo sit peccato immunis, alioquin [k] Metropolitanum, debita discretione adhibita, in pænitentiali iudicio dispensare per iura supra ꝓxime allegata: qui vero scit, vel credit, conferentem eidem contulisse ordinem, vel beneficium principaliter propter obsequia, seu preces carnales à se, vel ab alio interpositas, credo, quod [l] si erat indignus, debeat resignare; qa tunc succedũt preces huiusmodi loco pretij: alioquin si erat dignus non tenetur, sed debet pænitere de intentione corrupta. 1. q. 1. Sunt nonnulli. de æta. & qualit. tuam. extr. eo. mandato.

§. 14 Quid fiet de Monasterijs, in quib⁹ plures Monachi, vel regulares, vel alij religiosi, vel Moniales simoniace recepti sunt? Dicas, ꝙ sine exceptione pure, ac simpliciter debent renunciare, seu sint subditi, seu prælati: & si ipsis scientib⁹ fuit commissa, & post Concilium generale, sine spe restitutionis, [m] de suo Monasterio repellãtur: & ad agendam perpetuam pænitentiam sunt huiusmodi personæ in locum arctioris regulæ retrudendæ. Si vero ante Concilium, & ipsis scientibus, remotæ de Monasterijs, quæ perperam sunt ingressæ, debent in alijs locis eiusdem ordinis collocari: quod si commode non potest fieri, ne damnabiliter in seculo euagentur, debent recipi in eisdem Monasterijs dispensatiue, de nouo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. extr. eod. dilectus. 2. & quoniam simoniaca. Si autem ipsis ignorantibus, seu ante Concilium, seu post, [n] renuncient, vt supra: & postea possunt eligi de nouo; mutatis tamen locis, vt supra. extr. eo.

[i] *In executione ordinum.*] Cum non distinguat Magister hic inter ordines susceptos ante beneficium receptũ, & post, vr̃ sentire, ꝙ in executione vtrorũque possit simplex Eps dispensare, qd̃ plane est de illis ordinib⁹, quos nõ recepit ad titulũ bñficij per simoniã adepti: secus forte de illis, quos suscepit ad titulũ illi⁹; cũ illos per quandã cõsequẽtiã videatur habere per simoniã, per illã regulã: Quisquis horum alterũ vendit, sine quo nec reliquũ ꝓuenit, neutrũ inuenditũ derelinquit. qa fauores sunt ampliandi. Satis põt concedi, ꝙ Eps in vtrisque possit dispẽsare; cũ nõ sit expresse ꝓhibitum. Vr̃ ẽt sentire Magister hic, ꝙ cum tali simoniaco nõ possit Eps dispensare, vt recipiat ordines; cũ loquatur tm̃ de dispẽsatione contra executionẽ ordinum, nõ cõtra receptionẽ: quod vr̃, quia cũ facilius dispensetur in beneficio, quã in ordine: nec possit Eps cum eo dispensare in beneficio recipiendo, ꝓbabile est, ꝙ nec in ordine recipiendo possit; nisi intraret religionẽ: in quo casu, ꝑꝑ fauorẽ religionis, credo, ꝙ posset Eps dispẽsare, si occulta est simonia; si aũt manifesta, vel diffamatus de illa esset, nõ posset; qa si esset infamatus, deberet Eps procedere ad inquisitionẽ, vel purgationẽ indicere diffamato. Est aũt simonia occulta, de qua nõ cõstat ꝑ sñiam, vel cõfessionẽ in iure factã; vel per euidentiam rei, quæ nulla possit tergiuersatione celari.

[k] *Metropolitanũ.*] Quomodo dispensabit Archieps; cum non sit ei⁹ ordinari⁹, nisi in casib⁹ expressis in iure, quorũ iste nõ est vn⁹? Rñdeo: hoc intelligendũ est, qñ Archieps habet de consuetudine recipere ad confessionẽ subditos suffraganeorum suorũ.

[l] *Si erat indignus.*] ex alio crimine, quã ex simonia huiusmodi.

[m] *De suo Monasterio repellantur.*] nõ tñ poterũt in seculo remanere: immo ẽt, si per propriã malitiã exierũt, compellẽdi sunt per prælatos seculares, & per illos, qui præsidẽt Capitulis religiosorũ, quæ celebrantur secundum statuta Cõcilij generalis; vt regulariter alibi viuant.

[n] *Renuncient.*] Quid si renunciant, quia sperant re-

rint restitui, aliter non renũciarent, & sic iterum recipiuntur? Rndeo possunt taliter recepti remanere; ita tñ quod pæniteant de intentione corrupta, si non interuenerit conditio, vel pactio.

ex insinuatione. Item in primo casu si nõ inuenitur arctior regula, credo cum Io. quod post renunciationem debẽt mutari in aliud monasteriũ eiusdem regulæ; quod si nõ potest cõmode fieri, fiat saltem ad tempus. arg. 81. dist. valet. & postea eligatur de nouo, vt supra; & hoc maxime, [o] vbi agit de pœnitentia. Item credo, quod cum talibus [p] poterit dispensare iuxta distinctionem prædict. Eps, vel etiam Capitulum; dum tñ ipsi nõ fuerint partícipes simoniæ: tunc enim, cũ propter hoc puniri debeãt. ext. eo. dilectus. nõ debent ex eodem facto priuilegiũ obtinere; immo videntur amisisse potestatem eligendi, & alij, qui nõn peccauerunt, acquisiuisse. arg. ext. de elec. bonæ memoriæ.

r. Si vero [q] alicuius electionem, propter simoniã, eo ignorante, ac ratum non habente commissam cõtigerit [r] reprobari, cum eo super prælatione, ad quã taliter electus fuerat; [s] illa vice non poterit Eps dispensare; quamuis circa eũ, qui ignoranter beneficium recipit simplex per simoniacã prauitatem, post liberã resignationem, Epi dispensatio toleretur. ext. de elec. Si alicuius. Item duo casus sunt, in quibus de iure cõi non sunt simoniaci, nec tenentur renunciare: Vnus, [t] si inimicus meus daret fraudulenter pecuniam pro electione mea, vt postea cassaretur electio, & ego remanerẽ infamis. Ali[u]s, si me inuito, & expresse contradicente aliquis latenter dedit, vel promisit pecuniam Episcopo nolenti confirmare electionem, vel collatera lib[us] suis. ext. eo. Nobis legio, & ad prælationem; quia si per Regem, vel aliquam secularem personam ius patronatus habentem fieret huiusmodi electio ad prælationem, vel per Collegiũm ad simplex beneficium, credo, quod Episcopus posset dispensare, quod post resignationem iterum eligeretur.

[o] *Vbi agitur de pœnitentia.*] Nota quod Magister intelligit rigorẽ prædictũ seruandũ esse in occultis simonijs, & in foro pœnitẽtiali; licet non cõstet de crimine per inquisitionẽ, vel in forma iudicij, quod bene credo, per illã constitutionẽ. Qm simoniaca. quæ non loquitur de inquisitionibus; licet cõtradicãt quidam, scilicet, quod non obseruandus esset ille rigor, nisi cõstaret de crimine p inquisitionẽ, vel in forma iuris. arg. extr. eo. dilectus filius. 2. vbi loquitur de inquisitione.

[p] *Poterit dispensare.*] in loco religionis assignãdo. Sed numquid in ordine? potest dici, quod sic, in fauorẽ religionis. Sed quid de illo, qui per simoniam alienam ignorans ingressus est religionẽ, vel obtinuit beneficiũ, vel ordinẽ; nec statim, vt scluit, renunciauit; sed ministrauit in ordine suscepto, & alio suscepit: quis dispẽsabit? credo, qd Eps possit, quia non est simoniacus; licet alias grauiter peccauerit: de Abbate vero, vel Capitulo, nõ credo quod possit contra ordinem dispensare; quia non recolo, hoc esse eis concessum.

[q] *Alicuius electionem.*] supple factam à Collegio, & ad prælationem; quia si per Regem, vel aliquam secularem personam ius patronatus habentem fieret huiusmodi electio ad prælationem, vel per Collegiũm ad simplex beneficium, credo, quod Episcopus posset dispensare, quod post resignationem iterum eligeretur.

[r] *Reprobari.*] per sententiam supple; quia si non cõstaret de simonia, nisi per confessionẽ occultã, in foro pœnitẽtiali factam, ante confirmationẽ electionis, & post adeptum iam beneficium, posset Episcop[us], sicut dictum est, dispensare.

[s] *Illa vice.*] id est vacatione; quia in alia vacatione posset.

Simplex beneficiũ.] quod scilicet est sine prælatione dignitatis: alibi tamen appellatur simplex beneficiũ; quod non habet curam animarũ annexã. de æta. ordinan. indecorum. Dico ergo, quod in Ecclesia cũrã animarum habente annexã absq; prælatione dignitatis, põt in hoc casu Eps dispensare; sed non põt, si sit ibi dignitas annexa; quia tunc nõ est simplex beneficium. arg. extr. de prẽb. c. vlt. ibi dr, quod non est simplex beneficium, vbi est rectoria dignitas.

[t] *Si inimicus meus.*] credo tñ, si inimic[us] meus daret pecuniã in præiudiciũ meũ Epo, & hoc scirem antequã Episcopus vocaret me ad illud, & cõstaret, quod nõ vocaret me, nisi propter munus illud, recipere non deberem.

Digitized by Google

& sicut 2. & hoc intelligimus verum esse, nisi postea forte concesserim pecuniam, [u] soluendo promissã, aut reddendo solutã. vt in illa. sicut.

§. 15 Itẽ q̃ritur, vtrũ cõsuetudines circa procurandos Conuentus post receptionem, vel circa exactiones, & extorsiones, quas pleriq; faciunt in consecrationibus Eporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum, dicentes: tantum est dandũ scriptori, tantum [x] portario, tãtum cantori, vel similibus: quæritur (inquam) [y] vtrum hęc inducant simoniã: vr, quod nõ; quia recipere in sumpt⁹, & stipes tabernaculi, non est simonia. 1. q. 1. iudices.

Item consuetudo facit non esse delictum, qđ alias esset delictũ. 32. q. 4. Obijciunt: Iacob quatuor habuit vxores, quod, [z] q̃n mos erat, crimen nõ erat, & vr expressum. 6. 3. dist. quia. & 1. q. 3. quæsitum. Contra, [a] in talibus cõsuetudo nõ minuit peccatum, sed auget. extr. eo. non satis. Item [b] nec pastũ, nec pastillum debet quis recipere. 1. q. 3. Si quis obiecerit: et expresse prohibentur hæc oĩa. ext. eo. c. 1. Solutio. Si talia [c] exacta, vel extorta soluunt, simoniaci sũt: et qui receperint, et q. dederint cum Giezi, et Simone cõdẽnãt, nulla cõsuetudine obstãte. extr. eo. c. 1. et Sicut p certo. Si vero electꝰ, vel ordinatꝰ, seu alius generatã. & cũ dñiste canonicus dedit Epo palefridũ pp pbendã sibi datã, si littera, propter, notet causam motiuã remotã, vera est propositio: si aũt notet causam propinquã motiuã, falsa est; quia propter prębendam primo, & principaliter non dedit, sed propter deuotionem, vel dilectionẽ, quæ est propinqua causa mouens: si autẽ notet appreciationẽ, nunquã licitũ est dare temporale pro spirituali. Quod aũt dixi, nõ esse iudicandã simoniã, vbi nõ est cõrrupta intẽtio, intelligo in foro pœnitẽtiali, vbi iudicatur secundũ intentionẽ: In foro aũt causarũ, secundũ pbata, iudicat. In prædictis casib⁹; si aliquis rogat⁹, vel exact⁹ daret aliqd in re

[u] *Soluendo.*] Pone, quod soluerim, aut reddiderim, quis poterit dispensare? Respondeo, licet grauiter peccauerim, & licet in maleficijs retrahatur rati habitio, & mandato comparetur; potest tamen Episcopus dispensare; quia re vera nõ fuit simoniacus in beneficij receptione; sicut notauit T. extr. simonia. Sicut nobis.

[x] *Portatio tantũ.*] Pone, quod aliquis dignus ordinari, dat coactus, vel nõ coactus ianitori, vt mittat eum intrare ad Epm ad petendum ordines: vel Abbas ad petendũ cõfirmationem suæ electionis, numquid est simoniacus? Rñdeo, quod non, si non dat corrupta intentione, scilicet, vt p intercessionẽ illorum, quibus datur, cõsequatur quod intendit. Similiter credo, quod si Abbas, vel alius dat aliquid familię Episcopi, ne videatur auarus, & vt magis placeat, & facilius habeat accessũ ad Episcopum, aut de largitate laudetur, non est simonia, si non sit corrupta intẽtio, vt dictũ est: licet talia possint fieri cũ peccato: vt si fiãt causa iactãtię, vel inanis glorię.

[y] *Vtrum hæc.*] id est, ea, quæ exiguũtur, vel redduntur propter huiusmodi consuetudinẽ.

[z] *Mos erat.*] ibi appellatur diuina reuelatio, quæ etiam aliquando fas appellatur, sine qua reuelatione nũquam licuit alicui plures habere vxores. vt ext. de diuor. gaudemus.

[a] *In talibus.*] id est, in ingressu religionis, vẽditione Prioratuum, & exactionibus, quę fiunt pro spiritualibus collatis, vel conferendis.

[b] *Nec pastum.*] Expressum est enim, quod prandium non debetur propter aliquam consuetudinem ab illo, qui recipitur in canonicũ, extr. de simonia. Iacobus.

[c] *Exacta, vel extorta.*] id est, per exactionem, vel extorsionẽ. Nota quod receptus in canonicum secularẽ, vel regularẽ si pp deuotionẽ, quã habet ad Ecclesiã, in qua receptus est, & ad fratres recipientes, dat eis prandium, vel cappã, sericã; aut si qs Epo, qui dedit ei pbendã, rogat⁹ vel non rogatus, dat palefridum, vel aliud: dat (inquã) pp deuotionẽ, vel dilectionẽ extortam ex grã sibi facta; vel si quis pp ne potẽ, vel filiũ receptũ in Monachũ, ex deuotione dat aliqd Monasterio, vel fratribus, nõ credo esse simoniã: seu det longe post grãm sibi factã, seu cito post; seu hoc faciat requisit⁹; cũ indigeãt, ij, q̃bus dat, vel, nõ requisit⁹; q̃a non indigent; dũtũ hoc faciat nõ; corrupta intentione, vr, qđ non pp beneficiũ datum hoc faciat, sed propter deuotionẽ, vel dilectionem, ex beneficio collato

Digitized by Google

in receptione, vel post receptionem modico tempore, præsumeretur simonia ex vtraque parte. Quid si exigatur aliquid tanquam debitum in talibus, ille tamen qui dat, non dat tanquam debitum, sed ex deuotione, nunquid est simonia? Respondeo, non est simonia quoad Deum, si intentio dantis non est corrupta, maxime si dat cum detestatione, quod non dedit vt debitum; sed donat vt gratuitu. Quid si noluerint recipere, nisi soluatur vt debitum; quia nolunt frangere consuetudinem suam? Respondeo, credo, quod tunc nihil est dare.

[d] Nõ exactus.] idest non ad actionem rei tanquam debitæ.

[e] Dicunt quidam.] & bene, vt credo.

[f] Melius.] hoc dicit Magister secundum suam opinionẽ, quod tamen dictum est supra proximo, credo veri' esse.

S. Paul. 1. ad Thess. 5.

[g] Propter illud.] Si littera, propter, notat appreciationẽ, aut causam propinquam motiuã, non licet, vt dictum est, dare temporale pro spirituali: Si vero causam remotã, licitũ est: vt ita dilectio, vel deuotio sit causa proxima mouens; beneficium autem sit causa remota, vel occasionalis.

pro eis,[d] non exactus, sed gratis aliquid offerat. [e] dicunt quidam, quod si fit ex pactione præcedente, est simonia, aliter non: Alij, & [f] melius, distinguunt, vtrum principaliter detur [g] propter illud, aut non, ita quod alias esset daturus. In primo casu est simonia, quia dare est quandocunq; dare, & accipere, quandocũq; accipere. 1.q.1. eos. in fi. & 1.q.3. si quis præbendam. In secundo casu non est simonia. extr. eo. & si quæstiones, & dilectus, 2. in fi. debet tamen quilibet in huiusmodi, non solũ à malo, sed ab omni specie mali secundum Apostolum abstinere: nam licet ordinandus, eligendus, vel electus non det, [i] cum intentione corrupta, nec alius ita recipiat, tamen ratione temporis, vt si in ipsa collatione, vel parum ante, vel parum post, vel ratione loci, vel personæ, vel rei, quæ datur, [k] surgit præsumptio vel pro, vel cõtra. 1.q.1. emendari. extr. eo. & si quæstiones. & audiuimus. Item non sunt excusati a crimine simoniæ, qui rei nõmen, & tempus solutionis immutantes, nummos, quos primo crismales, eo quod pro crismate, & in crismatis receptione darentur, secundo paschales, tertio cõsuetudinem mediæ quadragesimæ nuncuparunt. extr. eo. in tantũ.

Item per [l] quæstionem proximã intelligas solutam aliã: vtrũ ratione alicuius cõsuetudinis [m] possunt exigi aliqua pro [n] benedictionibus nubentium, si nõ inthronizatus esset? propter quod credo, priori solutioni potius esse adhærendum. Credo etiam, quod vbi in talibus datur aliquid temporale, non prout debitum, sed quia facere ita consueuit, non est simonia.

[h] Alias esset daturus.] Dura vr hæc opinio; & raro, vel numquã hoc contingeret: qñ autẽ Eps Parisien. inthronizatur per Archiepm Senonen. qui tunc cõsueuit ab eo recipere marcham auri, quomodo, & quando daret ei hoc,

[i] Cũ intentione corrupta.] qđ sufficit quoad Deum in foro pœnitentiali.

[k] Surgit.] scilicet in foro causarum.

[l] Quæstionem proximam.] supra eo. §. item, quia.

[m] Exigi aliqua.] & re vera non debentur. Vnde Sacerdos, qui facit sibi caueri, vel satisfieri de hoc, quod in talibus solet dari; vel qui exigit talia ante impensum officium, vel post, etiam si extorqueat per violẽtiam, aut exigat iure actionis, vocando eũ in ius, & ille, qui opponit impedimẽta fictoria, aut etiã vera, dũ tamẽ ad extorquẽdũ hoc faciat, simoniacus est: in huiusmodi tamen simoniacis, credo simplicem Epm dispensare posse cum pœnitente. §. 16

[n] Benedictionibus nubẽtiũ.] Quid de Sacerdote, qui, quãdo duo de diuersis parochijs matrimonialiter coniunguntur, non vult dare licentiam alij Sacerdoti de faciẽda benedictione, nisi data, aut promissa sibi pecunia? Et quid de illo, qui non vult dare licentiã parochiano suo confitendi alij, nisi pro pecunia? Rñdeo ad primũ, quod si huiusmodi Sacerdos non intendit vendere licentiam benedictionis faciendæ, sed prouidere sibi super portione oblationũ, & prouentuum,

tuũ, quæ ipſum contingunt de nuptijs, non eſt ſimonia; licet forte ei plus detur, vel promittatur, quam habiturus eſſet, ſi illã benedictionem faceret: ſi tñ ex certa ſcietia maiorẽ exigit ſummã, quã p̃ſumat debere valere portio ipſum cõtingẽs, merito præſumi poterit, quod nõ tantũ ſibi prouidere voluit de portione ſibi debitá, & eam affirmare ſicut dantur alij fructus Eccleſiæ ad firmam, ſed etiam licentiã benedictionis faciendæ vendere. Ad aliud dicẽdũ eſt, qđ ſimoniã committũt huiuſmodi Sacerdotes.

[o] Sacramẽto.] Numquid ſimonia eſt vendere panẽ benedictũ, vel aquã benedictã? Reſpondeo, credo quod ſic: in receptione enim taliũ confertur gratia remiſsionis peccatorũ quantũ ad venialia: idem ſi pro ipſo ſacramento matrimonij datur pecunia; ſed ſi ꝓpter onera mr̃imonij ſuſtinendo dat dos viro ex parte vxoris, licitũ eſt.

[p] Hoc dico.] quod non datur in eo gr̃a, nec cõmittit ſimonia.

[q] Calice cõſecrato.] Nũquid pallæ altaris benedictæ, & cætera ornamenta altaris ſimiliter vendi poſſunt alijs Eccleſijs. Reſpõdeo, vr̃ Magiſter innuere, qđ ſic ꝓ hoc, quod dicit de ſimilib⁹, ſepulturis, vel exequijs mortuorum, criſmate, vel Oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico [o] Sacramento, vt ſ. in eo gratia confertur, quod dico ꝓpter matrimonium, in quo, vt eſt tantum officiũ naturæ, & contractus naturalis, non confertur gratia, & ideo pro eo, vt ſic, dari pecunia põteſt, ext. de ſponſalib⁹. de illis. [p] Hoc ẽt dico [q] pro calice cõſecrato, vel ſimilibus, quę poſſunt vendi abſq; periculo ſimoniæ, etiam [r] in eadẽ forma, alijs Eccleſijs in caſib⁹ neceſſitatis, quos reperies infra de imm. Eccleſ. Item vtrũ ſimiliter rõne cõſuetudinis poſſint aliqua exigi ꝓ intronizãdis Epis, vel Abbatib⁹, vel quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis inueſticndis. Item pro dãda excõicatorum abſolutione. Item ꝓ [s] iure decimarum. Item ꝓ [t] iuſtitia eccleſiaſtica ſeruãda; quia in oĩbus his recipere pecuniã, vel ęquipollẽs, ſimonia eſt, nõ obſtante cõſuetudine. ꝓbantur hæc ĩa, 1. q. 3. Saluator, & Si quis p̃bendas. & vendetes. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. aurum. & extr. eod. cum in eccleſiæ. & ad aures. Si tamen laici ex pia eõſuetudine ſolent aliquid [u] in ſepultura, vel benedictione nubentiũ, vel exequijs mortuorum, & ſimilibus præſtare, licet hęc non poſſent à Sacerdotibus [x] exigi, nec propter hoc debeant ſacramenta differri ex poſt facto, [y] per Eꝑm veritate cognita debẽt cogi laudabilem conſuetudinẽ obſeruare, ext. eo. ad Apoſtolicã. Item nullus presbyter debet prece, p̃tio, vel fauore, vel conſanguinitate celare Eꝑo peccatum publicum paro chiani ſui, vel minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducere, & teſtimoniũ reconciliationis facere, vel quocunq; liuore digne pœnitentem à reconciliatione remouere, qa vtrumq; ſimoniacum eſt. extr.

[r] In eadẽ forma.] cõflata aũt pñt vẽdi laicis.

[s] Iure decimarum.] emendo, vel redimendo de manu illius, q̃ ius habet ibi, quia hoc non licet, vbi aũt ius non habet, licet: ſicut quãdo redimuntur decimæ de manu laicorũ, quando nullum ius habent ibi.

[t] Iuſtitia Eccleſiaſtica.] vt qñ dat aliquid Epiſcopo, vel alij reddendo iure ſuper ſpiritualibus. Idem etiam credo, ſi ſuper tẽporalib⁹, ex quo p̃ſona eccleſiaſtica, qui debet huiuſmodi ius reddere ratione eccleſiaſticæ iuriſdictionis: Si autem laicus eſt Iudex, & recipiat pecuniam pro proferenda ſnĩa, vel faciẽda iuſtitia ſup tpalibus, licet graue ſit peccatum, non eſt ſimonia.

[u] In ſepultura.] Nõ dr̃ ꝓ ſepultura, qa hoc nõ licet, niſi ſecundũ qđ diſtinctũ eſt ſupra de hac p̃poſitione, pro, vel propter.

[x] Exigi.] Iure actionis, dato. ſ. libello in forma iudicij. Sacerdos tñ ſi peracto officio dicat parochiano ſuo, ſine exactione, vt videat, qꝑ nõ peccet, dãdo qđ dari cõſueuit, ſi denũciet Eꝑo culpam eius, in hac parte nõ credo, quod peccet.

[y] Per Eꝑm].Ex officio ſuo procedentem.

[z] Poteſt

e Potest locare.] quidam dicunt, quod si Sacerdos talis intendat locare, vel vendere laborem suum, non ipsum officium, vel Sacramentum licitum est, aliter, non. ego credo, quod non habet locum in talibus conductio, vel locatio, cum etiam lex sæcularis nõ dixerit esse locationẽ, vel conductionem, quando mensor agrorũ aliquid recipit a dominis eorũ pro eis mensurãdis; sed quod datur appellauit honorariũ. ff. si mensor falsũm modum dixerit. l. 1. §. 1. ibi dicitur, quod non crediderũt veteres, inter tales personas locationem, & conductionem esse; sed magis operam beneficij loco præberi, & id, quod datur ei, ad remunerandũ dari, & inde honorariũ appellari. Dic ergo, quod Sacerdos seu indiget, seu non, potest ei dare pecuniã in sumptus ipsius Sacerdotis, non in munera Sacerdotij, id est, officij Sacerdotalis, quod impẽdit: sicut dicit Io. quod decem panis crustula, & vas mellis, si data fuerint Prophetæ, magis in sumptus prophetæ, quam in munera prophetiæ reputanda sunt. 1. q. 1. Iudices. Cum ergo dicitur: Sacerdos recipit pecuniam pro officiando Ecclesiam ad tempus, littera, pro, notat causam sine qua non, tamen causam adminiculatiuam, non appreciationem ipsius sacramenti, vel officij, quod impendit, vel laboris, quo laborat in ipso officio; quia tunc coniunctus est officio, quod nec vendi debet, nec locari, sicut nec ipsum officium; quia quisquis horum alterum vendit, &c.

§. 17 eo. nemo p̃sbyterorũ.

Nunquid Sacerdos potest cantare Missam pro denarijs? dico, quod si tenetur ex officio ad hãc Missam, vel exequias, vel simile, exigere propter hoc aliquid, simoniacum est. 1. q. 3. vendentes. Si vero non tenetur, & desunt ei sumptus, potest licite recipere. 1. q. 1. iudices. f Et potest vel ad diem locare operas suas, vel ad annum; sicut faciunt a Conductitij Sacerdotes. extra, ne prælati vices suas. c. vltim. Si autem habet sumptus, non tamen tenetur ad hoc, aut debet cantare gratis, aut cessare; alias videretur facere ex auaritia: & licet hoc forte non esset simonia, cum nemo teneatur suis stipendijs militare. 12. q. 2. charitatem. extra eodem cum sit; tamen c turpe lucrum est, vel ad minus habet speciem mali, a qua nos docet Apostolus abstinere. & 1. q. 1. emendari. §. 4. dist. generalis. Celebrata tamen vna missa, qui celebrat d secundam pro pecunia, vel hominũ adulatione idistincte, nõ euadit dãnationẽ: de con. dist. 1. sufficit.

Quæritur hic consequenter de processionibus, quas faciunt cõuentuales Ecclesiæ, & aliæ in exequijs defunctorum, data, vel promissa sibi certa pecuniæ quantitate, alias non facturi. Ad hoc dico, saluo meliori iudicio, si non fecerunt super hoc statutum, e idem, quod supra in prima quæstione, & per eadem iura; si vero factum est statutum, & per hæc verba, vel æquipollentia, quod quicumq; reliquerit Cõuentui. 10. habeat §. 18 residuum pro uetuum retinet pro sumptibus ex pacto, gratis tamen impẽdere debet officiũ; & qđ datur ei, gratis debet dari: sicut dicit B. Augustinus, qđ Apostoli gratuitum panem accipiebant ab illis, quibus gratuitam prędicationem impendebant.

a Cõductitij.] poti' vocari possent vt Vicarij, vel subsidiarij.

b Cantare gratis.] Ego credo, quod in omni casu debet cantare gratis; quia seu detur ei pecunia pro sumptibus, siue detur ei sumptus in domo illius, quo viuat officiãdo Ecclesiã; seu habeat Ecclesiam ad firmam; de qua reddit certam pensionem,

c Turpę lucrũ.] Si ex auaritia fiat; si autem in sumptus recipiatur, vt dictum est, non est turpe, etiam si sit diues.

d Secundã pro pecunia.] Idem credo de prima, si littera, pro, notat appreciationem, vel primam causam motiuam.

e Idem quod supra.] scilicet, quod si teneretur ad huiusmodi processionem, simonia est &c. vt supra: tu vero distingue, vt dictũ est.

f Ratio-

f Ratione laboris.] quem sustinent eundo ad exequias, pro quo labore, eo quod non omnino coniunctus est officio exequiarum, sed separatus, potest dari pecunia, & accipi sine periculo simoniæ secundum quosdam: sicut non est simonia, si canonicus secularis, vel clericus vadat ad Ecclesiã pro habendis denarijs, scilicet, horarijs, vel anniuersariorũ; quia tale non est spirituale, vt dicũt; dum tamen non faciat officium p illis denarijs; quia hoc esset simoniacum.

g Si autem statutum.] Quid si nullum statutũ sit factum, licet ne dare pecuniã Conuentui, vel recipere pro huiusmodi exequijs, aut pro interessendo extremæ vnctioni. Item quid de illis, qui recipiunt redditus, aut dant propter facienda anniuersaria? Item quid de illis, qui dant Sacerdotibus diuitibus, vel pauperibus pro faciendo annuali, vel trecenario, vel anniuersario, vel celebrando Missam de Spiritu Sancto, seu alia: vel de illis qui dant denarios clericis pro dicendis psalterijs in exequijs mortuorum, vel alijs: vel qui dant eleemosynas pauperibus, vt orent pro eis; cum talis oratio sit spiritualis, & huiusmodi eleemosyna sit res corporalis? Respondeo in omnibus talibus casibus dare, vel accipere temporale pro spirituali simoniacum est; seu detur pro officio, seu sacramento, seu pro oratione, seu pro labore huiusmodi officij, vel orationis, secundum quod hæc præpositio, pro, notat appreciationem: sed si notat causam motiuam, non primam, vel principalem, sed remotam, & occasionalem, licitum est & dare, & accipere temporale pro spirituali. Vnde si quis dat pecuniam Collegio alicui pro generanda deuotione, & dilectione in ipso Collegio, vt ex ipsa deuotione exaudiatur in petitione, qua petit, quod fratres intersint obsequijs mortuorum, vel extremæ vnctioni morientis; & illi hoc faciant ex deuotione, & dilectione in eis taliter generata, aut pro deuotione ipsius dantis, licitum est sic dare, & sic accipere temporale pro spirituali, secundum quod littera, pro, notat causam motiuam remotam, non propinquam: propinqua enim causa est dilectio, vel deuotio generata ex dato, vel forsitan non generata. Nec est simile, si obijcitur, quod eadem ratione possum pecuniã dare Episcopo, vt me diligat, & ex dilectione me beneficet, vel ordinet; & hoc ideo, quia dilectio, qua Episcopus diligit aliquẽ, licet etiã sit spiritualis, nõ est causa, propter quam debet talia conferri; sed potius attendi debet meritum, & dignitas personæ: sed bene est causa sufficiens huiusmodi dilectio, qua etiam diligitur peccator spiritualiter, vt debeat orari pro eo; cum etiam hoc concedat Dominus, vbi dicit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt recipiant vos, &c. id est, vt orent pro vobis recipiendis. ex quo patet, quod licet dare pecuniam pro acquirenda dilectione spiritualiũ hominum, & pauperum; vt per hoc moueantur, & teneantur orare pro dantibus pecuniã; tamen data pro huiusmodi amicitia acquirẽda, quæ spiritualis est, non est pensanda a dante, vel accipiente vt datum, sed vt fructus, secundum quod dicit Apostolus: Non quæro datum, sed fructum; quia non attendo principaliter pecuniam datam, sed charitatem, vel deuotionem, ex qua datur, propter quam solum eleemosyna est fructuosa. Eodem modo respondendum est ad omnes quæstiones supradictas, de illis, qui officiãt Ecclesiam pro denarijs horarum, vel anniuersariorum: Dic, quod si littera, pro, notat appreciationem, vel causam primam motiuam, vel finalem, illicitum est; si autem causam adminicularem, licitum est, vt talia recipiantur in sumptus officiantium, non in pretium officiorum.

processiones, nisi tenebãtur alias ad hoc, non est simonia; dum tamen hoc intenderent habere f ratione laboris. arg. extra eodem. cum sit romana. & similium. g Si autem statutum factum est per hæc verba, vel æquipollentia, quod nulli fiat processio, nisi reliquerit Conuentui 10. non valet statutum; quia remouet officium pietatis, videlicet, quod non fiat gratis aliqua processio, vel pro minori summa. arg. extra. de iureiur. sicut primo, & secundo.

Quid de cõfraternitatibus, quæ ita cõstitutæ sunt, quod nullus recipiatur, nisi p mittat, vel etiam iuret. se. daturum annuatim decem? Dic, h quod si fiunt propter causam honestam, vt puta, pro alendis pauperibus, redimendis captiuis, vel similibus, i non est simonia, nec sunt reprobãdę, immo

§. 19

Luc. 16.

h Quod si fiunt.] Supple, fraternitatis statuta.

i Non est simonia.] Credo sine præiudicio, quod

quod prædicta forma non ; est licita quia excludit pietatem, vel ne quis recipiatur, nisi sic: sed si fiat statutum per verba affirmatiua, quod quicumque receptus fuerit, tantum dabit, vel tantum, sustineri potest. Sed quare non potest similiter cõstitui, vt quicunque receptus fuerit in Canonicum, det procurationem, vel cappã sericam, vel aliud simile? Respondeo hoc est illicitum; ne talia excogitẽtur in fraudem simoniæ. præterea huiusmodi confraternitates ad hoc cõsueuerũt institui, vt a fratribus dẽtur pecuniæ in vsus pauperum: & propter hoc in ingressu fraternitatis potest ingredienti exprimi onus certæ summæ soluẽdæ singulis annis, sed beneficia Ecclesiastica non sunt instituta propter faciendas cappas sericas, vel procurationes soluendas.

[k] *Simoniam cõmisisse.*] hoc est verum, quãdo aliquis eligẽdus dat alicui personę aliquid, ne impediat electionem de ipso faciendam; si autem manifestum esset, quod ille impeditus nullum ius haberet in electione, & post electionẽ factam se opponeret, ne confirmaretur, vel infirmaretur electus, allegans id solum, quod sine eius assensu fuit electus, posset tũc redimere vexationẽ suã; sicut Magister innuit hic. Sed etsi ante electionẽ aliquis, de quo constaret, nullum hꝫ in electione ius, impediret electionẽ faciendam simpliciter, id est, ne fieret aliqua electio, posset Capitulũ redimere vexationẽ suã; si autem nõ impediret, ne omnino fieret electio; sed ne de isto fieret electio, vel de illo forte Capitulũ, tunc non posset dare impediẽti; sicut nec ille, cuius electio impediretur. Quid si Sacerdos paruulum in periculo mortis constitutum baptizare nollet, nisi sibi data pecunia, poterit ne dari ei sine periculo simoniæ in tali necessitate? Respondeo: credo, quod in hoc casu laicus seu vir, seu mulier potest huiusmodi paruulum baptizare; si autẽ non habeatur aqua, aut nesciat laicus huiusmodi formam verborum, debet potius dare pecuniã Sacerdoti, nõ intentione emẽdi ab eo Sacramentum, sed potius intentione ab eo remouendi ipsius furiam, quã huiusmodi paruulum sic dimittere perire: secus autem credo dicendum de alijs sacramentis, & benedictione nuptiali, & talib', vbi res capit dilationem; & potest deponi querimonia contra

Ad Ephes. 5.

Gangrense Cõcilium dicit anathematizandum, qui eas despicit. 42. dist. Si quis despicit. & arg. 16. q. 7. sane. & Ecclesia vniuersalis approbat. Iuramentum tamen non approbo propter periculum periurij. Plus, si ita dictum est, quod semel, vel bis in anno cõueniant omnes Confratres ad tractandum de salute animarum, ad audiendum verbũ Dei, ad celebrandum Missas, & orationes pro viuis, & defunctis, & ad excitandam deuotionem: et ideo ponunt singulis annis certam quantitatem, ex qua reficiantur, et prouideant pauperibus, bonum est, dummodo intentiones sint mundæ, et principaliter in Deo fixæ; nam, vt dicit Augustinus, Absit, vt ea, quæ propter bonum, et licitum facimus, aut habemus, si aliquid mali inde præter intentionem nostram accidat, nobis debeat imputari. 23. q. 5. de occidendis.

§. 20. Quæritur: si aliquis laico nullũ ius habenti in electione, sed malitiose impedienti eam, det aliquid, vt cesset a tali impedimento, vtrum sit simonia? Videtur expressum, quod sic. extra eodem, de hoc. Item quia vterque voluntatem habuit saltem studiosam, laicus vendendi, et clericus emendi. 1. q. 1. Qui studet. 1. q. 3. Saluator. E cõtra videtur, quod non est simonia: dedit enim, vt redimeret vexationem suam, quod videtur licuisse. extra eodem, dilectus filius primo. Et Apostolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, &c. Solutio. dubitari potest: credo tamen [k] simoniã commissam; quia nondum erat ei ius acquisitum; postquam autem esset ei ius quæsitum, secus dicerem; in quo casu loquuntur iura vltimo dicta.

Digitized by Google

tra huiusmodi Sacerdotem coram superiore. Quid si iniuste interdictus, vel suspensus officio, vel beneficio, vel iniuste excommunicatus det aliquid pro restitutione beneficij, vel officij, vel communionis, numquid est simoniacus? Respõdeo: notauit Hugo 16. q. 7. decimas quas. quod non est simonia ex parte dantis, sed ex parte accipientis tantum: nam dans nullum ius acquirit, sed dat vt acquisitũ retineat, quod licet. arg. 1. q. 3. quæsitum. Cum autẽ aliquis iuste est interdictus, suspensus, vel excommunicatus, si det aliquid pro sua restitutione; simonia est ex vtraque parte. arg. 1. q. 1. null'. verius credo, ꝙ simonia cõmittitur in vtroque casu: & qui iniuste interdictus est, vel suspẽsus, vel excommunicatus, deponat querimoniam coram Superiore. Quid si Ecclesia, vel præbẽda, me remoto, alij fuerit assignata, numquid est simonia, si pretio eam redimo, & recupero? Respondeo credo, quod sic, seu iuste amotus fuero, & ali' institutus, seu iniuste: sic dictũ est in casu Superiori.

l *Non debet recipere.*] arg. quod Magister intelligit, aliquẽ suspensum esse quoad alios, idem esse, quod illos teneri vitare eius officium; quod tamen hic dicitur, quod non debet recipere, intelligo, si sine scandalo potest hoc vitare.

m *Se excommunicari.*] hoc bene credo, si simonia est manifesta, alias nõ.

§. 21. Pone, quod scit aliquis Episcopũ suum simoniacum esse, & vult ordinari, & petit ab eo licentiam recipiendi ordines ab alio, & ille non vult dare, immo præcipit, quod recipiat ordines ab eo, quid faciet? dico, quod non debet recipere ab eo, si scit eum simoniacum in ordine: cum enim ille non habeat executionem, non posset illi dare. 1. q. 1. reperiuntur. extra eodem tanta. & potius debet dimittere m se excommunicari, quam recipere ordines ab eod. arg. extra. de sent. excommun. inquisitioni. Quid si ignorabat, eum esse simoniacum, cum tamen esset? Dic, quod quantumcumque sit occultum, & iste ignoret, n non recipit executionem, & indiget dispensatione: & hoc in detestationem criminis.

n *Non recipit executionem.*] quia ordinator suspẽsus est quoad se, & quoad alios. Sed numquid est suspensus quoad iurisdictionem, sicut etiam quoad ordinum executionem huiusmodi Ordinator, ita vt nõ possit excommunicare, vel suspendere aliquẽ, sicut non potest executionem ordinũ dare? Respondeo: cum pœnæ non sint extendẽdæ, potius dicẽdum est, quod non est suspensus talis quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, sed quoad eã, quæ sunt ordinis per simoniam obtenti.

o *Secus est de coacto.*] ego credo, quod nec ignorans, nec coactus recipit executionem: in hoc tamẽ est differentia, quod facilius dispensatur cum coacto, quam cum ignorante.

p *De voluntate coacti.*] quia scilicet cõtradicebat tali ordinationi aperte.

q *Totum.*] scilicet quod isti dicunt; alia tamen littera est, tantũ.

1. quæst. 1. Si quis a simoniacis. Et licet ita dicam de ignorante, o secus est de coacto: nam ille recipit executionem. 1. quæst. 1. constat. & est ratio, quia magis constat p de voluntate coacti, quam ignorantis. extra. eodem. sicut tuis. & supra. eodem. quid fiat. in fi. hoc tamen intelligas de conditionaliter coacto: nã absolute coactus non reciperet characterem. extra. de bapt. maiores. & ita sentit Io. & alij plerique, cum quibus ego. Hi tamen intelligit q totum de ordinatis ab hæreticis: quidam tamen dicunt, quod si non possum probare per testes eum simoniacum, debeo recipere ordines ab eo, si mihi præcipit, licet sciam eum simoniacum, sed non possum exequi sine dispensatione. r Dicunt quidam papæ,

r *Dicunt.*] hæc tamen sententia benignior est,

est, & probabilior.

f *Cuiuslibet superioris.*] qui tamen sit Episcopus taliter ordinati. & hæc opinio probabilior est; quia etiam cũ clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter ordines, receperunt per suos potest Episcopos dispẽsari. extra. de ordinatis ab Episcopo, qui re. ep. c. vlt. hic tamẽ loquitur de sciente; in illa autem decr. de ignorante. Nũquid Archiepiscopus potent dispẽsare in hoc casu cum subdito suffraganei sui? Respondeo: credo quod nõ, nisi de consuetudine sit, quod Archiepiscopus audiat cõfessiones subditorum suffraganei cum visitat: tũc enim tempore visitationis posset Archiepiscopus dispensare in foro pœnitentiali.

t *Durante credulitate*] huiusmodi erronea, quod non possit ab eo ordinem suscipere.

u *Potest ministrare.*] Seu ordinator committerit simoniam, seu non; dum tamen non fuerit simoniacus in ordine suscepto.

x *Non est simonia.*] Reuera nõ est simonia, secũdum quod simonia est pactio temporaliũ propter spiritualia danda, vel recipienda: & sic stricte sumitur simonia: sed secundum quod dixit Cantor, q̃ simonia est spiritualium acceptatio, vel collatio non gratuita, simonia est;

y *Parem pœnam.*] parem intelligas in genere: quia ad pœnã mortalis peccati tenentur in foro pœnitentiæ; ad resignationẽ tamen non tenẽtur, vt infra dicetur.

z *Opere subsecuto.*] Opus appellat ipsam collationem rei tẽporalis.

a *Sola intentio.*] absq; omni peccato.

b *Offerat se, & sua.*] Credo etiam, quod licet exprimere nomina, & quãtitatem oblatorum. Credo etiam, quod si huiusmodi recipiendus dicat, vel aliquis pro eo: Dabo singulis annis pro expensis meis centum solidos, vel sex libras, quãdiu vixero, non est illicitũ, quando non suscipit monasterium abundat; aliàs si Monasterium esset adeo tenue, vel paupertate depressum, quod redditus, vel vix, vel non sufficerent personis præsentibus, non solum intentionem, possent habere; sed etiam credo, quod possunt dicere: non sufficiunt nobis, libenter suscipimus te ad spiritualia, ad temporalia nõ possumus, nisi habeamus plures possessiones: & tunc ille b offerat se, & sua, extr. eo. tua. Quod aũtem dicitur in const.

alij, f cuiuslibet Superioris, quæ in secreto erit petenda; ne Episcopus infametur. Hęc de simoniaco in ordine: secus de alio, secundum distinctionẽ supra eo. circa pœnam. Quid si credit propter relationẽ aliquorum eum simoniacum? Respondeo: non debet credere; verumtamen, t durante credulitate, non debet ab illo recipere ordines, sed deponere debet errorem; in ordine tamen suscepto ab eo, cum nihil de ipso audierat, u potest ministrare. extra eod. per tuas.

§. 22. Pone, q̃ aliquis offert bona sua Ecclesiæ pure, ac simpliciter; ea tamen intentione principaliter, vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci; & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri; nũquid erit simonia? Ad hoc respondet Innocentius, quod sine dubio tam illi, quam isti apud districtum Iudicem, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, culpabiles iudicãtur: vnde dicũt quidã, quod, cũ non exprimat eos simoniacos, x non est simonia; tenentur tamen ad y parem pœnam, propter intentionem z cum opere subsecuto. arg. extra. de biga. nuper. Alij, qui dicunt, quod a sola intentio facit hominem simoniacum, dicunt plane hic esse simoniam. 1. q. 1. quicumque studet. & reperiuntur. sicut & sola intentio facit hominem vsurarium. 14. q. 3. c. 1. hæc autem omnia intelligit, cum Ecclesia vel Monasterium abundat; aliàs si Monasterium esset adeo tenue, vel paupertate depressum, quod redditus, vel vix, vel non sufficerent personis præsentibus, non solum intentionem, possent habere; sed etiam credo, quod possunt dicere: non sufficiunt nobis, libenter suscipimus te ad spiritualia, ad temporalia nõ possumus, nisi habeamus plures possessiones: & tunc ille b offerat se, & sua, extr. eo. tua. Quod aũtem dicitur in const.

monasterium cum intentione corrupta.

[c] *Sed numquid*] licet dare in tali casu possessionem, vel redditum in perpetuum, qui tamen non sufficit ad victum vnius personæ per annum? Respondeo: credo, quod licite in hoc casu recipiētes huiusmodi possessionem, vel redditū propter cōmodum perpetuitatis, obligant se ad prouidēdum ei in expensis: paciſci etiam in talibus, cum monasteriū indiget, non est simonia; dum non fiat pro spiritualibus conferendis, vel recipiendis; sed pro expensis faciendis, vel compensandis. Quid de præbendis, quę de nouo cōstituuntur in Ecclesijs secularibus, vbi clerici seculares assignant perpetuo certos redditus pro præbendis, hoc modo, quod liceat eis, quādiu vixerint, illos habere, & quod sic admittantur ad canonicatum: quidā etiam retinent potestatem conferendi illā præbendam alij personæ, si contingat, eos cedere, vel decedere, numquid est simonia? Respondeo; qui præbendam instituit in alia Ecclesia de consensu Episcopi in ipsa constitutione, de consensu eius, & fratrum, si ibi sint aliqui, potest retinere ius patronatus, vel in perpetuum, vel ad tempus: de assignatione autem reddituum pro præbenda, vel Canonia obtinenda, die secundum sententiam Innocentij supra positam per illam decr. ext. eod. tua. Quid de constitutione, quam in fundatione Ecclesiarum præbendalium faciunt Episcopi, quod quisquis dederit Ecclesiæ tantum, vel tantum in redditibus in perpetuum, vel certam summam pecuniæ, pro emendis redditibus, recipiatur in canonicum, & quod dederit, habeat pro præbenda, numquid licita est hæc constitutio? Respondeo: Si fiat hæc cōstitutio, quod duret ad tempus, nō in perpetuū, nec fiat in fraudem simoniæ, & ea sit intentio constituentis, q̄ non pro rebus dandis, sed principaliter propter diuinum cultū augmētandum, & propter deuotionē dantis recipiatur ad spiritualia, tolerari potest huiusmodi constitutio; dum tamen dignus sit ille, q̄ recipitur, alias non. Idem credo dici posse in monasterijs de nouo fundatis, vel fundandis indigentibus de constitutione, si fieret, quod quicunque tantum daret, cum reciperetur ad illā religionem; dū tamen fieret auctoritate Episcopi, & cum cæteris circumstantijs, quæ dictæ sunt, & vsque ad certum numerū personarū ibidē recipiendarum; contra dantes autem, & recipientes personas, dicas secundum prædictā decret. Tua,

extra. eod. quoniam vers. paupertatis prætextu. intelligit, cum hoc dicebant in fraudem: vnde consulendum esset ingredientibus, quod in hoc fraudarent intentionē suam; vt principaliter darēt propter Deum; & ne essent onerosi domui. arg. 16. q. 6. de lapsis. [c] Sed numquid [d] sic recepti renunciare tenentur, & recipientes restituere, quod taliter acceperunt? non; quia huiusmodi simonia mortalis per condignam pœnitentiā expiatur: extra. eod. mandato: Per eandem etiam decr. credo, saluo meliori iudicio, quod qui per hypocrisim, simulationem, vel ambitionem, dum prætenderent speciem sanctitatis, promoti sunt; nulla tamen interposita [e] conditione, vel pacto ad ordines, beneficia, vel honores, nō tenentur, si veram egerint pœnitentiam, resignare.

§. 23 Quid de quadam consuetudine, quæ in plerisque Ecclesijs inoleuit; videlicet, dum debent fieri multi Canonici, dicunt, maiores præcipue, ad inuicem: Canonizemus nepotulos nostros, forte adhuc in cunabulis, vel quasi vagientes: placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo: sic paciscūtur per hæc verba, vel æquipollentia. Alius modus est etiam. Dicit aliquis: consuetudo est, quod sicut fuisti exauditus in vna petitione, ego debeo exaudiri in alia. Item alius dicit: numquam me viuente fiet aliquis canonicus in Ecclesia ista, nisi ille, pro quo

[d] *Sic recepti.*] scilicet cum intentione corrupta.

[e] *Conditione vel pacto.*] quæ debet adesse in spiritualibus conferendis. Pone: aliquis timēs pati repulsam dixit Abbati: Si velleris me recipere,

Digitized by Google

cipere; darem vobis terram meam: Abbas, habito consilio, cum fratribus, recipit eum ignarum iuris, & eorum, quæ dixit Abbas in Capitulo: ille autem, antequam induatur, dat res totas, vel partem Monasterio; numquid est simonia, aut potest talis hic remanere? Respondeo: credo quod, seu sine intuitu illius promissionis fuerit receptus, seu non, simonia est, saltem ex parte offerentis; cum interposuerit conditionem dandi temporalia pro sua receptione: sicut innuit Tancredus extra. de simonia nobis. & non potest manere in huiusmodi Monasterio, nec data repetere; cum sit in turpi causa: tenetur tamen ad aliud Monasterium transire, si ex illa sui receptione obligatus fuerit ad religionem, puta si dedit se, & receptus est in Monachum, & in fratrem; quia hæc est quædam professio. arg. extra. de regularibus, & tran. porrectum. Quid si expressi fuerit conditio de temporalibus habendis ex parte recipientium, & recipiendus omnino tacuit, proponens quod nihil daret, sed, tantum propter Deum ingrederetur; numquid potest ibi remanere? Respondeo: credo quod non, sicut nec ipse in præcedenti casu; quia taciturnitas eius, cum non contradixerit illicitæ pactioni, pro consensu habenda est, etiam in foro pœnitentiali: sed propter hoc tacuit, quia timebat repulsam, si contradiceret. Quid si interponatur conditio ex parte recipientium, vel ex parte Abbatis; sed antequam recipiatur, aut concedatur ei ingressus, pœnitent vtrique de conditione apposita, & eam reuocant, & ille petit recipi propter Deum tantum, & illi consentiunt, numquid licet? Respondeo: credo quod sic, dum tamen intentio non sit corrupta: Si autem rogaui, prius fiat Canonicus, vel ad minus cum alijs numquid in talibus, & similibus committitur simonia? Respondeo: in primo, & vltimo casu committitur simonia; quia dicit canon: absit omnis pactio, cesset omnis conuentio 1. quæst. 2. quam pio. In secundo casu si preces sunt spirituales, non est simonia. arg. 63. dist. quia omnes enim qui in vna Ecclesia vni Domino famulantur, pari debent libertate gaudere; cum pondus, & pondus, mensura, & mensura, &c. extra. de const. cum omnes. nec quidquam est alicui personæ honorabilius exhibendum, vnde alij scrupuloso corde moueantur. 16. quæst. 7. cap. 1. & secundum Apostolum, quorundam remissio non debet alijs esse tribulatio. Si sint carnales, vel ex pacto quodam facto, vel nunc faciendo, simonia est, supra. eodem. §. committitur.

f. *Omnis pactio.*] Quid de regularibus, qui concedunt alicui, quod completo biennio, vel triennio eum recipient; si tamen interim artem didicerit sutoriam, vel pistoriam, vel aliam mechanicam, quando est laicus: vel, quando est clericus, si interim studuerit in scholis Theologiæ, vel alterius facultatis. Quid etiam, si recipiant talem in præsenti sub prædicta conditione; non tamen volunt eum recipere ad habitum, nisi elapso termino, & impleta conditione? Item, quid de seruiente regularibus, qui non vult eis seruire, nisi promittant ei, quod recipient eum saltem post biennium, vel triennium, vel alium certum terminum; & illi promittunt ei: numquid est simonia in talibus? Credo, quod in vltimo casu simoniaca est talis promissio. In reliquis casibus superioribus, non credo simoniam committi, nec illicita est huiusmodi pactio, vel conditio; quia perinde est, ac si dicatur: recipiemus te ad induendum tali tempore, vel tali; si tamen interim reddas te idoneum ad hoc, vt recipiaris, & vtilem Monasterio ad discendum tale artificium, vel tale, aut scientiam talem, vel talem. Quid de illo, cui facta est promissio de illo recipiendo ad certum terminum sub prædicta conditione: numquid adueniente termino, & impleta conditione tenetur intrare, cum illi parati sint eum recipere? Respondeo: credo, quod si nullum fecit votum, nec obligauit se illis ad intrandum, sed tantum

Prouerb. c. 20.

2. ad Corint. cap. 8.

§. 24 Item quid de Episcopis, & alijs Prælatis, qui fructus Ecclesiarum, vel aliorum spiritualium beneficiorum vacantium percipiunt per aliquot annos, & postea conferunt, retentis sibi fructibus, & redditibus sic perceptis, vel retenta sibi parte fructuum? Ad hoc distinguo cū Innocentio; vtrum qui dat spirituale beneficium, prouentus ipsius ante donationem percipiat, aut non: nam si prouentus ante donationem non percepit ipse, sed alius; & ex donatione consequitur, quod ipse prouentus percipiat, non est dubium intercedere simoniacam prauitatem: Si vero ante donationem percepit ipse prouentus, credimus esse distinguendum; vtrum ante donationem constituat, vt ipsi prouentus [h] retineantur ad tempus pro causa iusta, & necessaria, aut conueniat cum eo, qui accepit beneficium sine mediatore quocumque, vt, officio illo concesso, retineat ipse sibi prouentus: primum enim membrum credimus esse licitum, secundum autem dicimus non licere; ne viam aperiamus ijs, qui prauitatem suam satagunt palliare. extra. vt Ecclesiastica beneficia sine di. confe. vt nostrum in fi. ad idem. extra. de censibus. prohibemus 1. q. 3. si quis præbendas.

§. 25. Item aliquis non habet titulum, vult ordinari, non vult eum ordinare Episcopus, eo quod caret titulo, rogat aliquem præsbyterum, vt præsentet eum ad titulum Ecclesiæ suæ, quod cum ille recuset facere, iste illi promittit, quod numquam, si præsentet eum in Ecclesia sua, petet aliquam portionem; & sic, illo præsentante, ordinatur iste: Quæritur, vtrum commiserit simoniam. Respondetur, quod nisi fuerit cum eo misericorditer dispensatum, nec ad superiores ordines ascendere, [i] nec in suscepto debet, secundum rigorem canonum, ministrare. extra eodem. per tuas. tertio. Nec etiam excusatur per ignorantiam iuris, scilicet si non credebat hoc esse illicitum, vt colligitur in eadem decr. sed quis dispensabit cum isto? Respondeo cum Io. solus Papa, quia

promissionem sibi factam acceptauit, volens sibi prouidere in futurum, non tenetur intrare, secundum iudicium fori pœnitentialis; in foro autem causarum, de hoc iudicabitur secundum præsumptiones, & allegata, & approbata.

g *Per aliquot annos.*] Nota, quod beneficia non debent vacare vltra sex menses; alioquin, si pertinebat donatio ad Episcopum, deuoluitur ad Capitulum. Quod si fuerit negligens per alios sex menses, deuoluitur ad Metropolitanum, & postea ad Papam: nec potest aliquis istorum negligentiam suam purgare; sed lapso tempore amittit donationem, ita quod, si postdederit, non valet. arg. de sup. ne præla. c. penultimo, & vltimo.

h *Retineantur ad tempus,*] quod licite potest fieri ex causa; sicut hic dicitur: in quo casu poterit nihilominus conferri beneficium spirituale alicui persone, sed non percipiet fructus sic retentos, vsque dum elapsum fuerit tempus, de quo statutum est, vt retineantur: & confertur istud beneficium sub hac forma: Damus tibi hanc præbendam, vel hanc Ecclesiam, saluis fructibus, quos retinuimus ad talem vsum.

i *Nec in susceptо.*] taliter supple: sed in rite ante susceptis poterit per Episcopum dispensari.

k *Per*

Digitized by Google

quia est simoniacus in ordine; ordinator autem a collatione ordinum, & præsentator ab executione per triennium nouerint se suspensos extra eo. Si quis ordinauerit.

§. 26 In summa nota, q Synodus Calcedon. iudicat simoniacos etiã procuratores rerũ Ecclesiasticarum, & defensores, & regulæ subiectos; si per pecuniam [l] ordinantur: & etiam omnes [m] mediatores. Nomine procuratoris intelligitur quilibet [n] administrator rerum Ecclesiasticarum, vt præpositus, seu œconomus, id est, vicedominus, id est, qui præest rebus Episcopi. Nomine defensoris, aduocatus, seu [o] Syndicus, ille videlicet, qui præest causis Ecclesiæ, & Castaldus, seu maior domus, scilicet qui habet curam rerum extrinsecarum Episcopi, & iudex Episcopi; sicut in Ecclesia Bonon. In subiecto vero regulæ intelligitur Archipresbr, Archidiacon[p], Canonicus, Monach[q], & q libet Ecclesiastico [r] mancipatus officio.

k *Per triennium.*] hæc clausula repetitur ad vtrumque.

l *Ordinantur.*] id est, constituuntur.

m *Mediatores.*] Pone; aliquis familiaris, & amicus alicuius Monasterij rogat ab aliquo, quod faciat ibi recipi filiũ suũ, vel filiam, quo facto, rogat familiaris ille, & sollicitat illum, cuius filia fecit recipi, quod det aliquid Monasterio; numquid licet? Respondeo: si dictus familiaris non aliter interposuisset preces suas, nisi speraret illum aliquid daturũ illi Monasterio; aut si etiam, licet ab initio, nihil tale speraret ex post facto, tamen post receptionem personæ, de qua rogauit, petit aliquid dari Monasterio pro receptione illius personæ, simonia est. Si autem sollicitat eum, quod sit deuotus Monasterio illi, sicut esse debet; quod ex deuotione, & dilectione orta ex huiusmodi receptione honoret Monasterium, quia pbatio dilectionis exhibitio est operis, tolerari potest; dum tamen intentio non sit corrupta.

n *Administrator.*] Nota, quod Episcopus redditus suos, & terram potest dare ad firmã sub annuo censu; dum tamen non sit annexa iurisdictio spiritualis: sed non potest recipere aliquid ab aliquo, vt constituat eum præpositum, vel œconomum, vel vicedominũ; præposituram tamen, vel baliuiam temporalem cum iurisdictione temporali consueuerunt Episcopi dare ad firmam; sicut & Principes seculares.

o *Syndicus.*] id est, aduocatus Vniuersitatis.

p *Mancipatus.*] Quid de Monachis, qui dãt aliquid Abbatibus suis pro habendis prioratibus; numquid est simonia? Respondeo: si ibi est aliquod spirituale, vt decima, vel oblationes, vel debitum celebrãdi diuina, vel aliquid tale, simonia est; seu det de rebus Monasterij, vel prioratus; seu aliunde, secundũ quod hæc præpositio, pro, notat appretiationẽ, vel proximam, vel principalem causam, vt sæpe dictũ est. Quid si det talis Prior Episcopo pecuniã, ne sustineat, qd amoueat a Prioratu; vel Canonicus regularis, ne amoueatur a cura parochialis Ecclesiæ, & ne reuocetur ad Monasterium, numquid licet, & numquid est simonia? Respondeo: credo quod peccat, & committitur simonia, maxima si necessitas, vel vtilitas exigit quod tales amoueantur, aut si sit consuetudo, quod Episcopus, ad solam inquisitionem Abbatis, tales curatos debeat amouere a parochialibus Ecclesijs: si autẽ sine muneribus, & obsequijs, aut precibus carnalibus facerent impediri per Episcopos, ne amouerentur, cum nec vtilitas, nec necessitas amotionem exigeret, nec esset corrupta intentio, non credo quod peccarent. Quid de illo, qui dat Sacerdoti, vel alij pecuniam, vt recipiatur ad seruiendum in leprosaria, vel eleemosinaria, vel in alia domo Dei? Item quid de illis, qui emerunt victum vnius Monachi ad totam vitam suam: numquid est simonia? Respondeo: vbicunque aliquis ius aliquod spirituale consequitur, quando recipitur ad hospitale, vel leprosariam, vel aliquid tale, simonia est, si propter hoc aliquid dat, vel promittit: si autem non consequitur aliquod spirituale, sed recipitur ad hoc tantum, vt viuat ibi, vel ad tempus, vel ad vitam suam, vel in coquina, vel in alio officio, non est simonia aliquid dare pro huiusmodi officio; licet alias turpe sit dare, vel accipere pro talibus: victum autem Monachi simoniacũ non est emere, ex quo talis emptor nõ cõsequitur

ſpirituale aliquid; non eſt tamen ſecurum emere, niſi probabiliter dubitetur, cuius melior ſit conditio, ementis, aut vendentis. Quid de monaſteriis, vel ſonatorijs, id eſt, officio pulſandarum campanarū, numquid huiuſmodi officia poſſunt vendi? Reſpondeo, large ſumpto vocabulo ſimonię, ſimonia eſt talia vendere; ſicut & talia officia ſpiritualia ſunt, large ſumpto vocabulo. Si tamen fuerit datum alicui huiuſmodi officium gratis? ſi conſuetudo loci eſt, quod poſsit alium ponere loco ſui, aut locare, vel vendere, vel ad firmam dare prouentus illius officij, vel etiam in dotem dare pro filia ad vitam ipſius dantis, non eſt ſimonia. Quid de Sacerdote, qui vendit officium portandi aquam benedictam per parochiam? Reſpondeo: ſi huiuſmodi Sacerdos de conſuetudine, per ſe, vel per aliquem de familia ſua, non debet huiuſmodi officiū expedire, & prouentus eius in ſuos vſus conuertere, ſimonia eſt illud officium vendere, & pro eo dando aliquid accipere; large tamen ſumpto vocabulo ſimoniæ, ad minus turpe lucrum eſt: Si autem de conſuetudine eſt, quod Sacerdos huiuſmodi poſsit retinere officium, & per ſe, & per alium illud expedire, & prouentus recipere, nō eſt ſimonia, ſi officium illud committit ad firmam; ſicut & Eccleſię quandoq; dantur ad firmam.

Hoc eſt ſimoniacum.] large ſumpto vocabulo ſimoniæ: tunc enim eſt ſimonia, ſtricte ſumpto vocabulo ſimoniæ non credo eſſe differentiam inter iſtam opinionem, & aliam, niſi in largiori, & ſtrictiori nomine ſimoniæ: niſi in hoc, quod Magiſter videtur hic excuſare conſuetudinem vendentium, & ementium talia officia, quæ nihil habent ſpirituale annexū: credo tamen, quod ſi non ſit ſimonia ſtricte, prohibitum tamen eſt, & illicitum talia vendere, vel emere: & conſuetudo talis, corruptela dicēda eſt.

De mediatoribus planum eſt prima q. 1. Si quis Epiſcopis. & 1. quæſt. 3. Saluator. Sed cum laicus poſsit eſſe iudex, & habere aliqua alia officia ſupra nominata, quæ non habent aliquid ſpiritualitatis; numquid in eis committitur ſimonia? Ad hoc dicit. H. & B. quod in omni adminiſtratione rei Eccleſiaſticæ committitur ſimonia, ſi ematur: & [a] hoc eſt ſimoniacum, quia prohibitum. alij inhærentes conſuetudini generali, dicunt, & probabilius, quod tunc eſt ſimonia in empta adminiſtratione, vel dignitate, ſi talis eſt, quæ habeat aliquod ſpirituale ſibi annexum, alias non: ſæpe enim conſuetudo facit licitum, quod alias eſſet illicitum, & e conuerſo. extra. de cogna. ſpirit. ſuper eodem, 9. quæſt. 3. conqueſtus.

Ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant.

§. 1 [a] DIctum eſt ſupra de ſimonia in genere, nunc in ſpecie videndum eſt; puta, cum Prælatus vices ſuas ſub annuo cenſu concedit. Circa hoc nota, quod nec Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nec alius Prælatus poteſt ſub pretio, vel annuo cenſu alicui concedere vices ſuas, id eſt, iuriſdictionem vel prælationem, vel aliquod ius ſpirituale, ext. eod. c. 1. 2. & 3. cum enim tale ius ſit ſpirituale, non eſt dubium pro eo dare, vel accipere pecuniam, ſimoniam eſſe, vt ſupra proximo. §. committitur. Videtur contra. extra. de relig. domibus. Conſtitutus. vbi iuriſdictio ſub annuo cenſu remittitur;

[a] *Dictum eſt ſupra, &c.*] & infra. [b] *Secun-*

ergo & confertur: quia paria sunt remittere, & conferre. extra. de simonia querelam. & de transact. super eo. Ad hoc dic, quod ibi retinuit censum temporalem pro temporalibus, quæ remisit: vel retinetur, non pro redemptione iurisdictionis, sed in signum subiectionis antiquæ: si tamen Episcopus committeret alicui pure ac simpliciter vices suas; si tali Vicario constitueret postea salariũ, non esset peccatum, immo tenetur ad hoc 12. q. 2. charitatem. Item reddit⁹ temporales possunt vendi ad tempus. extra. eo. querelam.

§. 2. Sed numquid perpetuo vendi possunt huiusmodi fructus temporales? dicunt quidam quod non; quia per consequens videretur emptum ius spirituale propter connexitatem. 1. q. 3. Si quis obiecerit. vel distingue melius cum Lau. vtrum ab eo emat, qui confert beneficium, an a beneficiato. In primo casu est simonia, [h] secundum distinctionem supra proxim. tit. §. Item quid de Episcopis. In secundo, si emit a beneficiato perpetuo, id est, dum ipse venditor teneat beneficium, non est simonia, nec est prohibitum; non tamen est honestum: & hoc intellige, quod nihil spirituale interueniat. extra. de rer. permut. ad quæstiones. Item debent Ecclesiæ soluere aliquem censum in signum subiectionis Episcopis suis. 1. quæst. 3. quæsitum. [c] Si autem loco tibi Ecclesiam, cum sis præsbyter, & tu per consequens locas operas tuas, vt ibi officies, non habiturus alias ibi aliquam iurisdictionem, nec committis simoniam, nec alias peccas. arg. 12. quæst. 2. charitatem. De hoc respondi. supra proxim. tit. §. numquid Sacerdos.

[b] *Secundum distinctionem.*] supra: si enim aliquis recipiat beneficium ab Episcopo, & pro fructibus, qui proueniunt ex illo beneficio tempore vacantis beneficij, daret aliquid Episcopo, simonia esset, nisi ante donationem institutum esset ex iusta causa, q illi fructus retinerentur ad tẽpus.

[c] *Si autem loco tibi Ecclesiam.*] non credo, quod in talibus habeat locum locatio, vel conductio, sed talis præsbyter gratis impendit officium, & ille gratis dat ei expensas, sicut dictũm est supra tit. proximo.

De Magistris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi.

§. 1 [a] Diximus, qualiter spiritualia prohibeantur acquiri; nunc videamus de ijs, quæ spiritualium instar habent, scilicet de magistris, & licentia docendi. Nota ergo, [b] quod statutum fuit quondam ab Eugenio Papa, postea ab Alexandro in Concilio Lateranensi, deinde ab Innocentio in Concilio generali, quod singulæ Ecclesiæ Cathedrales tenerent singulos Magistros liberalium artium, ad minus grāmaticæ, qui earumdem Ecclesiarum clericos, & alios scholares pauperes gratis instruerent; propter quod aliquod competens beneficium magistro cuilibet præberetur in Ecclesia. Adiecit etiam in sua constitutione Dominus Innocentius, quod non solum fieret hoc in Ecclesijs Cathedralibus, sed etiam in alijs, quarum possent sufficere facultates. Item quod Metropolitana Ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui Sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat; & in ijs præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. probantur hæc dist. 37. de quibusdam. extra eodem. quoniam. & const. quia nonnulli.

§. 2 Nunc quæritur, vtrum committat simoniam Magister, si exigit aliquid a pauperibus, vel a clericis Ecclesiæ, a qua recipit beneficium. Respondeo: sic: cum enim hoc sit spirituale, & ex officio suo teneatur facere, certum est, exigere aliquid propter hoc, simoniam esse. extra. de simon. nemo. In Templo vendentes sunt, qui hoc, quod quibusdam iure competit, ad præmium largiuntur. 1. q. 3. vendentes. cum eo concordat etiam Beda. eadem q. non solum. Per eadem iura dico, simoniam committere magistrum, qui [c] festum de iure, vel consuetudine colendum, non vult concedere scholaribus colendum, nisi pecunia sibi data; vel e conuerso, [d] diem non colendum concedit colendum pro pecunia. *Super To. cap. 2.*

§. 3 Sed numquid ab alijs scholaribus, qui nec sunt pauperes, nec de eadem Ecclesia, potest exigere salarium: vel numquid Magister in Scholis Parisinis, vel Bononiæ potest facere licite collectam? videtur quod non; quia [e] scientia donum Dei est, vnde vendi non potest

1. q. 3.

[a] *Diximus qualiter*, &c.] & infra.

[b] *Statutū fuit.*] hoc statutum, & cætera statuta de duobus magistris male obseruantur.

[c] *Festum de iure colendum.*] sicut si non permitteret festum Beati Martini, vel simile, quod de iure, vel consuetudine colitur, coli, nisi pro pecunia.

[d] *Diem non colendum.*] vt si festum alicuius minoris Sancti concederet coli pro pecunia. Si autem pro data pecunia concederet magister Scholaribus aliquo die profesto cessare a lectionibus propter recreationem; sicut consueuit fieri ab auctoribus istis, turpe lucrum esset; tamen non esset simonia.

[e] *Scientia donum Dei est.*] quia datur a Deo ad illuminandum intellectum, ex quo sequitur affectus ascensio, & perfectio animæ plus valens, quam totus mūdus; sicut & ipsa anima: vnde & impreciabilis, & ipsam vendere simonia est, secundum Altisidorū.

[f] *Iu.*

1.q.3.non ſolum. Immo potius debet proijcere pecuniam exemplo Socratis, qui magnum pondus auri abiecit, videns, ſe non poſſe ſimul virtutes, & diuitias poſſidere. itē profeſſores iuris, & ſi honeſte ſponte oblata recipiant, tamen inhoneſte petunt. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. eſt enim. quidem. Sed contra, qui pro tempore prēſtat obſequium, debet conſequi beneficium. 12.q. 2. charitatem. Item poteſt Magiſter vendere doctrinam, ſicut & [f] Iuriſperitus conſilium. 14.q.5.non ſane. Item gratis poteſt docere, & nihilomin[9] pro expenſis ſuis collectam facere, ſicut teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationē. 4.q.3. ſi teſtes. §. venturis. & Epiſcopus gratis conſecrat Eccleſiā, & recipit ſimiliter ꝓcurationem. ext. de ſimonia. cum ſit. Solutio. dico cum Lau. & Io. quod ſi ſua nō ſufficiunt ei competenter, & honeſte, poteſt [g] ljcite exigere, & moderate; alias nihil debet exigere: ſed ſponte oblata poterit recipere 1.q.2. placuit. 13.q.3. queſta eſt. 18. diſt. de eulogiis.

§.4 Quid de Cancellario Pariſien. vel Bonon. vel de Magiſtris Scholarium, ſeu præceptoribus aliarū Eccleſiarum, qui à cupiditate, vel conſuetudine longa nolunt forte aliquando dare licentiam docendi, niſi aliquo ſibi dato? Ad hoc dico, quod nec qui petit licentiam, [h] debet quid dare, vel promittere, nec aliquis ſupradictorum aliquid exigere: ſi cōtra hoc factum fuerit, debent exactores dignitatibus, officiis, ac beneficijs eccleſiaſticis ſpoliari. ext. eo.c.2. & 3. & licet ex vttaq; parte turpitudo verſetur; & ideo videatur potior conditio poſſidentis. ff. de cond. ob turp. cau. l. 3. tamen ſubuenitur hic Magiſtro promittenti, & ſoluenti, vt promiſſum remittatur, & quod ſoluerit, ſibi, appellatione ceſſante, & non obſtante aliqua conſuetudine, reſtituatur, nō in fauorē ſui, ſed in odium alterius ext. eo. prohibeas. & quanto. licentia legendi, facit expenſas in prandiis, vel aliis, numquid alium ſubſtituere poteſt, receptis ab eo expenſis, aut paciſci cum eo de certa portione emolumēti, ſi velit forte aliis rebus operam dare? Reſpondeo, ſi conſuetudo loci eſt, quod poſsit aliū ſubſtituere, poteſt recipere expenſas factas ꝓ intereſſe; dum tamen vice eius ille doceat: Sicut q habet Eccleſiam, poteſt eam alij committere: ſi autē totum ius ſuum transferret in illum, non deberet abeo aliquid recipere, etiam pro intereſſe; ſicut nec Cancellarius, qui dat ſcholas. quando etiam ſubſtitutus docet loco eius, credo, quod non debet paciſci cum eo de certa portione emolumenti habenda ſine labore; cū non inueniatur conceſſum. nec eſt ſimile de tradentibus Eccleſias ad firmam; quia huiuſmodi beneficia dantur clericis pro titulo in ſuſtentationem vitæ eorū.

[f] *Iureperitus conſilium.*] non ipſam cognitionem veritatis, aut ſcientiam, ſed pœnam, & laborem ſuum.

[g] *Licite exigere.*] quod ita intelligo: quod poteſt inopiam ſuā exponere ſcholaribus, & inſinuare, quod libenter acciperet, ſi gratis darent; ſed non licet exigere, ſecundū quod exigere eſt ab inuito extorquere. vt ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi rem. nec credo, quod de iure poſſet eos de ſcholis expellere, vel ſpolia eorum accipere, ſi non velint ſponte promittere; ſed poſtquam promiſerunt, ꝓmiſſa poteſt exigere. Quæ autem dicuntur ſupra, intelliguntur de illis, qui habent ab Eccleſia ſtipendium pro regendis ſcholis: de illis vero, qui non habent huiuſmodi ſtipendiū, licet aliter ſint diuites, credo, quod non tenentur laborare circa diuites auditores; niſi velint eis moderate dare: quod tamen debent recipere, non pro ſcientia, ſed pro labore.

[h] *Deberet aliquid dare; vel promittere.*] Quid ſi quis, obtenta

[i] *Turpe*

Digitized by Google

§. 5 Quid de Episcopo, qui clerico suo noluerit dare licentiã eundi ad scholas, nisi data sibi primo pecunia? Respondeo cum Lau. stricte non est simonia, sed [i] turpe lucrum. arg. 1.q.3. vendentes.

§. 6 In summa nota, quod in omnibus supradictis [k] nomine pecuniæ totum, quod habent homines in terra, seu mobile, seu immobile, intelligitur, vt 1.q.3. totum. Item [l] in talibus simoniis credo, cum cõtritis, & vere pœnitentibus posse per Episcopum dispensari; quia non sibi est prohibitum, quod sufficit. Reliqu... infra de dispens. §. contra prædictas.

[a] *Gimus de ijs.*] & c. & infra.

irregularitatẽ; vt si quis vendat aquam benedictam, vel panem benedictum.

De Iudæis, & Sarracenis, & eorum seruis.

[a] EGimus de ijs, qui Spiritũ Sanctũ per simoniã blasphemãt: nunc de ijs agamus, qui male colẽdo Deũ inhonorant, vt sunt Iudæi, Sarraceni, & hæretici; Sed prius de Iudæis, & Sarracenis, eorum seruis. Videamus ergo, qui dicãtur Iudæi, & vnde: qui Sarraceni, & vnde: qualiter sint inuitandi ad fidem, & qualiter sint à Christianis tractandi; deinde visuri quid iuris de eorum seruis, si iam sunt, & nolunt fieri Christiani; pauca etiam de Christianorum seruis adiungentes.

§. 1 Iudæi dicuntur, qui legem Mosaicam ad litteram tenent, se circuncidendo, & alia legalia faciendo: dicti sunt Iudæi à nomine dignioris Tribus, scilicet à Tribu Iudæ Patriarchæ, quę inter Tribus alias bellicosior primam aciem in bellis, & Regis priuilegium obtinebat, scilicet, vt de ea sola Tribu crearetur Rex, sicut ex Tribu Leui Sacerdotes: prius autem dicebantur Hebræi ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnius Dei; cæteris idolatria fœdatis. Sarraceni dicuntur, qui nec nouum, nec vetus recipiunt testamentum; qui non se ab Agar ancilla Abrahæ, de qua eorum fuit origo, Agareni vocari volunt, sed potius à Sarra eius vxore, & libera se Sarracenos appellauerunt. Sunt tamen inter Sarracenos quidam, qui receperunt libros quinque Moysi, sed Prophetas respuerunt; hi dicuntur Samaritani à Samaria Ciuitate: & ideo, quia prophetas respuerunt, dicitur in Euangelio Io. 4. non coutuntur Iudæi Samaritanis.

§. 2 Debent autem, sicut ait G. tam Iudęi, quam Sarraceni auctoritatibus,

[i] *Turpe lucrũ.*] credo tamen qđ simoniacum esset, si pro pecunia daretur licentia de quinquennio concesso à iure. ext. eo. super specula. sed & si pro aliquo tempore, ab illo quinquẽnio, reciperet pecuniã propter dandam licentiam; si haberet rationem principaliter ad absoluendum eum ad tẽpus, vel etiam in perpetuum à spirituali officio, quod debet Ecclesiæ, simonia. esset: si autem ad moram in studio faciendam, turpe lucrum esset, & non simonia. In primo casu credo, quod datum potest recipere, qui dedit; quia non est in turpitudine; cum redimat ius suum.

[k] *Nomine pecuniæ.*] quia antiqui, quod habebant, in pecorib⁹ habebant.

[l] *In talibus.*] qa cũ simoniacis in ordine, vel beneficio, secundum quod distinctum est supra tit. de simonia. non potest Episcop⁹ dispensare. & securius est, quod in omnibus talibus simoniacis minoribus petatur dispensatio ab Episcopo, saltem ad cautelam; licet forte non omnis simonia generet

tibus, rationibus, & blandimentis potius, quam [b] asperitatibus ad fidem Christianam de nouo suscipiendã prouocari; non autem compelli; quia coacta seruitia non placent Deo. 45. dist. qui sincera. Idem dicit Concilium Toletanũ vt ead. dist. de Iudæis. si tamen coacti conditionaliter, puta, per minas, vel rerum suarum ablationem, vel verbera, vel aliam similem coactionem susceperunt aliquod sacramentum baptismi, & postea recesserunt à nostra fide, sunt compellendi redire; ne nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur; vt 45. dist. de Iudæis. conditionaliter coacti, ideo dico, quia si absolute coacti essent, puta, quia corporaliter cum violentia traherentur, & super infunderetur aqua, nõ conferretur character baptismi. extr. de bapt. & eius eff. maiores. circa finem.

§. 3 Circa eos debent se habere Christiani hoc modo, secundum quosdam: non debent comedere cum Iudæis, neque habitare, neque recipere eos ad conuiuia sua. 28. q. 1. nullus. & omnes. Cum Sarracenis tamen possumus manducare. 11. quæst. 3. ad mensam. Ratio diuersitatis est; quia Iudæi per abusionem scripturarum, & contemptum ciborum nostrorum magis fidem nostram impugnant. Alij, scilicet L. a. Io. & multi sequaces dicunt indistincte, & melius, quod sicut Christianus non debet cum Iudæo facere supradicta; ita nec cum Sarraceno; quia & Sarraceni [c] hodie iudaizant: vnde eadem causa prohibitionis, & idem periculum vtrobique. Excipitur tamen casus, in quo licite possumus vti cibis, qui nobis a paganis apponuntur, hoc tamen cum modestia, & gratiarum actione, seruata etiam [d] temporum qualitate, videlicet si cõtingeret nos, vel alios in terram eorũ intrare ad prædicandum eis fidem Christi. ext. eo. quam sit laudabile. & [e] sic intelligitur & bene. 11. quæst. 3. ad mensam, & hoc nisi esset eis dictum, quod esset idolis immolatum: tunc enim (sicut ait Augustinus) satius esset mori fame, quam vesci idolotito. 32. q. 4. sicut satius. quod intelligunt, & bene, quidam, si vescerentur ad venerationem idoli: alias in summa necessitate famis [f] posset quis etiam idolotito vesci; quia necessitas non habet legem. de conse. dist. 1. sicut.

Augustin. de bono coniugali cap. 16.

[b] *Asperitatibus.*] Sed numquid possunt auferri eis filij eorum ad baptizãdum? Respondeo: adulti non debent, nisi consenserint sponte, baptizari, nec etiam paruuli per illos, qui nõ sunt domini eorum: sed si vere domini sunt seruorum Iudæi sunt, sicut credo, vt extr. eod. & si Iudæos, & 23. q. 8. dispar. & Gen. 9. maledict' Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis, credo, quod Principes, quorũ sunt serui Iudæi, possunt eis auferre filios paruulos absque omni iniuria; cum illi in filiis non habeant potestatẽ tanquam serui. & sicut ijdem Principes possẽt eosdem paruulos tanquam mancipia sua aliis dare, vel vendere in seruitutem, inuitis parentibus, ita possent eos offerre ad baptismum; & in hoc mererentur; dum tamen non facerẽt propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, sed propter saluandos pueros per fidei sacramentum, ad cuius susceptionem sufficit, quod non inueniat obicem contrariæ voluntatis.

[c] *Hodie iudaizant.*] se circuncidendo, & quosdam cibos discernendo.

[d] *Temporũ qualitate.*] ne videlicet comedamus apud eos carnes in Quadragesima, aut soluam' statuta ieiunia.

[e] *Et sic intelligitur.*] id est cum itur ad eos ad prædicandum, & bene.

[f] *Posset quis idolotito vesci.*] cum pro-

Digitized by Google

sicut. Item Christiani non debent in suis infirmitatibus vocare Iudæos; nec [g] ab eis recipere medicinas; nec se in eisdem balneis cum eis balneare. 28. q. 1. nullus. & omnes. Item non debent permitti habere inter Christianos seculares dignitates, vel officia publica; ne in Christianos occasionem habeant sæuiendi. dist. 54. nulla. [h] Item nullus Iudæo, vel Pagano potest aliquid relinquere in testamento; & si fecerit, etiam post mortem, iudicabitur anathema, id est, anathematizabitur. extr. de hæret. si quis episcopus. & in eos. & 24. q. 2. sane. 2. Item non debent permitti Iudæi nouas erigere synagogas, sed antiquas reficere; dum tamen non ampliores, nec pretiosiores solito: & ritus suos, & solemnitates seniare sunt permittendi. extr. eo. Iudæi. 1. & consuluit. Item in diebus [i] lamentationis, ac Dominicæ passionis, non debent permitti aperire fenestras, vel prodire in publicum: Compellendi sunt etiam talem habitum, vel signum deferre in omni prouincia, & in omni tempore, quo manifeste ab aliis populis distinguantur. extr. eo. in nonnullis. Item cōpellendi sunt soluere Ecclesijs decimas prædiales. ext. de deci. de terris. Item Iudæi baptismum postulantes, debent quadraginta diebus in pœnitentia, & abstinentia probari. de con. di. 4. ne, qd absit. Itē cogendi sunt Christianos testes recipere contra se. extr. de testi. Iudæi. Item potest quis tales attrahere ad fidem [k] promissionibus, & muneribus, & etiam per grauiorem exactionem pensionum faciēdam [l] in principio locationis. 23. quæst. 4. debet homo. & 23. q. 6. iam vero. Item Sarracenis arma, & alia subsidia, quibus nos impugnare possint, mittere [m] prohibemur. De hoc respondo infra. de sen. exc. §. vtraque excommunicatio. ver. cum quis defert. Item si Iudæi, vel Sarraceni ad fidem se conuerterint [n] à possessionibus suis Christianam, nullatenus ex-

protestatione, quòd non conederet ad venerationem idoli.

g *Ab eis.*] id est, per manus eorum emptas, vel cōfectas per eos: posset enim ab eis recipere per fideles.

h *Item nullus Iudæo.*] Iura enim quæ ad hoc introducuntur, loquuntur de solis clericis; sed Magister videtur extendere ad omnes: credo tamen, siue sit clericus, siue laicus, si daret, vel legaret aliquid talibus, & maxime consanguineis, non ad ditādum, sed ad succurrendū extremæ, vel multum arctę necessitati, non esset puniendus.

i *Lamentationis.*] cum leguntur lamentationes Hieremiæ in triduo ante Pascha. ac, pro id est. vel *Lamentationis.*] forte cū lamentatur Ecclesia pro aliquo infortunio Christianitatis communi.

k *Promissionibus, & muneribus.*] Contra: discipuli Domini nullum muneribus ad fidem attrahebant. 1. q. 2. quam pio. Respondeo: nec ad fidem, nec ad religionem credo aliquem trahendum esse per munera danda propter fidem recipiendam, vel ingressum religionis ex pacto. Sed si quis infidelis vellet baptizari, nisi timeret paupertatem inter Christianos; vel si quis desiderās intrare religionem, si esset solutus à debitis; vel, si studuisset per aliquot annos, vt capacior esset ad intelligenda, quæ legerētur in religione, ab aliquo sciente eius propositum reciperet pecuniam, vel reddit? quātum ad primum casum, vel liberaretur à debitis, aut reciperet expensas in scholis: quantum ad secundum, licitū esset; dū tamen non pro pretio rei spiritualis, sed ad adminiculum tollendi impedimenti daretur illud, vel reciperetur.

l *In principio locationis.*] non ex post facto, quod non liceret.

m *Prohibemur.*] Qui contra faciunt, sententiā maioris excommunicationis īcurrunt.

n *A possessionibus suis.*] quas Iudæi, cum sint serui, non possidēt. vt proprias, sed

cluduntur.extr. eo. Iudæi. 2.

§. 4 Transgressores omnium harum constitutionum ab illo.§. puniũtur hoc modo: si clerici sunt, & admoniti satisfacere nolunt, debent priuari officio, & beneficio: si laici, seu principes, cum nolunt exequi, seu alij, qui aliquod opponunt impedimentum, debent, si admoniti non satisfecerint, excommunicari: si vero fuerint Iudæi, vel Sarraceni, tamdiu sunt Christiani ab illorum commercio, & communione, sub pœna etiam excommunicationis districte, si necesse fuerit, remouendi, [o] donec nutrices, & seruientes dimiserint Christianas, & restituerint omnia bona his, qui de suo ritu, id est Iudaico, fidem elegerunt Christianã. Item donec in vsus pauperum Christianorum, secundum prouidentiam Diœcesani Episcopi cõuertatur, quidquid fuerint à Christianis adepti occasione officij super Christianos suscepti, & officium cum pudore dimiserint, quod irreuerenter assumpserant, & inepte: & hoc tam de Iudæis intelligas, quam de paganis. Statuit insuper Ecclesia illos Iudæos [p] publicis cædibus deputandos, qui de infidelibus baptizatos subuertere attentauerint. & similes pœnas, interdum etiã pecuniarias, put qualitas delicti exposcit, sæpe statuit Ecclesia contra tales; illa tamen moderatione adhibita in flagellis; qđ statutum eius [q] in vindictam sanguinis transire minime videatur: talis enim pœna indistincte relinquẽda est brachio seculari. Probantur omnes istæ pœnæ. 28. q. 1. sæpe malorum. extr. eod. sicut, & si Iudæos. in fi. & const. cum sit nimis absurdum. ext. de rapt. in Archiepiscopatu. 17. q. 4. constituit.

§. 5 Patet ex præmissis, quod Ecclesia iudicat de his, quæ foris sunt, & infligit eis multiplices pœnas. Contra: dicit Apostolus 1. ad Cor. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Solutio. non potest Ecclesia iudicare de his; vt infligat eis pœnam spiritualem, vel imponat religionis regulas: sed pœnas temporales potest eis infligere, & spiritualem etiam indirecte, remouendo Christianos ab eorum communione. Item Papa iudicat supra de hæreditate restituenda conuersis ad fidem, contra extr. qui

Paulus 1. Cor. 5.

filij

sed vt peculiũ; vnde possunt eis priuari per Dominos suos ad libitum, nisi cum conuertũtur ad fidem: quia tũc non debent, & hoc in fauorem fidei, nisi eas habuerint per vsuram: in quo casu debent eas restituere, aut pretium earum, si de vsura fuerint comparatę, illis, à quibus eas habuerunt, si sciantur, vel hæredib' eorum: alioquin poterũt sic conuersis, tanquam pauperibus, per Episcopum assignari.

[o] *Donec nutrices.*] Numquid huiusmodi nutricibus, dum balneãt parulos Iudæorũ, aut alijs personis licet illos clanculo baptizare? Respondeo: credo sine preiudicio, q, si hoc in articulo mortis paruulorũ fieret, non peccarent; qui hoc facerent, aliàs non licet; & hoc, ne aperiatur via ad iniuriam sacramenti per reiterationem, si forte contingat, huiusmodi baptizatos conuerti ad fidem in adulta ætate. Item ne, vt huiusmodi filij spirituales p baptismũm regenerati nõ relinquãtur expositi faucibus luporũ spiritualium, id-

[p] *Publicis cædibus.*] id est, flagellationibus, vel verberibus.

[q] *In vindictam sanguinis.*] ar. qđ regulares, vel clerici non debent dare disciplinas vsque ad effusionem sanguinis, quod credo verum esse de effusione enormi.

est Iudæorum, deuorandi, com patrini taliũ debeant laborare, quod in fide, & morib' instruantur. Item ne fiat contra iura, quæ dicunt, quod baptizati non debent cum infidelibus vesci, nisi forte in casibus exceptis.

Digitized by Google

filij sint legit. causam. Dic, quod istud facit Papa ratione fidei, quam susceperunt. Item cum dicat H. Cultus legis, ab aduentu Christi, non differt ab idolatria; & Origenes etiam dicat, quod iam secundum legem non possunt seruire Deo. 16. q. 7. & hoc. quid est, quod Ecclesia dat eis auctoritatem peccandi mortaliter, dum præcipit, eos non impediri ritus suos seruare? Item si peccant mortaliter in hoc, quare non puniuntur sicut pro alijs delictis? Ad hoc dic, quod Ecclesia non dat eis auctoritatem peccandi, sed permittit; ne, sicut ait Gregorius, quos potest de plano ratio reuocare, pellat procul aduersitas: præterea si Iudæi ab hoc prohiberentur, vel ob hoc punirentur temporaliter, iam cogerentur ad fidem, quod fieri non debet, vt supra dictum est.

Origenes homil. 15. ad cap. 21 Matt.

Gregorius To. 2. lib. 1. cap. 34. & lib. 7. epist. 10, 2. & lib. 11. cap. 15. to. 2.

§. 6 Restat videre de seruis eorum. Nota ergo, quod seruus Iudæi aut est vernaculus, id est, de propria ancilla natus, aut emptitius: si vernaculus fuerit, & velit fieri Christianus, cripitur statim in libertatem, nullo pretio dato. C. de Episcopis; & cler. l. Deo nobis. §. his ita. & arg. dist. 54. fraternitatem. Si vero emptitius, subdistingue; quia aut erat iam Christianus, quãdo fuit emptus, aut paganus: Si Christianus, indistincte liber efficitur, nullo precio dato; quia Christiani commercium est Iudæo penitus interdictum. dist. 54. mancipia. Similiter serui hæreticorum impune possunt etiam dominos relinquere, & ad Ecclesiam confugere. C. de hæreticis. l. manichæos. Si autem sit emptus, dum erat paganus, aut causa seruitij, aut causa mercimonij. In primo casu, si vult Christianus fieri, liber efficitur sine pretio. dist. 54. fraternitatem. In secundo vero casu, si infra tres menses non exposuit eum venalem, postea si fieri vult Christianus; liberatur sine pretio; quia præsumitur, quod ad seruiendum eum emerit: si autem exposuit eum venalem infra tres menses, & iste vult fieri Christianus infra illud spatium, vel etiam post, dum tamen non steterit per Dominum, quominus vendiderit eum infra illud tempus, liberatur, reddito pretio 12. solidorum, ab aliquo Christiano. dist. 54. fraternitatem. ext. eo. c. 1. & 2. Et hoc intellige, nisi Dominus eum nolentem, cum diceret se velle fieri Christianum, circumcideret, vel alterius sectæ signaculum imprimeret: tunc enim pro iniuria proprij corporis sine pretio liberatur. dist. 54. nulla. Quod dictum est de seruis Iudeorum, idem per omnia dicimus de seruis Sarracenorum cum La. Io. & alijs multis: hic tamen discordat in vernaculis paganorum, qui (vt dicit) si fiant Christiani, seruire tenentur dominis paganis: Paulus ad Timoth. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: & in epistola ad Eph. Serui obedite dominis carnalibus cum timore. etiam infidelibus, dicit glos. & sic paganus potest esse dominus Christiani; sed non debet fieri: sed aliud est in vernaculis Iudæorum, propter illorum perfidiam, & magis suspectam cohabitationem. Sed primum magis placet; quia hodie eadem suspicio est, & idem periculum in vtrisque, vt dixi supra eo. §. circa. Permissio ergo Apostoli ad primiti-

1. ad Thi mot. 6. Cap. 6.

Digitized by Google

mitiuam Ecclesiam est referenda: vel loquitur quando accedebant ad eos causa prædicationis: require supra eod. §. circa. Cuius monetæ erunt duodecim solidi supradicti? dicunt quidam, quod solidus pro aureo. [r] Inst. de pœn. tem. lit. §. vlt. Alij, quibus assentio, quod eius monetæ, quæ ibi habetur in vsu. ff. de leg. 3. nummis. Sed numquid erit iste seruus redimentis? non, sed restituet ei pretiu, & erit liber. arg. [s] Inst. de noxal. act. §. dominus. vel si non habet pretium, quærat ostiatim, vel seruiat ei aliquanto tempore ad arbitrium boni viri. arg. 36. quæst. 1. de raptoribus. vel quinque annis ad instar eius, qui redemptus est ab hostibus. [t] C. de captiuis, & postliminio reuer. l. vlt. & hoc, nisi causa pietatis à Christiano ematur: tunc enim non teneretur aliquid reddere, nec seruire; quia quod pietate datur, prohibet ius ne repetatur: quod semper præsumitur, nisi quis contrarium fuerit protestatus. ff. de relig. & sumpt. fun. l. at si quis. §. sed interdum.

§. 7. Quid de Christiano, numquid potest emere, vel habere Iudæum, vel paganum mancipium? Vtique. 23. quæst. 8. dispar. ext. eod. & si Iudæos. vbi dicitur, quod Iudæi serui sunt Christianorum; non tamen debet cum illo moriari ita, quod eum habeat familiarem. 28. quæst. 1. sæpe. & nullus. si autem voluerit ille fieri Christianus, potest; nec debet dominus prohibere, nec potest: nam Spiritus sancti vocatio omnia vincula soluit. 19. quæst. 2. duæ sunt. & Apostolus: Si infidelis discedit, discedat. Sed numquid post baptismum remanebit seruus Domini sui? vtique: seruitus enim de iure diuino est introducta. Gen. 9. Maledictus Chanaan, seruus erit fratrum suorum: & per ius gentium approbata. vt dist. 1. ius gentium. & iure canonico confirmata. 12. quæst. 2. Ecclesiarum seruos. [u] Vbi tamen de consuetudine bona non essent Christiani serui, vt in Cathalonia, consulerem; quod dominus in remissionem peccatorum suorum manumitteret eum; vel saltem, ne dominus damnificaretur nimis, ostiatim peteret eleemosynas. Si vero haberet aliunde, quo se redimeret, ad arbitrium boni viri. 12. quæst. 2. cum redemptor. & C. de capt. & postlim. reu. l. vlt. 1. Cor. 7.

§. 8. Pone, quod Iudæi occupant aliquam parochiam emendo

[r] *Inst. de pœn. tem. lit.*] talis est littera tituli.

[s] *Inst. de noxal. action.*] alius titulus, & est noxalis actio, quæ competit contra dominum, serui pro noxali damno, quod intulit aliis seruis ille, vel pro damno dato ab aliis.

[t] *C. de captiuis.*] alius titulus, & est postliminium in sua iura omnium amissorum omnimoda restauratio, & est ius, quod competit ijs, qui reuertuntur de captiuitate, per quod restaurantur eis omnia bona eorum, quæ vsucapta fuerant, vel præscripta ab alijs; ita quod intelliguntur quasi semper præsentes fuissent, & ea possident, & finguntur a iure quasi præsentes fuisse, & quasi postliminio, id est, iuxta limen domorū suarum.

[u] *Vbi tamen de consuetudine.*] Cum alicubi, pter consuetudinem huiusmodi non permittunt domini seruos suos baptizari, & credo, quod male faciūt omnes tales.

[x] Pro-

x *Propter honestatem Ecclesiæ.*] potest tamen dubingui, verum huiusmodi Iudæi aliquid habeant de laboribus, & industrijs suis, & tunc hussmodi personalia possunt ab eis recipi, licet in hoc casu non peccarent, vsq; ad quantitatem damni, quod patitur Ecclesia per hoc, quod occupant loca, quæ solebant a fidelibus inhabitari, sicut non peccaret aliqs prædia, & domos, quæ à parochianis solebãt inhabitari: numquid potest petere Ecclesia à Iudæis quicquid soluere consueuerant Christiani? Respondeo secundum omnes, potest petere omnes decimas prædiales, & quicquid occasione prædiorum solebat percipere, etiam oblationes, & decimas personales. ext. de deci. de terris. ext, eod. & si Iudæos. ext. de vsur. quanto. quod tamen plerique Doctores nolunt concedere quantum ad oblationes, & decimas personales, x propter honestatem Ecclesiæ conseruandam. Item nota, quod licet Christianus non debeat seruire, vel cohabitare Iudæo in eadem domo, tamen non prohibetur excolere prædia Iudæorum. ext. eod. multorum.

damnatur a fure, vel raptore, per incendium, vel simili modo, si recuperaret ab eo damnum suum, licet fur, aut raptor nihil haberet, quod non esset ex furto, vel rapina acquisitũ; dum tamen non reciperet a dãno illo res furtiuas, vel raptas in specie.

De Hæreticis, & fautoribus eorum, & ordinatis ab eis.

a *Dictum est supra.*] &c. & infra.

a DIctum est supra de Iudæis, & Paganis, qui per infidelitatem Deum inhonorant: nunc agendum de Hæreticis, qui a fide deuiantes in Deum multipliciter peccant.

§. 1. Videamus ergo, quot modis dicatur hæreticus: qua pœna feriatur; qualiter ab hæresi rediens recipiatur. Quatuor modis dicitur hæreticus; dicitur enim hæreticus errans a fide; vnde sic diffinitur ab Augustino: hæreticus est, qui falsam de fide opinionem, vel gignit, vel sequitur: gignit, vt hæresiarcha, puta, Arrius, Sabellius: sequitur, vt qui hæresiarcham imitatur, velut Arriani, & Sabelliani. 24. quæst. 3. hæreticus. Item (vt ait H.) hæreticus potest appellari, licet ab Ecclesia non recesserit, qui aliter intelligit scripturam, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo scriptura est, vt 24. quæst. 3. hæresis. Item dicitur hæreticus a sacra sacramentis Ecclesiæ, vel communione fidelium diuisus, vt est excommunicatus. 4. quæst. 1. quod autem. dicitur etiam hæreticus peruersor sacramentorum, vt symoniacus, qui vendit, vel emit ecclesiastica sacramenta. 1. q. 1. eos qui per pecunias. hic vero procedemus iuxta primam significationem.

Aug. lib. de vtilitate credendi ad Honoratũ to 6. de hæresibus to. 6. pag. 2.

§. 2. Punitur autem hæreticus excommunicatione, depositione, rerum ablatio-

ablatione, & militari persecutione: excommunicatione; quia hodie omnis hæreticus, seu occultus, seu manifestus, est ipso iure excommunicatus maiori excommunicatione.ext.eod. ad abolendam. Depositione; quia indistincte, siue sit clericus, siue laicus, Papa, vel Imperator, vel quilibet inferior debet deponi ab omni dignitate. vt 40. dist. si Papa. 24. q. 1. qui contra pacem.extr.eo. ad abolendam.. damnati vero Principibus secularibus, potestatibus, aut eorum baliuis relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis; nisi continuo post [b] deprehẽsionem erroris [c] sponte [d] canonice recurrerint ad catholicæ fidei vnitatem. ext. eod. ad abolendam. & const. excommunicamus. & in alia excommunicamus. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuũ sunt carcerem detrudendi. ext. eod. excommunicamus. 2. §. si qui. vbi etiam subiungitur, quod credentes eorũ erroribus, hæretici similiter iudicãtur. Rerum ablatione; quia bona illorum omnia debent confiscari Ecclesiæ, cui deseruiebãt, si erant clerici: idem, si erant laici Ecclesiæ tẽporali iurisdictione subiecti; aliorum vero laicorum bona Principibus. extra eod. excõmunicamus. 1. §. damnati. dist. 8. quo iure. Militari persecutione; quia si aliter non potest fieri, manu armata, & militari sunt ab eis bona omnia, quæ iniuste occupata detinent, auferenda: nam sicut probant Isid. & alij Sancti, & præcipue Augustinus, nullo iure possunt possidere: non iure naturali; quia secundum illud omnia sunt communia. dist. 1. ius naturale. nec iure diuino; vnde ipse Dominus dicit: Auferetur à vobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus eius. Item labores impiorum iusti edent; Item omnia sunt iustorum. 23. q 7. c. 1. 2. & 3. nec iure humano, vt supra probatum. & dist. 8. quo iure.

Isidorus. Augustin. to. 9. *Matt. 21.* *Prou. 13.* *Esaiæ. 61.*

§. 3. Sed numquid viri Catholici auctoritate propria possunt eos spoliare? videtur quod sic: Ecclesia enim videtur eis dare generalem auctoritatem, vt exterminent eos: concedit etiam talibus idem priuilegium, quod accedentibus in terræ San-

[b] *Deprehensionem erroris.*] dicunt forte aliqui; quia deprehenditur error aliquando per facti euidentiã, aliquando per confessionem in iure factam, aliquãdo per probationem testiũ, vel instrumentorũ; & qđ hęc exceptio nisi cõtinuo, &c. intelligitur de deprehensione erroris secundum duos primos modos: aliqui etiã dixerunt, quod etiam secũdum tertium modũ; sed quia consuetudo se habet aliter, quæ est optima legum interpres, credo sine præiudicio, quod loquitur hic de deprehensione erroris in facto tantum; scilicet cum inuenitur prædicans errorem, vel docens, aut faciens reuerentiam secũdum ritum talium; qualiter dicitur furtum deprehensum, cum deprehenditur fur in furando, vel cum re furtiua, antequam recipiat se ad locum destinatum. Dic ergo, quod post talem deprehensionem, licet taliter deprehenso reuerti ad catholicæ fidei vnitatem; dum tamen hoc faciat continuo, vel antequam diuertat ad actum contrariũ: vel sicut alij volunt, & obseruatur ab aliquibus de consuetudine, continuo, id est, in prima sessione iudicij, id est, prima die, qua examinatur huiusmodi causa; ita quod hoc faciat.

[c] *Sponte.*] id est, non propter metum probationum, aut cruciatuum.

[d] *Canonice.*] id est, ita quod paratus sit hæresim abiurare, & ad mãdatum Ecclesiæ pœnitere.

[e] *Dice-*

Sanctæ ſubſidium eſt conceſſum. 23. q. 5. ſi vos. extr. eo. excommunicamus.

Deut. 13. 1. §. Catholici vero. & in Deut. Si audieris in vna ex Ciuitatibus. &c. 23. q. 5. ſi audieris. & 23. q. 8. legi. & occidit Phinees. Verumtamen ſatis videtur tutum, quod ſemper fiat ex ſpeciali edicto principis, vel Eccleſiæ, ne aliàs ex cupiditate, vel vltione potius, quam ex iuſtitia, vel obedientia pugnare videantur. 23. q. 1. quid culpatur. & q. 2. c. 1. & 2. & 3. & q. 3. ſex differentiæ.

§. 4 Item quid ſi poſtea conuertantur ad fidem, numquid reſtituentur ſibi res ablatæ? Reſpondeo: non tenetur aliquis, niſi ſibi gratis voluerit miſereri. extr. eo. vergentis. Item quid ſi habeat filios catholicos, vel alios conſanguineos, numquid illi ſaltē debent habere bona ſua? videtur quod ſic; quia ita dicitur. C. de hæreticis; Auth. idem eſt de Neſtorianis. Dominus tamen Innocentius argumentans à minori de crimine læſæ Maieſtatis terrenæ, ad crimen maieſtatis cęleſtis, conſtituit etiam filios orthodoxos à paternis bonis penitus excludendos. Vnde nota, quod in tribus criminibus filij excluduntur ab hæreditate paterna, ſcilicet, in crimine hæreſis. extr. eod. vergentis. in fi. quod videtur intelligendum, cum pater publice prædicat contra fidem catholicam, vel publice confitetur, vel defendit errorem, vel coram Prælato ſuo conuictus eſt, vel confeſſus, aut ſententialiter condemnatus de hæreſi extr. de verb. ſign. ſuper quibuſdam. Item in crimine læſæ maieſtatis, & ſecundum quoſdam, ſimoniæ; quia ei parificatur. 6. q. 1. §. verum. & §. porro. 15. q. 3. ſane. & nemini. Item in interfectore clerici, qui priuatur omni beneficio eccleſiaſtico. extr. de pœnis. in quibuſdam. [f] & dicemus infra de homicid. aliter regulariter bona damnatorum ad hæredes deuoluuntur. C. de bonis damnatorū. auth. bona.

§. 5 Quid de vaſſallis hæreticorum? teneas quod legitur extr. eo. c. fin. vbi dicitur: abſolutos ſe nouerint à debito fidelitatis domini, & totius obſequij, quicumque lapſis manifeſte in hæreſim aliquo pacto, vel quacumque firmitate vallato tenebantur adſtricti.

§. 5 Puniuntur autem hæretici in fautoribus ſuis: hoc modo credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum ſunt ipſo iure excommunicati maiori excommunicatione. extra. eod. excommunicamus. 1. §. credentes. & excommunicamus 2. Item [t] qui tales, poſtquam ab Eccleſia fuerint [u] damnati, contempſerint euitare, anathematis ſe nouerint ſententiam incurriſſe. extr. eod. [x] vergentis. Item laicus, ſi, poſtquam fuerit ab Eccleſia excommunicatione [y] notatus, non ſatisfecerit infra annum, ex tunc

ipſo

[f] *Dicemus.*] de huiuſmodi interfectore nihil infra dicit. Nūquid filius iſtius interfectoris priuabitur feudo eccleſiaſtico, ſi illud erat de materna hæreditate datum patri in dotem? Reſpondeo: poteſt dici in odium pœnarum, quod non, niſi ex pacto pater lucri fecerit dotem, aut propter adulterium vxoris, aut alio iuſto modo.

[t] *Item qui tales.*] id eſt, credentes. &c.

[u] *Damnati.*] id eſt, per ſententiam excommunicationis in Eccleſia expreſsis nominibus publicati.

[x] *Vergentis.*] hoc ſolebat contineri in integra; ſed non eſt ibi modo.

[y] *Notatus.*] huiuſmodi credēs, receptator, defenſor, & fautor, infra annum latæ ſententiæ.

Digitized by Google

ipso iure est factus infamis: nec potest exercere aliquod [z] legitimum officium; & si fecerit, non valebit quicquid per ipsum dictum, vel factum fuerit: nec potest facere testamentum, nec ex testamento alterius aliquid capere, nec eligi, nec eligere, ad officiū, vel dignitatem. Si vero clericus fuerit, ab omni beneficio, & officio suspendatur: & si aliquis clericus huiusmodi pestilentibus exhibuerit ecclesiastica sacramenta, vel tradiderit eos sepulturæ, vel oblationes, seu eleemosynas eorum receperit, debet priuari officio suo, ad quod numquam restituetur, absq; indulgentia Sedis Apostolicæ speciali: & idem est, non obstante priuilegio, in regularibus obseruan. Item qui fuerint inuēti sola suspēsione [a] notabiles, nisi canonice se purgauerint, anathematis gladio feriātur, & vsq; ad satisfactionē condignam ab oībus euitentur, ita qđ, si per annum in excōmunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item moneantur, seculi potestates, & si necesse est, per censuram ecclesiasticam compellantur, omnes hæreticos ab Ecclesia damnatos de suis prouincijs, bona fide, pro viribus suis exterminare. & cum quis de nouo eligitur in potestatem perpetuam, seu temporalem, debet hoc ipso iuramento firmare: si vero propter suam negligentiam fuerit excommunicatus, & non satisfecerit infra annum, debet significari Domino Papæ; vt ipse omnes vasallos à fidelitate ipsius [b] denunciet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, & illum prorsus, si expedire videbitur, à sua [c] dignitate deponat. Archiepiscopi insuper, & Episcopi, qui circa extirpandam de sua diœcesi hæreticam prauitatem negligentes fuerint, & remissi, cum id certis patebit indiciis, ab Episcopali deponantur officio, in quo alij debent substitui, qui velint, & possint hæreticam confundere prauitatem. hæc omnia, & multa alia contra tales probantur extra eod. ad abolendam. & vergentis, & si aduersus. & const. excommunicamus.

§. 7 Ex præmissis, inter alia colligenotabiliter, quod Iudex, vel potestas secularis, non solum propter hæresim suam, sed etiam propter negligentiam contra hæresim extirpandam, potest non solum excommunicari ab Ecclesia, sed etiam deponi: & extende hanc pœnam, & Ecclesiæ potestatem, quandocumque Princeps aliquis secularis fuerit inutilis, dissolutus, & negligens circa regimen, & iustitiam obseruandam. 17. quæst. 4. si quis deinceps.

[z] *Legitimum.*] qđ sortitur effectum à iure, vt officium Procuratoris, testis, Iudicis, Tabellionis, testandi, & eligendi, & similia.

[a] *Notabiles hæreses.*] & ex cōmuni contractu per Concilium Prouinciale, vt dicitur in illa cōstitutione: excommunicam⁹.

[b] *Denunciet absolutos.*]. Numquid ante huiusmodi denunciationem statutū fuerit, quod excommunicati erant absoluti? Respondeo: secundum H. absoluti erant ab excommunicatione eorum, quæ exigit huiusmodi fidelitas; sed non ab ipsa fidelitate: sicut notatum est 25. q. 6. nos Sanctorum iuratos.

[c] *Dignitate deponat.*] hoc non dicitur in illa cōstitutione: excommunicam⁹; sed istud, qđ sequitur, scilicet, Archiepi, &c.

Digitized by Google

11. quæſt. 1. nullus Epiſcopus. 32. quæſt. 5. præceptum. Vnde Zacharias Papa [d] depoſuit Childericum Regem Francorum prædeceſſorem Pipini Regis Patris Caroli. 15. q. 6. alius. & Innocentius Othonem Imperatorem: & eſt ratio; quia omnis Chriſtianus ratione peccati eijcitur [e] de foro Eccleſiæ. Vnde Dominus ad Prophetam: Ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna; vt euellas, & deſtruas, &c. multum ſuper hoc diſputat Innocentius. extra de Iud. nouit. Poteſt etiã Eccleſia, propter ipſorum Iudicũ negligentiam, de illorum ſubditis iudicare. extra de foro compet. ex tranſmiſſa. & licet. & ex tenore. & 23. q. 5. adminiſtratores.

§. 8. Redeuntes ab hæreſi debent recipi hoc modo, quod ad arbitrium Epiſcopi regionis abiurent errorem, & promittant, & firment etiam per ſcripturam, quod tenebunt firmiter ad mandatum Eccleſiæ fidem Catholicam: & hoc publice, vel priuate, ſecundùm quod crimen fuit publicum, vel priuatum. 1. q. 7. quoties. de conſ. diſt. 2. ego Berengarius. extr. eod. ad abolendam. Quid ſi poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ad arbitriũ proprij Antiſtitis ſe purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe? ſeculari iudicio ſunt [f] ſine vlla penitus audientia relinquendi. extra eod. ad abolendam. Sed nonne audit eos Eccleſia, quę nulli claudit gremium redeũti? vtique [g] quoad fidem, [h] & ſacramenta. C. de ſumm. Trin. inter claras. de pæniten. diſtin. 3. adhuc inſtant: ſed quoad bona [i] recuperanda, non debent audiri; vt in prædicta decret. ad abolendam.

§. 9. Item numquid tales ad fidem conuerſi de iure communi, vel ſaltem diſpenſatiue poterunt promoueri, vel in ſuſceptis ordinibus ab Epiſcopis hæreticis miniſtrare? Ad iſtius quæſtionis intelligentiam nota, quod Io. & R. dixerunt, quod Epiſcopus hæreticus, qui recepit vltimam manus impo-

[d] *Depoſuit.*] eo quod tantæ poteſtati erat inutilis; vt ibi dicitur. tamen H. gloſauit ſuper illud cap. alius. depoſuit, id eſt, Principibus deponentibus conſenſit, quibus conſuluerat, qđ eum deponeret: aliàs, ſicut dicit, nec Papa ſine conſenſu, & auctoritate Principum poſſet eũ deponere, nec Principes ſine conſenſu, & auctoritate Papæ, *Hiere.* 1. aut alterius Iudicis ſecularis Superioris, ſi inueniretur. Ego autem credo, quod Papa, etſi non poſsit forte deponere huiuſmodi Principẽ auctoritate propria, niſi propter Eccleſiaſticum crimen directe; poteſt tamen, ſi agatur denunciatione cõtra huiuſmodi Principem coram eo: ſi non poſsit agi pœnitentia, niſi cedat regno, poteſt ipſum compellere ad cedendum, & ita indirecte poteſt eum deponere.

[e] *De foro Eccleſiæ.*] ſi agitur denunciatiue ad pœnitentiam.

[f] *Sine vlla penitus audientia.*] hoc intelligo, ſi poſt huiuſmodi abiurationẽ, vel purgationẽ deprehenditur in hæreſi, ſeu per facti euidentiã, ſeu per confeſſionem propriã, vel per teſtes: in quo caſu non parcitur ei quoad vitam, nec quoad bona: ſi autem hic abſque huiuſmodi deprehenſione occulte recidat; & occulte pœnitens reuertatur ad Eccleſiam, parcetur ei quoad vtrũque.

[g] *Quoad fidem.*] id eſt, fidei inſtructionem, ſi indigeat.

[h] *Et ſacramenta.*] quoad abſolutionem de peccatis occultam, ex quo non eſt deprehenſus.

[i] *Recuperanda.*] ſi iam amiſerat; aut retinenda, ſi non amiſerat: & hoc quando deprehenſi ſunt.

[k] *Ordi-*

Digitized by Google

impositionem, id est, [k] ordinem Episcopalem [l] in Ecclesia, ordines confert, sed non ordinis executionem; [m] si autem extra, nihil confert, nec ordinem, nec ordinis executionem; quia nihil receperat. arg. 1. q. 7. daibertum. Sed hæc opinio reprobatur. 9. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. conuenientibus. dicas ergo cum Lau. Vinc. & alijs fere omnibus, quod, seu quis recipiat vltimam manus impositionem in Ecclesia, seu extra; dũ tamen formam Ecclesiæ seruet in ordinando, & in forma Ecclesiæ fuerit ordinatus, semper verum ordinẽ confert; sed non ordinis executionem: & hoc, seu scienter, siue ignoranter alius ordinetur ab eo. Vnde regulariter teneas, quod Episcopi, & Sacerdotes, seu sint excommunicati, seu hæretici, [n] seu depositi, vera conferunt sacramẽta; dum tamen in forma Ecclesiæ, vt dictum est. 1. q. 1. dominus declarauit. & non nocet. & dictum. 32. dist. §. verum. de cons. dist. 4. non in vobis. Peccant tamen mortaliter, [o] & crimen idolatriæ committunt dantes sic indigne, & suscipientes ab eis, nisi forte baptismum in articulo necessitatis, cum non posset Catholicus inueniri. 32. dist. ad hoc vero. circa fin. [p] Quidam tamen dicunt contra, quod apud hæreticos [q] non sunt vera sacramenta, pro eis est. 24. q. 1. schisma. vbi dicitur: Si veritate dirigimur, non est corpus Christi, quod hæreticus [r] conficit. Item quia sacramenta [s] non debent diuidi. de cons. dist. 2. quia passus. Item quia extra vnitatem Ecclesiæ non est locus veri sacrificij, vt ait Augustinus 1. q. 1. extra catholicam. Sed intelligas omnia illa quantum [t] ad effectum sacramentorum, vel quando non seruatur forma Ecclesiæ. In hoc autem solo est differentia inter ordinatos supradictos; quia ordinati ab eo, qui recepit vltimam manus impositionem in Ecclesia, seu ignoranter, seu scienter, si alias digni sunt, tolerantur dispensatiue in ordinibus susceptis; ad Superiores autem non debent promoueri, nisi necessitas, vel vtilitas maxima flagitauerit, & ipsorũ sancta conuersatio promeruerit. 9. q. 1. c. 1. 2. & 3. Fallit hoc in quatuor casibus, in quibus nullo modo dispensatur, quos require supra de simo. §. restat. in principio. Si vero sunt ordinati ab eo, qui recepit vltimam manus impositionem extra Ecclesiam, si scienter, numquam tolerantur; si ignoranter, & hoc probauerint, tolerantur. 9. q. 1. ordinationes. Circa alios autem hæreticos reuertentes teneas, quod de iure communi non debent recipi, nisi ad laicam communionem 1. q. 7. c. 1.

Aug. lib. sententiarũ cap. 15.

[k] *Ordinem Episcopalem.*] qui dicitur vltima manus impositio: quia est vltimus ordo, qui confertur cum manus impositione.

[l] *In Ecclesia.*] vt a Catholico Episcopo, non hæretico, vel schismatico.

[m] *Si autem extra.*] id est: recipiat illam ab hæretico, vel schismatico.

[n] *Seu depositi.*] id est, degradati, seu auctorizati cum solennitate.

[o] *Crimen idolatriæ.*] per æquipollentiam.

[p] *Quidam dicunt.*] in qua opinione fuit Beatus Cyprianus.

[q] *Non sunt vera.*] quoad essentiam.

[r] *Conficit.*] forma Ecclesiæ nõ seruata.

[s] *Non debent diuidi.*] id est, ab hæreticis, qui diuisi sunt ab vnitate Ecclesiæ, celebrari, dari, vel accipi.

[t] *Ad effectum sacramentorum.*] quæ est gratia, quæ non infunditur taliter dãtibus, aut recipientibus.

[u] *Du-*

Digitized by Google

7. c. 1. Adhibetur tamen erga eos quadruplex dispensatio, scilicet semiplena, plena, plenior, & plenissima. Semiplena, quando recipiuntur in ordinibus susceptis, sublata eis omni spe promotionis. 1. q. 1. Si quis hæretice. Plena, quando possunt fieri Sacerdotes, & non vltra. 1. q. 7. conuenientibus. Plenior, cum possunt fieri Episcopi, sed non primates. 12. dist. nos consuetudinem. Plenissima, quando ad omnes ordines, & dignitates promouentur. 23. q. 4. ipsa pietas. Sed quis poterit dispensare? Respondetur infra de dispens. §. contra prædictas.

§. 10. In summa nota, quod [u] dubius in fide infidelis est; nec ei omnino est credendum, qui fidem veritatis ignorat. ext. eod. dubius. si tamen aliquis errat in fide, seductus forte a parentibus, vel etiam ab alijs; quærit autem cauta solicitudine veritatem, paratus corrigi, cum inuenerit, nequaquam, sicut ait Augustinus, est inter hæreticos deputãdus. 24. q. 3. dixit Apostolus. In articulis autem fidei parum distat a vitio, vel decipi, vel decipere posse. 16. q. 1. si cupis. Item minus peccatum est in contractibus fallere, quã in articulis fidei falli. 22. q. 2. in ipsarũ. Item si quis vult scire, quid debet credere, legat symbolum, quod cantatur in Missa, & Quicumque vult. & 23. dist. qui Episcopus. extra. de summ. Tri. & fid. Cath. const. firmiter credimus. Item hæreticum hominem, sicut præcipit Apostolus, post primã & secundam correctionem [x] deuita, scilicet quoad secreta fidei, quæ non sunt ei propalanda; quia non debemus margaritas proijcere ante porcos, tantummodo in prima, & secunda vice. & postea, quoties fuerit opportunum, possum, & debeo ipsum monere, vt cesset a peccato; ita quod in alijs nõ communicem ei, cum sit excommunicatus. 43. dist. in mandatis. & 1. q. 7. conuenientibus. 24. q. 3. dixit Apostolus. Sed quid si ipse disputando se ingerat, & prouocet nos dicere secreta fidei, quæ ipsum non deceat audire? tunc prudenter debemus eum [y] eludere: nam nihil omnino respondere, auditorum causa, vtile non videtur; ne forte existiment, nos responsionis penuria declinare certamen; & fides eorum lędatur, non intelligentiũ propositum nostrum. Disputare ergo cũ hæreticis corã populo, vix potest esse [z] sine periculo; cum tales non intendant ferendo sermonis materiam ad aliud. *Augu. lib. de vtilitate credendi cap. 1. & Epist. 162.*

[z] *Sine periculo.*] & peccato, nisi disputando intendatur ad cõuersionem eius; vel fiat propter scandalum infirmorum; vt hic: & tunc *ad Titum. cap. 3.*

[u] *Dubius in fide.*] qui æqualiter se habet ad ad vtramq; partem contradictionis. secus est de illo, qui per spiritum blasphemiæ tẽtatur de fide cum dolore cordis, & anxietate; cui, si bene pugnauerit, cedit ad profectum huius tẽtationis; cũ nulla ei sit libido, id est, improba voluntas delectandi in creatura, sine qua nullum est actuale peccatum.

[x] *Deuita.*] quoad locutionem, &c. In quibus excommunicatus est vitandus: & loquitur Apostolus secundum statum primitiuę Ecclesię, quãdo non erant hæretici ipso iure excommunicati, sed excommunicandi: Si enim essent excommunicati, sicut nunc, vitandi essent in talibus, etiam post primam, & secũdam correctionem: Magister tamen intelligit, quod vitandi sunt quoad secreta fidei, quę ante primã, & secundam correctionem possunt eis propalari ad eorum conuersionem: sed post non debet, cũ iam desperatur de conuersione eorũ.

[y] *Eludere.*] trãs-

Digitized by Google

& tunc est casus necessitatis, maxime cum nos prouocant ad disputandum.

[a] *Tunicam Domini*.] id est, Ecclesiã per tunicam Domini inconsutilem significatam, quæ non fuit diuisa, sed sorte prouenit.

dant ad aliud, nisi vt reprehendant, & possint rumpere [a] tunicã Domini. dist. 43, in mandatis. 24. q. 1. quoniã vetus oriens. Item ne hæretica pra-

uitas, vel alia vitia sub specie virtutum occulte subintrent, interdicendum est laicis vniuersis, cuiuscumque ordinis censeantur, officium prædicandi. extr. eod. sicut in vno.

De Schismaticis.

[a] *Dictum est de hæreticis*,] &c. & infra.

[a] DIctum est de hæreticis, sed quoniã schisma inducit hæresim, vt infra dicetur, consequenter de schismaticis agamus. Videamus igitur, quid sit schisma; vnde dicatur; in quo differat ab hæresi, qua pœna Schismatici feriantur, postmodum visuri de ordinationibus, & alienationibus factis a Schismaticis.

§. 1. Schisma est illicita discessio eorum, inter quos vnitas esse debet; vel sic. Schisma est illicitus ab vnitate, seu ab vniuersitate discessus.

§. 2. Dicitur autem schisma a scissura, quia per schisma fit in vnitate scissura. 24. q. 1. schisma.

§. 3. Differt autem ab hæresi, quia in principio sui habet hæresis peruersum dogma, quod non habet schisma; licet in fine confingat aliquam hæresim, vt recte ab Ecclesia videatur recessisse. Ita dicit Io. 24. q. 3. inter hæresim. vnde posset dici, quod esset talis differentia, qualis inter dispositionem, & habitum: primo enim dicitur schisma, sed cum post tempus pertinaciter adhæserit suæ sectæ, asserens non esse obediendum Romanæ Ecclesiæ, est hæresis, quia peccat in illo articulo fidei; Vnam sanctam Catholicam Ecclesiã: vel dic, quod talis est differentia, qualis inter genus, & speciem; quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non e conuerso.

§. 4. Puniuntur Schismatici multipliciter, tam a Domino, quam a Iudice homine: volens enim Dominus nobis ostendere, quam horrendum sit hoc detestabile crimen schisma, [b] Chore, Datan, & Abiron puniuit, hiatu terræ sepultis auctoribus vniuersis, & cæteris cælesti igne consumptis. Item decem Tribus, quæ post mortem Salomonis relicto Roboam filio suo, facientes schisma, [c] adhæserunt Ieroboam, demoliuit, & dedit [d] in dispersionem. Item [e] Abdo Propheta missus a Domino ad Ieroboam ad exprobrandum sibi peccatum schismatis, prohibitus est, apud illos Schismaticos panem comedere, & aquam bibere, quod quia non seruauit, rediens morsu leonis in itinere necatus est. Vnde propter magnitudinem pœnæ videtur Hier. sen-

[b] *Core, Dathan.*] Num. 16.

Et cæteris, scilicet viris, qui offerebant incẽsum.

[c] *Adhæserunt Ieroboã.*] 3. Reg. 14. & 2. Paral. 21.

[d] *In dispersionem.*] scilicet in terram Assyriorum. 4. Reg. 16.

[e] *Abdo Prophe ta.*] 3. Reg. 13.

[f] *Ido-*

Hier. 36.

tire,

tire, quod hoc peccatũ sit grauius hæresi, & omni peccato: ait enim: [f] Idolũ fabricatum, atq; adoratũ est, & propheticus liber [g] ira Regis contẽptoris [h] incensus, & schisma [i] tentatũ, & idolatria [k] gladio punita est; exustio libri bellica clade, & peregrina captiuitate; schisma hiatu terræ sepultis auctoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis. quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissũ, quod est grauius vindicatum? 24. q. 1. non afferamus. Sed contra; hæresis est maius crimen; quia obtinet primum locum in pœnis. 32. q. 7. quid in omnibus. Solutio. dic, quod omne schisma habet hæresim annexam, maxime ex quo perseuerat, vt supra; vel dic, licet hæresis sit maius crimen in sui natura, quam schisma, tamen quid ex maiori contumacia illi, de quibus ait Hier. videntur fecisse schisma, quam alij idolatriam, grauius dicuntur peccasse; & secundum hoc, illud, sceleratius, erit aduerbium: nam quanto maior est contemptus, tanto magis scelerate peccatur. A iudice autem homine puniuntur spiritualiter, videlicet per excommunicationem, vel depositionem, vt dist. 23. in nomine Domini. ext. eod. c. 2. Item pecuniaiiter. arg. 23. q. 7. quod autem. & si necesse est manu militari, id est armata. 17. dist. nec licuit. 11. q. 1. petimus. Qualiter autem istæ pœnæ sint ordinandæ; & vtrum simul debeant imponi, Respondetur infra de pœn. §. in summa.

§. 5. Nunc videndum, quid iuris sit de ordinatis ab eis. In hoc dixerunt Io. & Ru. quod, qui recipit vltimam manus impositionem in Ecclesia, id est, ordinem Episcopalem, ordines confert, sed non executionem, &c. & dic indistincte per omnia, & per eadem iura, vt de ordinatis ab hæreticis est distinctũ supra tit. prox. de hæreticis. §. Item numquid. ab illo verbo, nota, quod Io. & Ru. vsque ad versum, circa alios autem hæreticos.

§. 6. Alienationes autem rerum ecclesiasticarum [l] ab intrusis, vel schismaticis factæ non valent: vnde debent ad Ecclesiam sine onere reuerti; vt ext. eod. c. 1. & 12. q. 2. alienationes: & ipsi tenentur restituere loca, si qua inuaserunt, & fructus omnes perceptos, & qui percipi potuissent, secundum distinctionem positam in simoniaco, supra de simonia. §. circa pœnam simoniaci. vers. qui recipit beneficium simoniace tenetur renunciare beneficio. Item cum omne schisma intendat sibi constituere Ecclesiam, & vniuersalem Ecclesiam impugnare, vix, vel numquam potest esse sine hæresi; & omnino debent abiurare schisma, & satisfacere ad mandatum Ecclesiæ, & debent recipi cum manus impositione; vt accipiant Spiritum Sanctum, qui extra Ecclesiam non est, nec dari potest. 24. q. 1. didicimus. & pudenda. & schisma.

f *Idolum fabricatum.*] Exod. 32.

g *Ira Regis.*] Hierusalem, scilicet Ioachim.

h *Incensus.*] Hierem. 16.

i *Tentatum,*] id est, attentatum per Chore, Datan, & Abiron, & cæteros. Num. 16.

k *Gladio.*] Moysi scilicet, & filiorum Leui.

l *Ab intrusis.*] Intrusi vocãtur, qui non p actionem canonicã, sed per violentiam occupant honores, vel officia, vel beneficia ecclesiastica.

Digitized by Google

De Apostatis.

a *Egimus.*] &c. & infra, excommunicatur, id est, potest excommunicari.

EGimus de hæreticis, & schismaticis; sed quia vtrique cadunt in apostasiam, merito consequenter de ipsa, tanquam vtrique communicta, videamus. Vnde notandum est, quid sit apostasia; quæ eius species; qua pœna apostatæ feriantur; & qualiter reuertentes recipiantur.

§. 1. Apostasia est temerarius a statu fidei, obedientiæ, vel Religionis recessus: & dicitur apostasia, quia post statio, id est, retrogradatio, vel retrogradus status.

§. 2. Est autem triplex apostasia; scilicet perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis: perfidiæ, qua quis recedit a fide; vt Iulianus apostata; de hac habetur. 2. q. 7. non potest. Inobedientiæ, qua quis transgreditur spontanea voluntate mandatum, vel præceptum; vt Adam, & Eua; & qui sacris canonibus obedire contemnũt; de hac. 3. q. 4. alieni. ext. de maior. & obed. si quis. Irregularitatis, qua quis a statu sumptæ religionis recedit; vt cum apostatat Monachus, Clericus, vel Conuersus, vel aliquis religiosus: de hac 47. dist. quantumlibet. 16. q. 1. legi. hæc vero fit multis modis; scilicet dimittendo tonsuram; vel coronam; accipiendo vxorem; abijciendo religionis vestem, seu clericalem; redeundo ad seculũ. 20. q. 3. c. 1. & 27. q. 1. omnes. ext. eo. c. 1. & 3.

§. 3. Pœna apostatarum procedit iuxta varietatem apostasiarum: nam pro apostasia perfidiæ punitur apostata excõmunicatione, est enim hæreticus, & infidelis, ergo per consequens excommunicatur ipso iure, require supra de hæret. §. punitur hæreticus. Item res eorum publicantur, & amittunt factionem testamenti, nec in statum pristinum reuertuntur, etiam acta pœnitentia. C. eod. l. 1. 2. & 3. Item sunt infames, & repelluntur a dignitatibus, & alijs multis ext. de iureiur. querelam. 6. quæst. 1. infames. de cons. dist. 3. celebratẽ. & Respondetur infra in tit. de infamibus. in princ. Pro apostasia inobedientiæ repellitur quis a testimonio, infamis efficitur, & excommunicatur. 3. quæst. 4. si quis a vero. 11. quæst. 3. si autem vobis. & si perstiterit in inobedientia, crescente contumacia, debebit crescere & pœna. ext. vt lit. non cont. quoniam frequenter. in fi. & infra de pœnis. Pro apostasia irregularitatis, [b] interim ab accusatione, & testimonio remouetur, tanquam infamis. 2. q. 7. alieni. 3. q. 4. beatus. Item interim ad dignitatem, vel ordinem promoueri non potest. 16. q. 1. legi. dist. 50. c. vltimo. Item si receperit sacrum ordinem, licet sit postea reconciliatus Abbati, & receperit pœnitentiam, non potest absque dispensatione Rom. Ecclesiæ ministrare in

b *Interim ab accusatione.*] Id est, quamdiu est in apostasia; quod ideo dicit; quia si reuertatur, & reconcilietur Ecclesiæ, & resumat habitum, postea non repelletur, nec ab accusatione, nec a testimonio; nec

nec à promotione ordinis, vel dignitatis, nec a priuilegio clericali.

[c] *Sic susceptо.*] secus de alijs, quia in illis poterit Episcopus dispensare.

[d] *Non obstat.*] his, quæ dicta sunt de apostatis, scilicet quod excommunicati sunt, & quod repelluntur a dignitatibus, & quia sunt deponendi: Iulianus enim apostata, nõ vitabatur tãquam excommunicatus; nec depulsus fuit a dignitate imperiali, nec depositus.

[e] *Vel melius.*] forte tamẽ melior est prima solutio; cum Iulianus hæresim veterem, & damnatã secutus fuerit, quia fuit apostata manifestus, & idolatra.

[f] *Bene viuentes.*] id est, si bene, & regulariter viuãt regulares illi, de quorũ monasterio exierunt.

ordine [c] sic susceptо. ext. eod. c. vltimo. Itẽ si admonitus non se correxerit, est deponendus. 21. q. 4. fine. & præcipimus. Item interim caret priuilegio clericali; adeo q̃ eum verberãs non incidat in canonem latæ sententiæ. ext. eod. c. 1. & de sent. excom. cum non ab homine. Hoc tamen intelligas cum distinctione, quã require infra. de senten. excom. §. vtraque excõmunicatio. versi cum inuenit eum in apostasia.

§. 4. Reuertentes ab apostasia perfidiæ, cum fuerint hæretici, tanquam reuertentes ab hæresi videntur recipiendi: require supra de hæreticis. §. redeuntes. [d] Non obstat. 11. q. 3. Iulianus. vbi milites Catholici obediebant Iuliano apostatæ Imperatori in omnibus, quæ non erant contra Deum. Quia Iulianus adhuc tolerabatur ab Ecclesia propter scandalum, quod timebatur. [e] Vel melius, illud loquitur secundum antiqua iura, quando distinguebatur inter hæresim veterem, & nouam; damnatam, & non damnatam; manifestam, & occultam. 24. q. 1. §. 1. & §. sin autem. Hodie sublatæ sunt omnes distinctiones; quia omnis hæreticus est ipso iure damnatus, & excõicatus: vt supra de hæreticis. §. punitur hæreticus.

§. 5. Reuertentes autem ab apostasia inobedientiæ, aut sunt propter hoc excommunicati ab Ecclesia, aut non: si non, recipiuntur ad pœnitentiam, quoties reuertuntur; ita tamen, quod sicut quælibet iteratio aggrauat peccatum, sic & pœnitentia aggrauetur: nam (sicut ait Augustinus) vulnus iteratum tardius sanatur. de pœn. dist. 3. inanis. Si vero sunt excõmunicati, recipiendi sunt cum satisfactione canonica, quam require infra de sent. excom. §. in absolutione. *August. in lib. Soliloquiorum.*

§. 6. Ab apostasia vero irregularitatis redeuntes, si sunt Monachi, vel regulares, & regulariter, & [f] bene viuentes, recipientur in eodem monasterio, quoties, & qualiter in eadem regula cõtinetur: si vero monasteriũ redarguitur de dissolutione, debẽt retrudi in aliud arcti, vel districti monasteriũ cum rebus, quas obtulerant primo monasterio. 27. q. 1. si qua monachorum. & si quis rapuerit. Sed contra. 16. q. 6. si Episcopum. vbi dicitur, quod debitum personæ non redundat in damnum Ecclesiæ; Quomodo ergo auferentur res primo monasterio, & dabuntur secundo? Ad hoc dicas, quod non videtur redundare in damnum primi, ex quo non prouidebit ei. Item dabuntur res istæ secundo monasterio quoad vsum fructum, id est, in vita ipsius, ne sit ei onerosus; post mortem ipsius, vsusfructus redibit ad primum monasterium. 16. q. 6. de lapsis.

§. 7. Circa istas apostasias possunt

sunt moueri aliquæ vtiles qstiones. Quæritur ergo circa apostasiam perfidiæ, sic: Ecce multi Christiani residẽt in quibusdã ciuitatibus, Sarracenorum, & maxime illi, qui vocantur Atrones, aliquis illorum profitetur Maumethũ nuncium esse Dei, sicut & Sarraceni faciunt ad laudem, & venerationem illius, quem colunt, & venerantur pro sancto; Alius osculatur sepulchrum Almeadi, quasi ex reuerentia, ac si esset sanctus. Alij in publico gerunt se pro Sarracenis, & in occulto pro Christianis, Nunc queritur, vtrum isti, & similes sint apostatæ, vel hæretici iudicandi. Ad has tres quæstiones vnam do solutionem; quia si Christiani sponte, & ex fide, quia ita credunt, profitentur illum nuncium Dei, vel alterius osculantur sepulchrum, vel in publico se gerunt p Sarracenis, vt quia per hoc intendant placere Deo, indistincte omnes tales sunt apostatæ, vel hæretici iudicandi, & per consequens excommunicati: licet enim isti nihil expresse dicant cõtra aliquem articulum specialem, tacite tamen, & per consequentiam dicunt; cum dicant, vel sentiãt [g] verbo, vel signo illos perfidos nuncios esse Dei, quos cõstat hæreticos, & apostatas extitisse. & in simili casu fuit dãnatus de hæresi Anastasius II. dist. 19. Anastasius. Si vero profitentur hoc verbo tantum, vel faciunt propter metum, sed in corde in nullo deuiant a fide; nec dico eos apostatas, nec hæreticos, nec excõicatos; peccãt tamen mortaliter, quantuscũque fuerit metus. Augustinus: satiꝰ est mori fame, quam vesci idolothytis. 32.q.4. sicut satius. Idem: ad mendacium in doctrina religionis, scilicet Christianæ, dicendum nulla conditione quis debet adduci. 22.q.2. primum. Item Io. Chrisost. super illum locum: Nolite timere illos, qui occidunt corpus, &c. non solum ille proditor veritatis est, qui transgrediens veritatem, palam mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non libere pronunciat veritatem, quam libere pronunciare oportet; aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit, proditor est veritatis. 11. q. 3. nolite. Idem dicitur. ext. quod metus causa. sacris. Sed Ambrosius videtur contradicere vehementer. de pœnit. dist. 1. potest fieri. vbi ponit hanc quæstionem, scilicet de illo, qui victus supplicijs, sermone negat, & corde adorat Deũ, & nititur eum excusare, non solum a peccato, sed etiam innuit eum dignum remuneratione. [h] sed illud intelligi-

vel dignus remuneratione. vbi Num-

Aug. de bono cõiugali c. 16.

Chrisost. super c. 10. Matth.

Ambros. 1. lib. de pœnit. c. 1.

§. 7. Item impuberes abſq; patris, vel tutoris auctoritate. 20. q. 2. c. 1. & 2. ext. de regul. ſi quis. Et ſi intelligas impuberes maſculos, vſq; ad 14. annũ; & fœminas vſque ad 12. completos; in hoc tñ articulo multa, & varia ſcripta ſunt: dixit enim H. quod ſi doli capax eſt ingreſſus monaſterium, ſeu per ſe, ſeu auctoritate patris, dummodo nõ fuerit coactus, amodo non poterit exire, licet nõ peruenerit ad annos pubertatis; quia cum doli capaces poſſint ſe [c] obligare diabolo. vt ext. de delic. pue. pueris, multo fortius Deo. Alij vero, cum quibus ſentio, ſcilicet La. Io. & T. diſtinguunt ſic: Ingrediens monaſteriũ aut eſt adultus, aut impubes. In primo caſu, ſi intrat ſponte, & facit profeſſionem [d] expreſſam, vel tacitam, non poterit exire. 20. q. 1. puellæ. & q. 2. c. 1. & 2. Si inuitus [e] intrat, exire poteſt; niſi propter aliquam culpam [f] ibi poneretur ad pœnitentiã [g] agendam. 20. q. 1. ſicut. 21. q. 2. placuit. diſt. 50. ſi ille. & intelligas inuitũ, qui intrauit propter metũ, qui poteſt cadere in conſtantem virum, videlicet mortis, vel verberum, vel ſeruitutis; vel ſtupri, ſui, vel filiorum: Vnde verſus:

Excuſare metus hos poſſe puta, quia neſcis,
Stupri, ſeu ſtatus, verberis, atque necis.

ext. de his, quę vi, metusue cauſa. [h] perlatum. & cum dilectus. ext. de ſponſal.

habitus regularis, qua vtuntur profeſsi; & per hoc, quod viuens inter regulares legit, & cantat, ſicut profeſsi, & cætera omnia facit; & perinde eſt, ac ſi feciſſet expreſſam profeſsionem: vt ext. de regular. vidua.

[c] *Obligare diabolo.*] & quia ſicut dicit H. tenetur ad alia. ext. de delict. puer. pueris. tenetur ad præcepta, ſicut adultus; quia dicit B. Auguſtinus: pueri doli capaces, ſcilicet ſeptem amorum, & mentiri, & verũ dicere; cõfiteri, & negare poſſunt. vt. notatur. de cõſ. diſt. 4. paruuli. quod etiã notauit Ber. ext. de delic. puer. pueris. vnde tenetur votũ ſeruare, & pœnitentiam agere, & inuito patre ſponſalia contrahere de futuro, & fidẽ ſuper hoc dare poteſt.

[d] *Expreſſam, vel tacitam*] expreſſa eſt, quæ fit per verba ſecundum formam ordinis. tacita autem quæ fit per receptionem habitus regularis, qua vtuntur profeſsi; & per hoc, quod viuens inter regulares legit, & cantat, ſicut profeſsi, & cætera omnia facit; & perinde eſt, ac ſi feciſſet expreſſam profeſsionem: vt ext. de regular. vidua.

[e] *Intrat.*] adultus ſcilicet.

[f] *Ibi poneretur.*] id eſt, in monaſterio.

[g] *Ad agendã.*] in perpetuum, vel ad tempus.

[h] *Perlatum.*] vbi dicitur de quadam muliere, quã vir eius nobilis ſuſpectã habebat de adulterio, quæ, à militibus dicti nobilis cõminata ſibi morte, monaſteriũ cogebatur intrare; maritus vero eius, adductis ſecum Epiſcopis, fecit eã velari; ipſa vero Epiſcopis intimauit, quod illic metu mortis ſtraſſet: mortuo viro alij nupſit, quam Epiſcopus quidam ad inſtantiam ſororum excõicauit, abſoluta ab Epo mandato Domini Papæ, ad eius præſentiam ipſa cum marito, & ſororib' monaſterij conuocantur, Papa reſpondet: ſi legitime probatũ fuerit, non timore mortis prædictam mulierem intraſſe; aut quod fecit poſtmodum ratum habuiſſe, reſumpto habitu ad monaſterium per cenſuras eccleſiaſticas ab Epiſcopo redire compellatur: quia quod ab initio non tenuit, per ratihabitionem roboratur. ext. de regular. & tranſ. ad relig. ſignificatum. & cũ virum. quod etiam intellige in matrimonio carnali. ext. de ſponſ. ad id. & de deſponſ. impuber. de illis.

Digitized by Google

veniens ad nos. Si vero impubes [i] intrat, aut ab alio ponitur in monasterio, puta patre, vel tutore, aut propria auctoritate. In primo casu, si ipse [k] nō consentit, potest egredi, quando voluerit, vsque ad ætatem legitimā. 20. q. 1. & puellæ. & q. 3. præsens. Si autem consentit, licet consensus ille, qui fit ante annos pubertatis, non teneat, tamen exire nō potest, priusquam veniat ad ætatem legitimam. 20. q. 1. illud. ad instar carnalis matrimonij. ext. de desponsi. impub. de illis. 1. Sed quam cito peruenerit ad perfectam ætatem potest egredi. 20. q. 3. præsens. ext. de regul. & transl. ad rel. cum simus. Si vero impubes [p] propria auctoritate intrat, potest extrahi a patre, vel tutore infra [m] annum, & diem. 20. q. 2. c. 3. hoc tamen addidit Innocentius III. quod sicut in matrimonio carnali malitia [n] supplet ætatem, [o] ita & in spirituali. ext. de regul. [p] postulasti. si tamen impubes, & doli capax emisit [q] aliud votū, [r] quā continentiæ, videtur q̄ sit obligatus; nisi pater [s] statim cum audierit [t] reuocet. 21. q. 1. mulier.

1 *Intrat.*] Monasterium. siue sit doli capax, siue non, secundum communem opinionem.

k *Non consentit.*] Nota quod impubes, qui est doli capax, etiam secundum H. monachus fieri non potest; quia nec cōsentire debet, nec potest se Deo obligare.

l *Si vero impubes.*] non doli capax, secundum H. vel etiam doli capax, secundum communē opinionem.

m *Annum, & diem.*] a tempore scientiæ. sed quare additur dies ad annum? Respondeo: sic placuit iuris Auctori.

n *Supplet ætatem.*] Ad hoc q̄ vir ante xiiij. annum, fœmina ante xij. annum completum matrimonium cōtrahere possint.

o *Ita & in spirituali.*] vt scilicet ante annos pubertatis aliquis possit esse obligatus religioni, si in alio supplet ætatem, scilicet si sit doli capax.

p *Postulasti.*] hæc decr. nō est hodie in corpore. decre. in forma, in qua solebat esse; sed dicitur ibi, quod qui ante annos discretionis habitum nouitiorum recipiunt, & infra annum illud deponentes reuertuntur ad seculum, & ordinati recipiunt ecclesias, possunt eas retinere; nisi prudentia in eis forte suppleuerit ætatem; vt transire debeant ad laxiorem religionem: quia cum absque protestatione intrauerint, vitam præsumuntur voluisse mutare. Sed quod ibi dicitur, hodie reuocatum est per constitutionem Gregorij, qui loquitur de adultis, quibus tantum conceditur reuerti ad seculum, nisi in tribus casibus: & post illam Gregorij Innocentius IIII. aliam edidit Decretalem. de hoc infra in hac rubrica.

q *Aliud votum.*] siue iuramentum: idem enim videtur dicendum quoad hoc de iuramento, & de voto; & hæc est communis opinio: sed Num. 30. vbi agitur de huiusmodi iuramentis, & votis; dicit glossa, & Augustinus: Non hoc ad omnem iurationem pertinet, sed ad eam, vbi quis voluerit alicuius rei abstinentiā, quia licebat vti per legem; sed per votum ipse sibi efficit non licere.

r *Quam continentiæ.*] Idemmet etiam credo de voto continentiæ ante ingressum religionis; quia non poterit reuocari, nisi statim reuocetur. Quid si voluerit seruaturum se continentiam, vel ingressurum religionem, tunc deinde, cum venerit ad ætatē, vel mortuus fuerit pater, numquid potest pater illud irritare contradicendo statim? Respondeo: non potest secūdum opinionem H. sed secundum communem, quæ humanior est, potest.

s *Statim.*] nec datur ei annus, & dies, sicut in transitu ad religionem; & hoc, quia per ingressum religionis eximitur a potestate patris, vel tutoris; sed propter alia vota non eximitur: & ideo non potest reuocare, nisi statim reuocet, ex quo scit votum esse emissum. & expone statim, id est, ipso die. arg. in Num. 30. vbi dicit; & in alterum diem distulit sententiam.

t *Reuocet.*] votum filij, vel filiæ impuberis: idem enim credo de filio, & filia, licet lex loquatur de sola filia. Num. 30. Quid si pater contradixerit, & reuocauerit huiusmodi votum, siue continentiæ, siue aliud; & post dictam reuocationem huiusmodi consentit voto, numquid filius, cum venerit ad ætatem, tenebitur obseruare votū? Si votum illud nō sit de ingressu religionis.

Digitized by Google

Ex communis est opinio, quod non; quia semel fuit absolutus, per reuocationem scilicet factam a patre; & obligatio semel extincta non reuiuiscit: vnde non tenebitur seruare votum huiusmodi, vel iuramentum, si forte iurauit aliquid, quod pater, aut tutor reuocauit; nisi iterum voueat, aut iuret. Idem dicunt de vxore, quæ ad mandatum viri frangit votum, quod eo mortuo non tenetur illud implere. Idem dicunt de seruo, qui intrauit monasterium, & reuocatus a Domino postea efficitur liber, quod non tenetur redire ad monasterium. Idem de viro, qui inuita, vel nesciente vxore intrauit monasterium, & propter hoc reuocatus fuit ab vxore, quod mortua vxore non tenetur reintrare monasterium; licet teneatur continere. Sed in omnibus casibus istis dicit H. contrarium; & dicit, quod in nullo casuum prædictorum, vel præcedentium absoluitur impubes, aut seruus, aut vir ab huiusmodi votis, sed impeditur, ne possit adimplere quod promisit: vnde remoto obstaculo, quod impediebat, debet fieri quod impediebatur, & votum seruari. arg. 15. q. 6. nos sanctorum: & iuratos. 23. q. 6. qui recedunt; & q. 7. c. 1. sicut notauit H. 32. q. 2. mulier. Sed in viro reuocato ab vxore de monasterio contradicit ei aperte ext. de conuers. coniug. quidam intrauit. & placet: sed ipse non recipit huiusmodi decretal. Et nota, quod cum pater, vel tutor reuocat votum filiæ, vel filij impuberis; aut maritus votum vxoris, non peccat; quia vtitur iure suo concesso sibi à Deo, & à canone: nec filius, nec filia, nec vxor peccant; non adimplendo post huiusmodi reuocatio-

Item si aliquis impubes, doli tñ capax, spõte intrauit, cõsulerem ei ad cautelam, quod non exiret; vel si exiuit, quod rediret; nisi duxisset vxorem: non tamen dico ipsum teneri, nisi secundum distinctionem supradictam. Sed quid si non metu, sed dolo inductꝰ intrauit aliquis religionem, numquid poterit allegare deceptionẽ, & exire? dicas quod non: non enim poterit se dicere deceptum, cuius conditio melior facta est: nec alterius dolo; sed suæ potius fatuitati ascribat. ext. quod met. causa. cum dilectus. & de cõuers. coniug. ex parte tua: alias obtinet contrarium regulariter; [u] quod dolo dante causam contractui, non tenet contractus. 15. q. 6. c. 1.

§. 8. Item vxor si emisit votũ abstinentiæ, vel peregrinationis, vel continentiæ, vel aliquod aliud, non debet auctoritate sua contrauenire; sed viri earum [x] possunt irritare, etiam si ante matrimonium contractũ emiserant votum, qđ contracto matrimonio nondum compleuerant: verum est etiã hoc, si vxor de consensu viri emiserat tale votum, & postea phi-

nem. 33. q. 5. noluit. & manifestum.

[u] *Quod dolo dante.*] ibi dicitur dolus dare causam contractui, quando aliquis per dolũ inducit aliquem ad ineundum contractum cum aliquo, siue venditionis, siue emptionis, aut aliud, qui alias nõ esset cõtracturus, nisi induceretur per dolum; & tunc non tenet contractus ipso iure: quandocumque autem dolus incideret in contractum, scilicet quando cõtracturus aliquis erat emendo, vel vendendo, vel alio modo, sed dolo inducitur ad maius pretium dãdum, tunc tenet ipso iure contractus; sed rescinditur, vel datur doli exceptio, si agatur ex illo contractu: sed in monachatione, vel in cõtractu matrimoniali, etsi dolus det causam contractui, nihilominus tenet matrimonium sic cõtractum, & monachatio similiter.

[x] *Possunt contrauenire, vel irritare.*] possunt supple. Numquid possunt irritare similiter iuramenta earum facta ante matrimonium cõtractum, vel post? Respondeo: credo quod non; nisi sint talia, quæ præstita sunt super abstinentia, secundum quod innuit glo. Augustini supra posita. Notauit etiam H. 33. q. 5. noluit. quod si ante matrimonium contractum obligauit se mulier alicui homini, non posset post contractum matrimonium vir eius liberare eam ab illa obligatione. Similiter credo, quod si post contractum matrimonium iuraret aliquid alicui, quod ipsa posset facere cõtradicente marito, nec posset ille iuramentũ irritare; alias credo, quod posset. Quid si voueat mulier, vel iuret quod non ibit ad conuiuium, vel ad aliquid aliud extra domum propriam cum viro suo? Respondeo: credo quod

quod huiusmodi iuramentum, vel votum, si tamen votum est, potest vir reuocare. H. tamen notauit 33. q. 5. manifestum: quod maritus illa sola vota abstinentię vxoris reuocare potest, quæ ipsa implere non potest sine scandalo viri; vt de ieiuniis, de surgendo ad matutinas; de iacendo de nocte cũ camisia: alia autem, quæ potest implere sine scãdalo viri, reuocare nõ pōt, nec vxor tenetur ei obedire in reuocatione, vt si vouerit q̃ daret aliquid de ꝓprio, vbi consuetudo est, q̃ mulieres habent bona parafrenalia separata à rebus dotalibus; vel si vouerit q̃ cantaret vnũ psalmum, & diceret pater noster singulis diebus, vel noctib⁹; vel q̃d de cætero non exigeret debitum; vel quod non consentiret adulterio.

1 *Quod autem dixi.*] scilicet, q̃ viri pnt irritare vota vxorum.

2 *Potest.*] ita quod vir licentiet eam.

Et promittat.] propter æternã continentiã, vt supra dictũ est de vxore.

a *In manu, vel præsentia.*] talia enim maiora negotia non debent expediri ꝑ minorem, quam per Epm, vel per aliquem de mandato eius: si tñ per aliam personam inferiorem fieret, si alias rite factum esset, non deberet propter hoc Eps factum reuocare, & peccaret, si de facto reuocaret; maxime si cõsuetudo esset loci, quod talia per minorem, quam per Episcopum expedirentur.

beat; quia debet ei obedire vxor, & nullo modo peccat vxor obediendo; licet peccet vir, id, quod consenserat, prohibendo. 33. q. 5. noluit, & manifestum. Quod autem dixi de voto continentiæ, intelligas cum distinctione, quia aut inter virum, & mulierem est secuta carnalis copula, aut non. In primo casu, si vult vxor religionem intrare, [1] potest; si maritus similiter intret, & e conuerso; vel si est vetula vxor, & non est suspecta de incontinentia, licentiet virum, & promittat [a] in manu, vel præsentia Episcopi [b] continentiam: & sic poterit vir intrare; alias non. ext. de conuers. coniuga. cum sis præditus, & vxoratus. Idem videtur dicendum de casu conuerso, videlicet quod vxor possit intrare religionem viro sene, & non suspecto de incontinentia; q̃a in huiusmodi non ad imparia iudicantur. ext. de cõuers. coniug. ad apostolicã. & infra eo. §. vers. & nota. si vero vxor non vult ingredi religionem, sed in seculo [c] promittit continentiam, obligatur quantum in ea est; marito tamen petenti debitum reddet; nisi ambo emiserint pari cõsensu tale votum: tũc enim, etiam si marit⁹ prohiberet, ac votum frangeret, ipsa tamen debet instantissime ꝑseuerare in voto; q̃d fecit. 33. q. 5. quod Deo & vna sola. Non obstat ext. de iureiur. tua nos. 2. quia ibi nõ fuit factũ votum continentiæ; si autem nõ interuenit carnalis copula, potest [d] ingredi religionem inuito vi-

Continentiam.] perpetuam supple: nõ enim sufficit q̃ promittat continentiã ad tẽpus vitæ mariti tantum: si aũt, post huiusmodi votũ factũ ad tempus, maritus acceptus fuerit de facto, quia de iure hõ debet, mortuo marito poterit matrimoniũ contrahere: & sic remãsit vsque ad mortem viri: q̃d ideo dico, q̃a, sicut notauit H. 33. q. 5. manifestũ: vxor viuente marito debet compelli intrare monasteriũ; vel saltẽ vouere perpetuam continentiã: q̃d satis credo, si ipsa ignara fuit viri: alias nõ credo, q̃ cõpellenda sit; sed potiꝰ reuocare maritũ debebit, si induci non possit illa ad intrandũ monasteriũ, q̃n est suspecta; vel ad vouendum perpetuam continentiã, q̃n non est suspecta.

c *Promittit.*] sine cõsensu mariti, secundũ H. si enim de cõsensu mariti eã ꝓmitteret, siue in ꝑpetuum, siue ad tempus, eo ipso ꝑsumeretur maritus similẽ vouisse cõtinentiã: & sic notauit H. 33. q. 5. qui vxorem. hoc tamen non credo versi esse, quod talis consensus mariti obliget eum ad huiusmodi continentiam; nisi voueat expresse.

d *Ingredi religionem.*] Numquid similiter poterit transire ad eremum, vel ad reclusorium? R. H. hoc notauit 27. q. 2. desponsatam. quod potest marito inuito; dum tamen emit-

emittat. votum continentiæ; quia in eremo, vel in recluſorio, vt dicit, eſt acrior religio, quam in Eccleſia regulari: ſed non credo quod poſsit; niſi obliget ſe ad obſeruantiam regularem, & ſolenniter renunciet ſeculo, & omni proprietati, ita quod teneatur ad illa tria vſitata, quæ ſunt in qualibet religione, ſcilicet ad continentiam, ad abrenunciationē priorum, & ad obedientiam.

c *Ipſa ingrediatur.*] religionē, non tantum ad probandum, ſed ad faciendum profeſsionē; ita quod infra duos menſes, vel infra minus ſpatium faciat profeſsionem, habita conſideratione circumſtantiarum tam relinquentis, quā relicti. Quid ſi datum eſt ei tēpus ab Epiſcopo ad intrandū, & maritus interim per violentiam cognoſcit eam, numquid, eo non obſtante, poterit illa ingredi religionē intra tempus ſibi aſsignatum; aut impedietur intrare propter matrimonium iam per carnalē copulam conſummatum? Reſpōdeo: hæc eſt q̄ſtio Dominicalis, & diuerſi diuerſa ſuper hoc ſenſerunt.

f *Poterit aliam ducere.*] ſiue de cōſenſu eius intrauit vxor relicti ro; & contradicente. ext. de cōuerſ. coniug. verum. & ex publico. Sed quid ſi ſe dicat velle intrare religionē, cum vir exigit ab ea debitum, & tñ procraſtinando differat? diço quod Epiſcopus debet arbitrari tēpus, infra quod c ipſa ingrediatur, quo elapſo, ſi non fuerit ingreſſa, cogatur per excommunicationem ſatisfacere viro, qui etiam ex tunc poterit efficaciter petere: tñ ſi illo termino elapſo illa ingrederet, nihilominus tenet ingreſſus; dummodo ante carnalem copulā arg. ext. de cōuerſ. coniug. ex publico: poſtquam autem ipſa fuerit ingreſſa, & fecerit profeſsionem, tacitā, vel expreſſam, ſolutum erit matrimonium; & vir, qui remanſit in ſeculo, etiā illa viuente f poterit aliam ducere. vt præalleg. decr. verum. & ex publico. Item quid ſi ipſa non vult ingredi religionem; ſed, quaſi ſeruatura propoſitū caſtitatis in ſeculo, velit in propria domo remanere, ſuſcepto aliquo religionis velo? Ad hoc dicas quod non ſufficit, & nihilominus conſummandum eſt g matrimonium iam contractum; niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſeruātiā regularem: in quo caſu h cōpelli poteſt, vt relicto ſeculo religionis propoſitū exequatur. ext. de cōuerſ. cōiug. ex parte tua. in fi. Et nota, quod quicquid dictū eſt de vxore quātum ad votum cōtinentiæ, intelligendum eſt & de viro; quia in talibus, ſecundū oēs, nō ad imparia iudicātur vir, & vxor. 32. q. 1. ſi q̄s vxorem. 1. & q. 5. præcepit. & Chriſtiana. In voto aūt abſtinentiæ, dicūt quidam indiſtincte, quod vir ſit maior, qui poſſit talia vota facere, & inuita vxore. 33. q. 5. manifeſtum, & noluit. & hæc imago. H. vero intelligit idem, vbi per tale votum non fieret vxori gionē, ſiue eo cōtradicente: H. cñ contra notanit ſuper illud c. deſponſatā, ſcilicet, q̄ eo ipſo vī maritus voniſſe cōtinentiā, q̄ cōſenſit vxorē intrare monaſterium, quod ego non credo.

g *Matrimonium iam contractū.*] ante huiuſmodi ꝓpoſitū, vel votū caſtitatis, & ſuſceptionē habitus regularis: mrimoniū enim ante carnalē copulā etiō rumpit, niſi p ingreſſum religionis. h *Compelli poteſt.*] & debet. Quid ſi antequā cōpellatur, vel exequatur hmōi ꝓpoſitū, vel votū, voluntaria cognoſcit a marito, nūquid cōſummatū eſt mrimoniū? R. credo q̄ ſic, niſi ita aſtrinxerit ſe ad obſeruātiā regularē, q̄ fecerit ꝓfeſſionē tacitā, vel expreſſam ſecūdum formā alicui' religionis: nec enim votū caſtitatis quorumq; modo ſolennizatū dirimit matrimonium ante contractum, niſi ſit ſolennizatū per ſacri ordinis ſuſceptionem, vel ꝓfeſsionē regularē, tacitā, vel expſſam. Sed nūquid pōt aliqs, vel aliqua fieri monachus, vel monacha in domo ꝓpria? R. ꝓt q̄dē, ſicut notauit H. 29. q. 1. de viduis; ita dū tñ faciat votum de nō habendo ꝓprio, & de ſeruāda cōtinentia, & ſupponat ſe regulæ monachali, &

ligè viuat secundũ eam: nec exigitur quod se supponat alicui Abbati, vel Priori; q a primus monachus, sine omni Abbate, & Priore monachus fuit, licet non fuerit monachus secundũ regulã, & formã B. Benedicti, qui voluit, & instituit, quod fratres obedirent suo Abbati. Sed cuius sunt res, quas habet huiusmodi monachus, qui est sine Abbate, & Priore in domo propria, vel in reclusorio, vel in eremo; cum habere propria nõ debeant? Respondeo dicit H. sua sunt, quoad vsũ; quoad autem proprietatẽ, eorũ sunt, qui debent ei succedere ab intestato: si tamen transferat se ad aliquam ecclesiã, fingetur nũquã fuisse illorum, & erũt ecclesiæ illius, ad quam se transtulit: si autem se non transferat, nec habeat tales successores, succederet in illis rebus Ecclesia; cum huiusmodi monachus persona sit ecclesiastica. Cum autem aliquis, vel aliqua emittit votũ cõtinẽtiæ in manu publicæ personæ, credo, sine præiudicio melioris sententiæ, quod tale votũ impedit, & dirimit matrimonium postmodũ contrahendum; licet sic vouens non recipiat habitũ religionis, nec renũciet p-

votum

præiudicium in debito sibi reddendo: q̃ satis videtur mihi probabile per iura prædicta. si quis vxorẽ, &c. In voto peregrinationis dic, quod neuter coniugum potest altero inuito facere. 27. q. 2. si tu. 33. q. 5. quod Deo. [k] Fallit in voto Hierosolymitano, q̃ in maximũ fauorem terræ sanctæ, ac fidei Christianæ potest uir sine uxoris licentia ire, hc libere adimplere: uxor tamen, vt cõsentiat, est arctius cõmonenda. ex. eod. ex multa. §. in tanta. uel si nõ vult remanere, [l] sequatur uirum suũ. ext. eod. quod super. in fi. 13. p. 5. 6. 7. q.

§. 9. Sequitur videre, an in uotis ualeat dispensari: circa quod tres inueniuntur opiniones. Quidã dicunt simpliciter, q̃ nec etiam Papa potest in uotis dispensare: quia redditio uoti est de iure naturali, siue diuino, circa quod nõ dispensatur. ext. de rest. spol. litteras. 25. q. 1. sunt quidam. hoc

votum

prijs, vel promittat obedientiã alicui Abbati, vel Priori: quidam tamen dicũt contrarium, dicentes quod votum continentiæ non dirimit matrimonium contrahendum, nisi sit solemnizatum per sacri ordinis susceptionem, aut professionẽ regularem, vel tacitam, vel expressam.

tenet. H. & eius sequaces: Et si opponatur eis de redemptione, vel commutatione votorum, vt dictum est sup. eo. §. circa redemptionem. Respõdent quod non est ibi dispensatio, sed iuris declaratio: cum enim quis vouet peregrinari, vel abstinere, sub intelligitur, si cõmode fieri potest. ext. de iureiur. quintauallis. Alij dicunt, quod potest dispensare in votis peregrinationis, sed non in voto continentiæ. Tertij dicunt, sine exceptione, quod in omni voto voluntatis potest dispensare, siue sit de cõtinentia, siue de alio mã in oĩb votis, & iuramẽtis intelligitur excepta eius auctoritas. ext. de rescript. cõstitutus. & de iureiur veniẽtes. Cõtra istos est aperte ext. de statu mon. cũ ad monasteriũ. in fin. vbi dr, non æstimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cũ aliquo monacho dispẽsare, q a [m] abdicatio

votum

[i] *Præiudicium.*] vt si velit ex voto vxori subtrahere necessaria, & dare pauperibus; vel se ita affligere, ieiunio, quod non posset reddere debitum.

[k] *In voto Hierosolymitano.*] huic voto annexa est continentia secũdum H. quod ego non credo.

[l] *Sequatur virum.*] nec poterit vir hoc ei prohibere.

[m] *Abdicatio proprietatis.*] R. ita habes hic, quod Papa in multis præter articulos fidei dispensare non potest; scilicet vt monachus proprium habeat, & in voto continentiæ; item in primo gradu consanguinitatis. ext. de rest. spol. litteras. Item nec contra Apostolum. 26. q. 1. sunt quidam. Item nec contra quatuor cõcilia. 15. dist. sicut. quod vsquequaque vẽrũ non est; quoniam Papa dispensat contra multa statuta quatuor Conciliorum; quamuis Concilia nõ audeat reprobare: &

votum

Digitized by Google

bare: & tamen quod dicit hic, verum est, quod Papa non potest dispensare, quod monachus habeat proprium; quoniam abdicatio monachatus, & custodia castitatis sunt de substantia monachatus. Sed de monacho potest facere nõ monachum, secundum Vinc. & Io. & ita forte potest habere proprium. Alij dicunt quod Papa potest dispensare propter plenitudinem potestatis, quod monachus habeat proprium; quoniam potest auferre substantiam rei. C. de rei vxor. act. l. 1. in prin. & de nihilo potest aliqd facere. 3. q. 6. hæc qppe. Expone qd hic dicit; non potest indulgere licentiam, id est, non congruit potestati illius. 32. q. 5. si Paulus. Puto tamen verũ quod Papa in his duobus, non potest dispensare, vt litera ista dicit, etiamsi vellet: nam contra votũ castitatis non potest dispensare, eo quod nullum inuenitur æque bonum, in quo possit commutatio fieri; qa nihil est melius continẽtia: nam virginitas replet Paradisum. 32. q. 1. nuptiæ, & castitas sola est, quæ cum fiducia potest animas præsentare. In auth. de lenon. §. sancimus. & nullam commutationem potest homo dare pro anima sua; cum sit pretiosior cunctis rebus. 34. q. 3. si habes. Hucusque sunt verba Bernardi.

ꝓprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eã nec summus Pontifex possit [p] licentiam indulgere. Sed ipsi exponũt, cum monacho manente monacho; potest enim [o] facere de monacho non monachum. Ita dixit Alan. Ego quantum ad votum continentię sentio cum prima, & [p] secunda opinione: quantum ad alia distinguo, vtrũ vouens, vel iurans simpliciter & indeterminate vouebat; nec excludendo, nec includendo auctoritatem Papæ, nec forte de ipso cogitando, aut determinate. In primo casu potest venire contra [q] auctoritate Papæ, quia talia vota vaga, & indeterminata recipiũt interpretationem a iure ext. de iureiur. venientes, & quintauallis. In secundo casu, si intendebat expresse se obligare, in omnem euentum indiscrete vouit: consulo tamen quod obseruet; nisi ex obseruantia imminerет periculum mortis suæ, vel alterius: tunc nullo modo tenetur, quia quantum ad illã partem esset illicitum. exemplum Iud. 11. de voto Iephte, qui occasione voti occidit filiam, & reprehenditur. Item exemplũ de Herode, qui occasione generalis promissionis & iuramenti, quod fecerat filiæ saltatrici, occidit Io. Baptistam. 22. q. 4. c. 2. & vnusquisque, & breuiter, quoties peccatum deprehenditur

iusmodi obediẽtia non est de essentia monachatus. Vnde & monachus factus Episcopus monachus est, nec tenetur ad huiusmodi obedientiam: & sic notauit H. vt dictum est supra.

[p] *Licentiam indulgere.*] Non negat quin possit dispensare in voto obedientiæ facto a monacho Abbati suo; vnde est arg. quod huiusmodi obediẽtia non est de essentia monachatus. Vnde & monachus factus Episcopus monachus est, nec tenetur ad huiusmodi obedientiam: & sic notauit H. vt dictum est supra.

[o] *Facere.*] Dicitur quod de quodam monacho fecit regem Castellæ.

[p] *Secunda opinione.*] scilicet q Papa dispensare non possit. Ego autem credo potius adhærendũ esse opinioni tertiæ. Magister huiusmodi apparatus in hoc loco multos habet contrarios, secundum Io. Vinc. & Ber. qui notarũt contrarium ex de stat. monach. cũ ad monasterium circa fin. vt dictum est supra. & ei magis est standum.

[q] *Auctoritate Papæ.*] & etiam auctoritate Episcopi, si sit probabile quod illicitum fuerit votũ, vel iuramentum: sed vbi ꝓbabiliter dubitatur, vtrum fuerit licitum, vel illicitum, dispẽsabile, vel indispẽsabile, recurrendum est ad Papam.

[r] *Periculũ mortis.*] Vnde notauit H. 32. q. vlt. non solum quod si aliquis votum fecit de carnibus non edendis, & infirmatur, ita quod dicitur a medicis quod est in periculo; nisi vescatur carnibus, & quod alias euadere non potest, de præcepto maioris, & etiam sine præcepto comedere potest; quia casus est necessitatis: & in huiusmodi voto tacita videtur conditio, nisi necessitas cogeret, vel præceptum maioris adesset.

t *Adimplendum.*] & auctoritate propria potest quilibet venire contra, quando certum est iuramentum esse illicitum.

u *Auctoritate superioris.*] & credo quod sufficit auctoritas Episcopi in commutatione, sed non in pura absolutione ab huiusmodi iuramẽto, vel interpretatione iuramenti, de quo probabiliter dubitatur, vtrum licitum sit, vel illicitum. Num quid votum mulieris de ieiunãdo, aut feriando in sabbatho sẽper mutandum est? Respondeo: secundum veterem Canonem de cõsec. dist. 3. sabbatho ieiunãdum esse die sabbathi, q tamen Canon vel loquitur de consilio, vel abrogatus est per contrariam consuetudinem, non oportet votũ huiusmodi mutari, vel reuocari; potest tñ mutari in melius: votum autem de feriãdo in sabbatho nõ est semper irritandum, aut de necessitate mutãdum, nisi persona, quæ vouit, suspecta sit quod iudaizare velit.

u *Alias non est.*] vel aliter, id est, si non subest causa.

x *Dispensationem.*] etiam Papæ.

y *Redire.*] vt posit matrimonium contrahere, si erat laicus, aut habere ecclesiasticum beneficium, si erat clericus.

z *Distinxit.*] id est, huiusmodi distinctionem instituit, et verbis decret. ext. de regular. consulti fumus.

a *Assumens habitum.*] Contra istum videtur dicere illa noua Decretalis Alex. PIII. in Concilio Lugdunensi ext. de regul. & transeũt. ad relig. nõ solũ. in 8. in fine rẽ conuersi. vbi dicitur, q nouitij infra annum redire possunt ad statum pristinum; ibi etiam statutum est qđ habitus nouitiorum distinguatur ab habitu professorum, & quod nemo infra probationis spatium aliquẽ inducat facto, vel verbo ad profitendum. Tempus autem probationis secundum sanctos patres est annus integer, infra quem, vt dictũ est, nouitij possunt redire ad primum statũ, statuto contrario, si quod est edictum, non obstante, &c. Vnde littera ab illo loco. §. quæritur circa votum religionis, vsque ad sequentem §. Item non est vsque quaque tenenda.

Finito tempore, aut etiam ante, si voluerit, nisi promiserit quod totũ tẽpus probationis expectaret.

b *Habitum.*] scilicet professorum.

c *Portant.*] scilicet faciendo omnia quæ consueuerunt facere professi.

d *Ad priorem statum,*] quem habebant in seculo.

in executione voti, nõ est adimplendum. 22. q. 4. In malis, sed vbicunq; intendebat directe se obligare, & ad licitum, si subest causa, redimat, vel cõmutet, vt supra dictum est, auctoritate superioris, alias non est votum. Quod si excusset per aliam dispensationẽ, nisi quod eõpleat, vt promisit.

§. 10. Quæritur circa votum religionis sic? Aliquis adultus ingreditur religionẽ, nodum facit professionis, quæritur, vtrum in aliquo casu liceat ei redire ad seculum? Ad hoc distinxit Innocent. III. Assumẽs habitum in monasterio, aut facit protestationem, aut non. Si facit protestationem quod vult esse in probatione, & si displicuerit sibi religio, liceat ei redire ad seculum, poterit redire finito tempore probationis. Si vero facit protestationem quod vult esse in probatione, non tamen protestatur quod velit redire ad seculum, si displicuerit ei religio, nõ poterit redire ad seculum, sed transire poterit ad regulam laxiorem: quia præsumptio est quod p posuit mutare vitam. Si autem nullam fecit protestationẽ, sed simpliciter accepit habitum, & portauit inter fratres, de cætero nec poterit redire ad seculum, nec ad laxiorem religionem transire, sed debet in ipso monasterio remanere, quia iste intelligitur fecisse tacitam professionem, & sic solchizasse votum. ext. de regul. & transl. ad relig. consulti, & vidua. & super eo. & postulasti. 27. dist. quod interrogasti. Sed Dominus Gregorius IX. constituit, quod nouitij in probatione positi possunt ad priorẽ statum redire libere

Digitized by Google

infra annum, nisi in tribus casibus. Primus, si acceperunt habitū, qui dari profitentibus consueuit. Secundus, si fecerunt professionem. Tertius, si [e] euidenter apparet quod tales absolute [f] voluerunt vitam mutare, & in religione [g] perpetuo deseruire: ext. de regul. & transeunt. ad relig. statuimus. Sed qualiter scietur quod fuerint in probatione? Respondeo, quod quia potestati sunt se velle esse in probatione; vel quia acceperunt habitum nouitiorum, quod habet locum in illis religionibus, in quibus habitus nouitiorum est [h] distinctus ab habitu professorum; vel quia talis est ordo, qui non cōsueuit aliquem recipere ad professionem, nisi probatione præmissa. Quod autem sequitur, infra annum, intellige vbi annus statutus est ad probationem: idem enim crederem de alio tempore, si esset ad hoc statutum. Quid si non apparet euidenter quod voluit vitam mutare, & in religione perpetuo deseruire; in iudicio tamen pænitentiæ cōfitetur, quod tali voluntate, compos sui, & præmissa deliberatione intrauit, & proposuit in animo seculum mutare? dico quod [i] non licet ei redire ad seculum; & si dubitaret, idem consulerem ei; quia in dubijs via [k] tutior est eligenda. ext. de sepult. sacris.

e *Euidenter apparet.*] Quia forte hoc in ipso ingressu dicit; vel quia renunciauit simpliciter seculo, promittens quod de cætero in religione viuet, & inde facit scripturam, vel factæ subscribit.

f *Voluerunt vitam mutare.*] Ex hoc verbo, & ex illo, quod positum est supra, scilicet, quod proposuit vitam mutare, & ex illo cap. 17. q. 1. qui bona. est argumentum, qđ propositum solū obligat, adeo quod peccatum mortale est venire contra; ꝙ concedit H. de proposito firmato post deliberationem. Sed est contra ext. de voto. litteraturam. Ibi dicitur de quodā, qui cum esset in mortis periculo ex quadam minatione dixit; nō ero diu hic, proponens quod aliā intraret religionem: quod si non amplius in voto processum est, non transgreditur, si non impleat quod dixit. Ego sine præiudicio credo quod solum propositum non obligat, nec est mortale venire contra, nisi addatur promissio, vel votū expressum, vel tacitum, seu præsumptum: vt cū quis recipit habitum professorum, licet nihil dicatur verbo; vel cum recipit habitum nouitij, exprimendo propositum suum de perpetua obseruantia religionis: receptio enim habitus nouitij, cum euidenti expressione huius propositi, promissionem, non præsumptionē inducit; ad quod neutrum per se sufficit. Sic credo quod propositum eundi vltra mare, vel ad sanctum Iacobum sine voto non obligat, nisi crucem accipiat, quoad primum casum: aut a sacerdote suo peram, & baculum benedictum, sicut fieri consueuit, quo ad secundū.

g *Perpetuo deseruire.*] Quid si in aliquo istorum trium casuum reuertatur ad seculum de facto, & contrahat matrimonium, numquid valebit? Respōdeo: Planum est quod duo primi casus impediūt, & dirimunt matrimonium cōtrahendum: Idē credo de tertio, tunc demum, si simpliciter renunciauit seculo, promittens se de cætero in religione victurum, approbāte hmōi votum, vel promissionem Abbate, vel Priore, vel aliquo de mandato eorum generali, vel speciali: quia in tali casu credo votum esse solennizatum: alias propter solam huius nouitij susceptionem, & propositi manifestationem non est solennizatū votum, sed solū simplex iudicandum est, quod tantū impedit, & non dirimit matrimoniū postea contrahendum.

h *Distinctus.*] Vbi autem non est distinctus, ad habendum distinctionem huius, benedicendæ sunt vestes tempore professionis, sicut dicitur in illa constitutione. Statuimus.

i *Non licet ei*] videtur hic magister tenere sententiam H. quod propositū obligat, quod non credo, nisi secundum quod dictum est.

k *Tutior.*] Quid de illo qui vouerit quod intrabit ordinem Cisterciensem, numquid potest intrare laxiorem ordinem? Respondeo: tenetur intrare ordinem cisterciensem, ad probandam religionem; quia poterit ei placere, & ibi remanere: licet postquam intrauit, &

uit, & habitum nouitij ſuſcepit, poterit recedere, niſi vouerit, non ſolum quod intraret, ſed quod ibi monachus fieret, aut vſque ad mortem ibi perſeueraret. in quo caſu quãuis non arctetur per regulam ad remanendũ, tamen eſt tranſgreſſor voti, ſi ad religionem tranſierit laxiorem.

matrimonium

§. 11. Item alter coniugum intrauit religionem [l] ſine licentia alterius; alius repetit eum: quæritur, vtrum teneatur redire ad coniugem indiſtincte; & vtrum in aliquo ſit obligatus ratione illius voti. Ad primum dico, quod tenetur redire ad coniugem, niſi in duobus caſibus. Vnus eſt, ſi illa fuit [m] publice fornicata, & ipſe ingrediens [n] vixit caſte. Alius eſt, ſi fuerit lata inter eos [o] ſententia diuortij ad ſeparationem thori. 27. q. 2. Agathoſa. ext. de diuort. ſignificaſti. 7. q. 1. quam periculoſum. [p] Ad aliud dico, quod eſt obligatus quo ad ſe tantum: & ideo non poterit exigere debitum, quia hoc potuit vouere, quia neuter poteſt dicere ſe ab alio ſpoliatũ; & vterque intrando renunciauit quod habebat: vnde votum vtriuſque tenuit, & quo ad exigendum, & quo ad reddendum debitum. Quid ſi vterque credens alterum eſſe mortuũ

matrimonium

quia erat in ſua poteſtate: ſed alienum, id eſt non reddere debitum coniugi petenti, non potuit vouere; & ideo tenebitur reddere. 33. q. 5. vna ſola. ext. de conuerſ. coniugat. quidam intrauit. & placet. & Apoſtolus: Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.

§. 12. Pone quod moritur vxor, quæ extraxerat eum de monaſterio, numquid poterit ducere aliã vxorem, vel numquid ſaltem tenebit matrimonium ſi duxerit? Item numquid ab illa ſecunda poterit exigere debitum? Ad primum dico, quod ceſſante impedimento monendus eſt diligenter redire ad monaſterium; [q] & peccat ſi non facit. arg. 17. q. 2. nos intrauit monaſterium, numquid comperta veritate, poteſt exire, & alterũ repetere? Reſpondeo: notauit H. ſuper dicto c. quod ſic; quia neuter intrãdo voluit eſſe monachus, niſi alter mortu' eſſet; vnde neuter fuit monachus, cum vterque vi ueret: ſicut illa, quæ nupſit alij, cum virum ſuũ mortuum eſſe crederet, comperta veritate licite recedit a ſecundo, & redit ad primum. 34. q. 1. c. 1. 1. ad Cor. 7.

[l] *Sine licentia.*] quod fieri non debet: quia tria ſunt neceſſaria ad hoc, auctoritas Epiſcopi, expreſſa licentia compatris ſui, & votũm perpetuæ continentiæ cum tranſitũ ad religionem, ſi ſit ſuſpecta perſona: alias poterit manere in ſeculo. extr. de conuerſ. coniug. cum ſis prædictus.

[m] *Publice fornicata.*] Quia propter exceptionem occultæ fornicationis nõ impediretur reſtitutio, niſi ſponte illa confiteretur in iudicio ſe fornicatã fuiſſe, ſiue ante ingreſſum viri, ſiue poſt.

[n] *Vixit caſte.*] Aliter non poſſet eam repellere, ſi ipſe fornicatus fuiſſet ante ingreſſũ religionis, vel poſt. Quid ſi vterque fornicatus eſt, numquid poteſt alter altero inuito intrare monaſterium? Reſpondeo, non poteſt, ſicut notauit H. 27. q. 2. Agathoſa. & poteſt reuocari, qui ſic intrauit. quod credo verum eſſe; ſiue occulta, ſiue publica fuerit vtriuſque fornicatio; vel ſi etiam ingrediens occulte fornicatus fuerit, & alius publice. Quid ſi vterque non petita licentia ab altero intrat monaſterium, numquid poterunt ſe mutuo repetere? Reſpondeo, non poterunt:

[o] *Sententia diuortij.*] In hoc caſu poteſt ille, qui relictus eſt, intrare monaſterium inuito relinquente, ſicut notauit H. ſuper prædicto c. quia per ſententiam Eccleſiæ amiſit poteſtatẽ vterque in corpore alteri', & vterq; ex toto renunciauit iuri ſuo; quod credo verum eſſe, ſi relinquens nõ vult reliquum ſibi reconciliare: de hoc tamen dic vt notatum eſt in ſumma de matrimonio. tit. de diuor.

[p] *Ad aliud*] ſcilicet vtrum ſit obligatus ratione voti.

[q] *Et peccat.*] Quare ergo non compellitur redire, cum quilibet poſsit compelli ad pœnitentiam, & deſiſtere a peccato? R. ſecundum H. compelli poteſt, & peccat mortaliter, ſi non redit, quod ego ſequor.

[r] Non

nouimus. Inuitus tamen [r] non est cogendus ab Ecclesia. ext. de conuers. coniugat. placet. & hoc ideo, quia professio, quam fecit, non solennizauit votum; cum non obligaret simpliciter ad continentiam, propter impedimentum vxoris. ext. de conuer. coniug. [f] quidam intrauit. Ad secundum dico quod non potest contrahere impediente voto, saltem simplici. ext. de conuers. coniug. ex parte Abbatis. Si tamen contraxerit per verba de præsenti, peccat, & debet agere pœnitentiam de simplicis voti fractione, & tenebit matrimoniũ. ext. qui cler. vel vou. rursus. & ita responsum est ad tertium. Ad quartum, & ad vlt. dixit H. quod sicut non poterat exigere debitum a prima, ita nec a secunda. Io. vero, & plures alij Doctores dixerunt quod licite poterit exigere; quia licet peccauerit contrahendo, tamen tantum est bonũ matrimonij, quod tollit totaliter obligationem illam. ar. ext. qui cler. vel vou. rursus. 27. q. 1. nuptiarum bonum. Opinio tamẽ H. videtur tutior, & congruentior ad salutem. Item circa idem. Quid si vxor, sine cuius licentia vir intrauerat religionẽ, vult intrare religionẽ, & maritus contradicit? Ad hoc distinguo cum Vinc. Quia aut est iam eiectus de monasterio, & reconciliatus vxori, aut nõ; in primo casu non potest intrare religionẽ vxor. 33. q. 5. quod Deo. In secundo potest illo inuito intrare. 27. q. 2. Agathosa. 33. q. 5. [t] qui vxorem suã. tamen ab vxore debitum exigere non debet, quamuis reddere debeat exactus. arg. ext. de restit. spoliat. litteras, & de sent. excom. inquisitioni. Item quæritur vtrum mulier in isto casu possit intrare monasterium inuito viro. Hic potest distingui, an sit recõciliatus ei, & educt⁹ de monasterio, & tunc nõ põt eo inuito intrare. ar. 33. q. 5. q⁹ Deo pari. si vero reconciliatus nõ est, potest eo inuito. 27. q. 2. Agathosa. & 33. q. 5. qui vxorem. Sed videtur quod possit intrare eo inuito, non obstãte quod sit recõciliatus eidem, qa ipse iã ab ea non põt exigere debitum, & sicut ipse ei in vita renũciauit exactionem debiti coniugalis, ita & ipsa seruituti, quam habet in ipsum. Hoc verum est quantũ ad ipsam seruitutem; quo ad alia tamen, quæ vir tenetur vxori, & e cõtrario, videtur quod eo inuito nõ possit transire, ex quo eduxit eum ex monasterio: qa non solum tenẽtur cõiugati ad debitum carnale reddendum, sed ad mutuum auxilium, & obsequium.

r *Non est cogendus.*] Intelligendum est ad petitionem eorum, ad quos intrauit, quibus se subijcere non potuit: Episcopus tamen de suo officio potest eum compellere reuerti ad monasterium. Bern. tamen ext. de conuersione coniugatorũ. quidam intrauit. dicit quod nõ debet ab Ecclesia compelli; peccat tamen si non pficit, quod vouit, ex quo impedimentum cessauit. arg. 17. q. 2. nos nouimus. vel dic q⁹ peccat venialiter, quia recedit a proposito meliori. 17. q. 1. qui bona. Quod tamen non videtur verum, cum quantum in ipso fuerit, obligauerit se ad ꝑpetuo viuẽdum in religione, quando fecit ꝓfessionem. Cum ergo mortua vxore sublatum sit impedimentum, quod impediebat voti executionem, fieri debet quod impediebatur, & huic rationi nititur. H.

f *Quidam intrauit.*] ibi compellitur quidam redire ad vxorẽ suam, qua inuita intrauit religionem, nec ipsa mortua potuit aliam ducere, ꝓpter pronitatẽ exigendi debitum, cuius contrarium vouit. Sed si contrahat quid erit? T. dixit quod tenet matrimonium, quia votum non fuit. Alij dicunt quod non tenet matrimoniũ, sed debet separari. ext. de conuers. coniug. ex parte. & consuluit. & hoc verius videtur. vel si vis dicere quod matrimonium teneat; ipse

t *Qui vxorem suam.*] ibi dr q⁹ qui vxorẽ suam velari ꝓmiserit aliã non accipiat, sed similiter conuertatur. Ex hoc c. & similibus dixit H. qđ si alter coniugum viderit cõiugem suum, vel sciuerit intrare religionẽ, & tacuerit, eo ipso præsumitur vouere continentiam; & huiusmodi taciturnitas reputatur

catur pro consensu: & sic notauit H. 27. dist. seriatim. sicut infra dicetur de vxore promoti ad sacros ordines. sed magister videtur innuere supra in illo §. item alter coniugum. in princ. in illo verbo sine licētia alterius. quod necessaria est licentia expressa, & non sufficit taciturnitas: quod credo verum esse. Sed & si interuenerit consensus, vel licentia extorta per violentiam, vel per dolum, non præiudicat. vt ext. de conuers. coniug. c. 1. si autē nō sit ibi dolus, vel violētia, tūc præiudicat, nisi consentiens, vel licētiās ius ignorauerit, scilicet quod tenetur ad perpetuam continentiam. Si autē sciuit ius, & non erat pars suspecta de incontinentia, non poterit reuocare licentiatum, sed tenebitur cōtinere: quia præsumitur continentiam vouisse. Si autē erat pars suspecta de incontinentia, & hoc sciebat, non poterit simiter reuocare, sed tenebitur intrare religionē, si eam cōmode poterit inuenire. Si autem non poterit, aut non credebat se esse suspectam de incontinētia, cum tamen esset, poterit reuocare licentiatum; quia non recipitur apud Dominum illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. Quid si licentians emiserit votum continentiæ remanens in sæculo, cum non esset suspectus, & mortuo coniuge suo de facto contrahat matrimonium, numquid tenebitur? R; tenebitur, nisi emiserit votum continentiæ solenne, q̄ poterit solennizari, quāuis non renunciet ꝓprijs, nec promittat obedientiam alicui Abbati, vel Priori, nec etiam recipiat habitū alicuius religionis, nec sacrum ordinē; dum tn emittat votū illud in manu Episcopi, vel alterius de mādato Epi generali, vel speciali, ipso Episcopo, vel eius mādatario approbante illud votum: tunc enim spirituale cōtrahitur mrimonium inter vouentē, & eum, & perficitur per approbationem ipsius Epi, qui est quoad hoc Vicari[y], vel procurator Dei, immo & cō summatur, quan tū in hac vita pt cōsummari: Vnde post hmōi votum, siue spūale mrimoniū, locū non pōt hre carnale mrimoniū; sicut post matrimoniū carnale consummatum, non pōt transiri ad aliud carnale, alterutro contrahētiū viuēte; nec etiā ad spūale, nisi de consensu vtriusque. Require de hoc supra eod. §. votorum. & §. potest autē. circa fin.

§. 13. Pone quod vxor relicto maritali toro in lapsum carnis decidit, & maritus diligenter ab Episcopo admonitus eam ad frugem melioris vitæ conuersam, id est, ad pœnitentiam, [x] noluerit recipere propter Deum, poterit vtique religionem intrare, vt perpetuam pœnitentiā ibi agat. ext. de cōuers. coniug. [y] gaudemus.

§. 14. Item quid si maritus accepit ordinē sacrū, inuita, vel ne sciente vxore; vel etiā sciente, & non contradicente, nūquid est factū præiudiciū vxori? Ad huiusmodi intelligentiam nota conuenientiam, & diuersitatem inter Ecclesiā orientalem, & occidentalem: in duobus enim conueniunt, & in duobus differunt. Conueniunt primo in hoc; quia tam isti, quam illi possunt licite contrahere in minoribus ordinibus. 32. dist. si quis eorum. & lectores. & placuit. Cō ueniunt in alio; quia nec isti, nec illi possūt contrahere matrimonium, si sunt in sacris ordinibus constituti, nec potuerunt etiam a tempore Apostolorū; & si contrahant, non est matrimonium; vt patet ex sexta synodo, quæ in Oriente fuit celebrata, & regulam statuit eis. 32. dist. si quis eorum. 31. dist. Nicæna. 84. dist.

[x] *Noluerit recipere*] & sibi reconciliare; ad quod ipse compelli non potest, quātumcumque illa pœniteat, vbi & ipse adulteratus fuerit; & est argumētum q̄ pōt eā reconciliare sibi inuitam, si velit; & q̄ antequam recuset eam sibi reconciliare, illa monachari non potest, siue lata sit sīa diuortij, siue non; cū decret. gaudemus indistincte loquatur. H. tamen dixit q̄ lata sententia diuortij, reliquus monachari potest inuito, & contradicente relinquente.

[y] *Gaudemus.*] ibi notauit B. quod si earum adulterium publicum est, sunt condemnandæ per sententiam: si viri eas accipere noluerint, in monasterium intrudantur cum rebus suis, ne sint onerosæ monasterio: possunt autem viri infra biennium tales recipere: si autem ante receptionem taliū viri moriantur, mulieres tondeantur, & habitum monachalem recipiant in monasterio, illic perpetuo moraturæ.

Cum in præterito: Differentia autem ponitur in hoc, quod ipsi, siue sunt coniugati, siue non, promouentur ad sacros ordines non promissa, vel præmissa continentia. 31. dist. quoniam. Sed occidentales numquam promouentur, nisi continentia promissa tacite, vel expresse. dist. 28. nullum. & assumi. & intelligas ordinem sacrum subdiaconatum, & supra. 31. dist. ante triennium: Differunt etiã in alio; quia orientales in sacris ordinibus constituti licite vtuntur matrimonio contracto, dum erant laici, vel in minoribus ordinibus constituti: sed post receptum sacrum ordinem non possunt contrahere. 31. dist. quoniam. & aliter. ext. de cler. coniug. cũ olim: Occidẽtales vero, [z] ex quo sunt in sacro ordine, nec possunt contrahere, nec vti ante contracto. Ad quæstionem ergo propositam dico omissis multis, & varijs opinionibus, quod si vir recipit ordinem sacrum vxore contradicente, vel ignorante, non [a] fit ei præiudicium. Nam vxor poterit exigere debitum, & ille [b] tenebitur reddere, sed ipse nõ poterit exigere. 28. dist. Diaconi. 27. q. 2. multorum. Si autem vxor sciuit, & consensit, vel etiam non contradixit, [c] sed tacuit; cum tamen sciret ius per se, vel per alium, si clericus est occidentalis, fit vxori duplex præiudicium. Vnum quod oportebit eã de cætero continere: aliud, quia, etiam mortuo viro, non poterit cum alio contrahere, & si contraxerit, non tenebit: & hoc, secundum quosdam, propter votum, quod videtur solennizasse ex parte viri. secundum alios, quibus assentio, propter simplex votum expressum, vel tacitum, quod impedit matrimonium contrahendum, & propter expressam constitutionem Ecclesiæ super hoc promulgatam, quæ impedit matrimonium contra eam contractum. 28. dist. quia sunt culpæ. & si se cuiquam. & si qua vidua. 32. dist. seriatim. Et licet aliqui dixerint quod istà vxor promoti ad ordines sacros teneatur intrare religionem; ego tamen credo cum Lau. Io. T. quod non teneatur, sed sufficit quod in seculo caste viuat, quod etiam debet promittere. Fallit hoc in vxore eius, qui promouendus est in Episcopum; quia non debet vir eligi, nisi ipsa intret religionem. ext. de conuers. coniug. sane. Si vero est clericus orientalis, dicit. H. quod non fit vxori præiudicium ex promotione ipsius, & ideo ipsa contradicente potest ordinari. ego credo cum Lau. & Io. quod fit vxori præiudicium; cum post mortem viri non possit contrahere: quia tempore vitæ suæ non debet ei commisceri.

z *Ex quo sunt in sacro*,] id est, postquam receperunt sacrum ordinem.

a *Fit ei*,] id est, vxori.

b *Tenebitur reddere*] etiam si fact° sit Episcop°, vel Papa; sicut notauit H. 27. q. 2. Agathosa. cũ illa non possit induci ad continentiam: & repetet eum vxor coram concilio, & Cardinalibus, vel coram ipso Papa: nam quiuis debet facere de seipso, sicut de alio. sic H. restitutus autẽ vxori non portabit coronam, aut habitũ monachalem cum scãdalo vxoris, si forte fact° fuerit monachus de facto.

c *Sed tacuit*.] In hoc vero casu taciturnitas habetur pro cõsensu, & hoc ꝓpter dignitatem sacri ordinis: in monachatu autem secus, vbi non est tanta dignitas: idem tamen iuris est in vtroque casu secundum H.

d *Po-*

a *Potest orare*] spirituali oratione, & priuata secundum quosdam: vt si tota die, vel nocte, vel magna parte velit in ecclesia esse, vel in oratione: sed, vt dicunt, generali orationi potest interesse inuita vxore; vt in missis, & vesperis fm̃ H. nec, ppter orationem generalẽ, nec spirituale debet quis petenti denegare debitum, etiã in Paschate: sed primo reddat, & postea vadat ad ecclesiã, & exequatur, quæ faciẽda sunt secũdum exigẽtiam diei. Quòd si dicat vxor, nolo vt intres ecclesiã, vel audias diuinum officiũ, non est ei obediendũ, cum Dominus ꝓcipiat contrariũ. 11. q. 3. si Dominus. & qui resistit. Sufficit ergo quod reddat primo; nec peccat reddens, et in ipsa ecclesia, vt dicit, si aliũ locũ habere nõ potest ad reddẽdum, maxime cum immineat periculum fornicationis exigenti. Qui aute tali tẽpore, & loco exigit, siue causa cõmẽtiæ exigat, siue causa lucris, peccat, nõ tñ mortaliter, sed venialiter, nisi petat causa exsaturandæ libidinis; q̃a hoc semper est mortale, omni scilicet tempore, vel omni loco: sic notauit H. 33. q. 4. in princ. & c. Apostolus. Alij tamen dicunt ꝙ

sceri. 31. dist. quoniã. cum tamen alias, sicut ait Apostolus. 1. Corint. nec ad tempus ea inuita b possit orare. 33. q. 4. Apostolus.

§. 15. Circa votum peregrinationis, vel abstinentiæ quæritur, vtrũ Abbas, vel Prior, vel alius prælatus possit absoluere religiosos sibi subditos ab huiusmodi votis, quibus se astrinxerant ante ingressum religionis. Ad hoc dicit. H. quod ipsa religio statim in ipso ingressu soluit huiusmodi vota: quia soluit c vincula iuramenti, & d obedientiæ, vt Alex. III. ext. de regul. & transeun. ad relig. sane. & 19. q. 2. duæ. immo expressa est Decretalis. Quia non frangitur votum, cum in melius commutatur. extra eod. scripturæ. Nec est necessaria certa satisfactio peccati, vbi totum vitæ seruitio impenditur Conditoris. 33. q. 2. e admonere. de pæn. dist. 1. §. his auctoritatibus. Alij vero dicũt, quod tenentur adimplere ꝙ promiserunt, nisi prælatus suus dispenset cum eis. Mihi videtur quod, si aliquis volens f huiusmodi vota in melius cõmutare, Episcopo suo præstante auctoritatẽ, intrauit religionem, absolutus est. vt sup. eod. §. circa redemptionem. Si vero non intendebat cõmutare, vel etiam intendebat, sed non interuenit auctoritas Episcopi, licet possit dici ꝙ ius religionis soluat huiusmodi vota, vt ait H. consulo tamen, ꝙ dispenset prælatus, sicut dicunt alij; q̃a tutius est, & prælatus potest dispensare. 33. q. 5. noluit. 20. q. 4. monacho.

§. 16. Itẽ circa eadem vota quæritur, vtrũ pater moriẽs possit iniungere filio, quẽ cõstituit hęredem, vt adimpleat vota peregrinationis, vel similia, ad q̃ ipse tenebatur; videtur quod sic. ext. eod. licet. Itẽ quia hæres tenetur tantum est bonum matrimonij, quod excusat a peccato mortali coitum, qui causa exsaturandæ libidinis fit, ad minus quando fit extra dies festiuos, vel tempora ieiuniorum; dum tamen ordinate, & secundum naturam fiat.

c *Vincula iuramenti*] vt quãdo quis iurauit, qđ duceret aliquã vxorẽ, vel quod obediret prælato in Ecclesia seculari.

d *Obedientiæ*:] quia clericus inuito Episcopo, cui tenetur obedire, potest trãsire ad religionẽ.

e *Admonere*.] Ibi dicitur de vxoricida, quod si intrauerit religionem, non oportebit, ppter hoc ipsum facere aliam pœnitentiam.

f *Huiusmodi vota*] scilicet peregrinationis, vel abstinẽtię. Quid si vouerit q̃s dare centum marchas pauperib' in generali; vel alicui certæ psonæ; vel quod cõstitueret cœnobium Cistercien sis ordinis, nũquid, si velit huiusmodi votum commutare in ingressum religionis, liberatus est intrando religionem? R: sine præjudicio, quod si ex tali promissione, vel voto est acquisita actio alicui, vel aliquibus, quia forte donauit, vel promisit illud, quod daret, vel faceret illi hoc, vel illud, non libe-

liberatur p ingressum huiusmodi, nisi de consensu illorū, quibus donauit, vel promisit: si autem nulli est acquisita actio, quia nec donauit, nec promisit, nec se obligauit aliquib⁹, sed tātum Deo, liberatur per ingressum religionis, si intendat illud minus bonum mutare in hoc maius; dū tamen hoc faciat auctoritate sui Episcopi: aliter enim credo sufficere voluntatem propriā, vel Abbatis quo ad hoc; tamen Abbas vota abstinentiæ, vel peregrinationis facta ante monachatum, potest reuocare post monachatum. videtur etiā velle H. idem de quolibet voto; sicut notauit. 20 q. 4. monacho.

q *Licet*] ibi agitur de filio cuiusdam regularis, cui pater suus Crucesignatus moriens votum suū cōmisit exequēdū, & ille appbauit, & crucē recepit; & dī ibi quod tenetur illud adimplere.

k *Nolo eam tenere*] sm illud B. vota mea non augeas sine meavolūtate; sic nec diminuas sine certa necessitate.

l *Non vitiat contractum.*] Hoc

ipso iure satisfacere omnibus, quib⁹ defunctus tenebatur. ext. de vsur. tuā. Ad hoc dicas quod non potest pater iniungere filio necessitatem peregrinandi, vt bene colligitur in præall. decret. Licet. Ideo enim tenuit ibi paterna iniunctio, quia filius approbauit. Pecuniariam vero satisfactionem, potest iniungere. arg. ext. de vsur. tuā. & de solut. c. 1. In summa nota, quod omnes peregrini debent defendi ab Ecclesia; vt quicūque eos in personis, & rebus offendunt, nisi admoniti satisfecerint, excommunicentur. 24. q. 3. si quis romipetas. & duobus. c. sequent. ext. de treug. & pac. innouamus. ext. de clericis peregr. conquerente.

§. 17. Item pone; aliquis secularis videt monasterium dissolutum, monachos splendide comedentes, & bene indutos, cogitat hunc ordinem ingredi, dicens; bene possū sustinere, ingreditur, postea fit inquisitio in monasterio, cōpellun-

tur ad regulam obseruandam, iste dicit; non noui hanc asperitatem, quam modo vultis monasterio imponere, k nolo eam tenere. Quæritur vtrum possit cogi. videtur quod nō; quia, sicut quis non potest cogi ad totum votum, ita nec ad voti augmentum. Item quia idem iuris est in parte, & in toto, sed ab initio nō poterat cogi ad totum. sup. eod. §. votorum, 32. q. 1. integritas, ergo nec ad partē. Item licite potest quis se obligare separatim ad continentiam, vel ad non habendum proprium, vel ad obediētiam. 33. q. 5. quod Deo. 29. dist. quāquam. E contra, qui facit professionem secundum regulam beati Benedicti, obligat se ad eam totaliter obseruandā: nam qui nihil excipit, ōia cōprehendit. 19. dist. si Romanorū. Itē aut intendebat viuere regulariter, aut irregulariter. In primo casu patet q̄ tenetur. in secūdo idem; quia etiāsi expressisset, turpis adiectio p non adiecta haberetur, & tenetur regulariter viuere. ext. de cōdit. apposit. c. 1. Item adiectio apposita contra naturā contractus l non vitiat contractū. 10. q. 1. c. 2. Idem in adiectione apposita contra legem. 16. q. 1. si qs laicus. Solutio. Indistincte dico, q̄ non pot redire ad seculū, ex quo fecit ibi professionem. Sed vtrū cogat ibi manere; distinguo; aut erat peritus iuris, aut ignarus. In primo casu non potest recedere, q̄a intelligitur se obligasse, non ad id qd fiebat, sed ad id, quod fieri debebat. In secundo casu subdistinguo; aut fuit ei explanata asperitas regulæ, & tunc idem, quod in iuris perito; aut non, & tunc si credebat eos regulariter viuere, & ad illam asperi-

tatem

non est generaliter verum; quia fallit in matrimonio: vt ext. de condit. appos. c. vlt. Si etiam aliquis velit esse monachus, apposita conditione quod sibi liceat retinere propria, vel vsumfructum aliquarum rerum, non valet talis contractus, vel monachatus; sicut notauit. H. 19. q. vltima. si qua mulier. & notatur ext. de condit. appos. c. fin. potest tamen de consensu Abbatis aliquid sibi ad vsum retinere: in quo casu totum erit monasterij.

tatem voluit se obligare, & non ad maiorem, & hoc expressit, nõ coget ibi manere, sed transibit ad alium ordinem, quem valeat sustinere. Si vero non expressit, credo quod debeat manere, nec potest allegare dolum, nec deceptionẽ; quia fit melior sua cõditio: & potest magis imputari fatuitati suę,

[m] *Non excusat.*] Hoc bene probatur. 20. q. 3. constituit. Ad intelligendam controuersiã superius tactã de voto; Quæritur vtrum Papa possit dispensare in omni voto; & quod non, videtur facere illud Psalmi. 75. Vouete, & reddite. Reddite est necessitatis: sed circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, non potest dispensari, ergo, &c. Item obligatio voti est secundum ius naturæ: hoc patet, quia omni tempore fuit: sed Papa non potest in ea, quæ sunt iuris naturalis, &c. Item Bern. dicit: Quædam sunt præcepta moralia primæ tabulæ ordinantia ad Deum; quædam secundæ tabulæ ordinantia ad proximũ; quædam sunt addita; vt Canonicæ sanctiones, & patrum instituta. In primis non potest dispensare nec homo, nec Deus. In secundis nõ homo, sed Deus. In tertijs homo, & Deus. Ratio autem huiusmodi est, qa præcepta primę tabulę immediate ordinãt ad Deũ: si ergo votũ immediate ad Deum ordinat, ergo, &c. Item qui non facit, quod promittit, mentitur: sed Papa non potest dispensare in mẽdacio, ergo nec in voto. Itẽ hoc in voto cõtinẽtiæ specialiter videtur Ecclesiastici. 26. Non est digna ponderatio continẽtis animæ. si ergo continentia nullo modo potest recompensari, patet, &c. Item quod nec in voto paupertatis, videtur; quia perfectius est, p Deo mendicare, quã continere; ergo perfectius est votum paupertatis: sed non potest dispensare in voto continentiæ; ergo nec in paupertatis. Item quod nec in voto obedientiæ, videtur; quia hoc est perfectissimum; quia in castitate vincit homo corpus suum, in paupertate mundum; in obedientia mactat seipsum, ergo, & c. Contra: Votum vnum non minus obligat, quam obligat aliud, sed potest dispensare in aliquo, vt in voto peregrinationis, & abstinentiæ, ergo & in omni. Item quod in voto continentiæ, videtur, quia, vt dicit B. quia non examinauit vt debuit. probatur hoc ext. de regul. super eo. & consulti. 20. q. 3. constituit. ext. quod metus caus. cum dilectus. ext. de cõuers. cõiug. ex parte. 1. & veniens. vel dic indistincte q, debet remanere; qa dolus aliorũ, vel simplicitas nouitij [m] non excusat in talib. vt dictum est.

dispensatio locum habet, vbi cadit necessitas, vel communis vtilitas. sed possibile est qđ propter defectũ mulieris incurrat aliquis periculũ mortis, sicut dicitur de Rege Ludouico. Itẽ possibile est quod omnes moriantur, qui pñt generare, solo eo remanẽte, q vouit, & remanente Papa, & muliere, ergo si necessitas est cõseruationis speciei, in casu isto posset vouens contrahere. Item possibile est ex matrimonio pacem Ecclesiæ dari, quæ est communis vtilitas; sed communis vtilitas præferenda est bono priuato, ergo, &c. Item quod in voto paupertatis, videtur, quia dispensare potest in voto abstinentiæ: sed magis est carnẽ macerare, quã diuitias dimittere, ergo, &c. Itẽ quod in voto obedientiæ, videtur; quia Papa assumit de religiosis ad dignitates, & prælationes; & sic non tenẽtur obedire prælatis sui ordinis, quibus vouerunt obedientiam, ergo, &c. R. dicendum quod dispensatio dicitur dupliciter, vno modo iuris relaxatio, alio modo iuris declaratio. dicunt ergo aliqui, quod Papa potest in voto dispensare, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, eo quod eius auctoritas est supra, & contra obligationem voti: & rationem huius assignãt; quia Papa est immediatus omnium prælatus, & ad ipsum spectat omnium ordinatio, maxime quantum ad ea, quæ sunt supererogationis: & quoniã omnium voluntates eius subsunt auctoritati, & dispositioni, nullum votum debet emitti, nisi cum hac conditione; nisi Dominus Papa de vouente aliter duxerit disponendum. & nullus obligatur ad votum faciendum, cum Dominus Papa aliter disponit. quod si illam conditionem non apponat, tamen non potest eam excludere. & ideo dicunt quod in omni voto potest dispensare, & ab omni tali obligatione absoluere: & ad omnes rationes respondent, quod non est ibi obligatio absoluta,

luta, sed conditionata: & ideo dispensare potest, cum possit illlam conditionem infringere, si sibi aliud de vouente placet disponere, Sed cum illa, quæ Dominus consulit, & absque dubio bona sunt, sine hæsitatione totis visceribus sint amplectenda, videtur etiam, cum Deus voluerit vnumquemque liberum esse, quod vnusquisque sine conditione aliqua talia possit, & debeat vouere: & ideo alij dicũt, quod Papa in nullo alio voto potest dispensare, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio; quia obligatio voti pendet ex iure diuino, non humano; ex iure naturali, non ex constitutione Patrum. Præterea Papa non habet posse, nec auctoritatem in votum, relaxando ius; quia id non est ei subiectum; habet tamen potestatem, quantum ius sibi dat; & ideo dispensare potest, secundum quod dispensatio est iuris declaratio: & hæc positio est rationabilior, & securior; quia magis per ipsam satisfit conscientiæ. Ad intelligentiam huius est notandum, quod ius obligationis voti constituitur ex duplici iure naturali; ex hoc scilicet, quod homo debet esse verax in promisso; & ex alio, quod homo nihil debet promittere, nisi salua sua salute, & diuinæ maiestatis honore; ergo ex iure naturali est, quod quis per votum impediri non debet, quin facere possit sibi vtilius, & Deo acceptabilius: & ideo in omni voto, quod recipit recompensationem melioris boni, siue simpliciter, siue pro loco, & tempore, Dominus Papa, cuius est ius dilucidare, potest dispensare: & in hoc communiter omnes cõueniunt, sed diuersificantur postmodũ dispensando. Aliqui enim dicunt quod non est aliquod votum, quod pro loco, & tempore non recipiat recompensationem: ideo nullum est, in quo non possit dispensare. Vnde dicunt quod bono continentiæ prefertur bonum vniuersalis Ecclesiæ; vt pax: & ideo in voto continentiæ potest fieri dispensatio: si ergo in tali voto, de quo minus videtur, potest fieri dispensatio vel simpliciter, vel ad tempus, sicut aliquando factum est, ergo & in alijs votis. Alij dicunt quod votum continentiæ non recipit recompensationem; quia non est digna ponderatio animæ continentis; quia ibi triumphus obtinetur de domestico inimico. in omnibus alijs est recompensatio: ideo potest dispensare Papa, præterquam in isto. Tertij dicunt quod perfectioni religionis, quæ est in imitatione Christi, nihil potest æquari, nec pro illa recompensari: & illa substantialiter consistit in triplici voto, scilicet continentiæ, paupertatis, & obedientiæ: ideo in his tribus non potest dispensare: perfectio enim consistit in assimilatione ad ipsum maximum, sicut dicit Augustin. in lib. de vera relig. & quia in nullo tantũ assimilatur homo Christo, sicut in his, nihil potest in hoc tali homini recompensare. Quo modo recompensatio non tantum aliorum respicit bonum, verum etiam vouẽtis: quia Deus vult quod magis sit vnusquisque solicitus in sua salute, quam aliorum. Quæ istarum trium opinionum sit verior, fateor me nescire; & satis potest quælibet sustineri, ideo nullam asserto. Si quis tamen hanc vltimam acceptare voluerit, non incurrit inconueniens manifestum, vt dicatur; quia nec in omni, nec in nullo, sed in quodam sic, in quodam non. Ad id ergo, quod obijcitur, quod in nullo potest dispensare, dicendum quod illa argumenta currunt, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, & sic non potest. Potest tamen secundum quod dispensatio est iuris declaratio; quia ius concedit uoto non teneri, cum potest recompensare: quia uniuersaliter est Domini Papæ hoc ius interpretari: & ideo in omnibus alijs, ab ijs tribus, potest dispensare. Ad id quod obijcitur, si potest in uno, potest in omnibus, dicendum quod non est simile; quia conditio recompensationis melioris non stat uniformiter in omnibus. Ad id quod obijcitur, quod in uoto continentiæ potest cadere necessitas, & utilitas, dicendum quod non cadit: & propterea, cum ægritudo cadit, uel euenit, non cadit necessitas; quia numquam datur infirmitas, a qua non possit quis, nisi per coitum liberari. non cadit necessitas respectu speciei; quia numquam erit aliquis solus. non cadit ibi maior utilitas facientis; quia commutat meritum centesimi fructus in meritum trigesimi. Præterea si totum hoc esset centum, incertum esset; quia nescitur utrum infirmus coitu sanaretur: nescitur utrum ex coitu aliquis generaretur: nescitur etiam utrum ex matrimonio pax reformaretur; & ideo non est dimittendum certum pro incerto: ideo non ualet. Ad id, quod obijcitur, quod uotum abstinentiæ uoto paupertatis est maius, dicendum quod falsum est; quia exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualet, ut dicit Apostolus: & summa pietas est quod omnia uendantur, & dentur pauperibus. præterea difficilius est: plures enim inueniuntur, qui uolunt ieiunare, quam qui uolunt mendicare. Præterea ibi non tantum est abdicatio rei terrenæ, sed etiam uoluntatis habendi. Vnde pauperculus ueniens ad religionem relinquit totum mundum ratione uoluntatis. Ad id, quod obijcitur de uoto obedientiæ, quod fit dispensatio in religiosis, qui promouentur, dicendũ quod licet in prælationibus non teneantur obedire, & multa habeant.

Digitized by Google

habeant, quæ non liceret eis, si essent subditi, tamen in neutro voto est dispensatum. nam in voto paupertatis nō est dispensatum, quia non licet tali religioso habere proprium, etiamsi Papa dispensaret: sed tantum bona Ecclesiæ potest dispensare, sicut Abbas bona monasterij; nec amittit meritum paupertatis: sed est diuitiarum, non dominus, sed dispensator; non amator, sed contemptor; non congregator, sed conseruator, & dispersor in pauperes. Similiter in voto obedientiæ non est dispensatum, quia omnem obedientiam, quam debebat prius suo superiori, debet Papæ; & propterea à sua obedientia non potest eum absoluere; & in talibus meritum obedientiæ commutatur in meritum pastoralis curæ; nec est dispensatio, sed proprius exemptio. Quæritur quis possit vouere. R. dico quod votum procedit à libera voluntate; omnis ergo, qui libere potest facere quod vult, nullo impedimento in se existente, nullo homine de facto impediente, nullo iure prohibente, potest simpliciter vouere. qui autem in omnibus subest, nihil potest per se vouere. qui autem in aliquibus subest, secundum id, in quo subest, non potest vouere: quoniam igitur vxor subest viro, & pupillus patri in regimine vitæ, nihil possunt contra hoc vouere, quod sit stabile, sine eorum auctoritate. Vir autem subest vxori in debito carnis, & ideo contra id non potest vouere: religiosus subest in omnibus, quæ sunt infra religionem, & ideo nihil potest sine sui prælati voluntate; seruus subest quantum ad seruitium corporale, ideo quod contra hoc fit non potest vouere, nisi domini auctoritate; si quid autem est, quod libere potest facere, id potest vouere. Vnde omnes, licet sint liberæ voluntatis ad vouendum, tamen non ad reddendum; & licet omnes possint se obligare diabolo, cum hoc fit sola voluntatis libertate, non tamen omnes Deo, quia votū illud respicio aliquod opus, respectu cuius liberum arbitrium non habet posse, de facto frequenter, vel de iure: & licet votum sit de ijs, quæ promoueant salutem, & omnibus pateat via salutis, quod verum est ad ea, quæ sunt præcepti, non tamen ad ea, quæ sunt supererogationis, quæ respiciunt status diuersos, quibus aliqui sunt apti, alij vero minime; & hoc de facto, vel de iure. Quæritur vtrum vota commutari possint. R. quod licet votum mutare ex causa; id scilicet, quod recipit recompensationem, sed non ex leuitate, vel ex propria voluntate, sed ex necessitate, vel vtilitate cum auctoritate prælati, excepto voto religionis, vel etiā status perfectioris, in quod potest aliud votū commutari sine prælati licentia; quia propter sui dignitatem licentiam dant iura: sanum tamen est consilium, quod fiat superioris auctoritate, vbi non creditur quod contradicat; ne videatur ex leuitate procedere, & auctoritatem superioris contemnere. Ratio quare licet votum commutare, est propter necessitatem superuenientem; vel propter periculum, quod imminet frequenter in obseruatione; vel propter maiorem vtilitatem, & vouentis, & aliorum. Quæritur, supposito quod votum continentiæ vniuersaliter impediat matrimonium; & quod votum solennizatum impediat matrimonium cōtrahendū, & dirimat iam contractum; Quæritur de voto simplici, vtrū ita faciat: & dicit Clemens Papa quod impedit contrahendum, sed non dirimit iam contractum. R. quod votum continentiæ est tale votum, quod generaliter impedit matrimonium contrahendum, sed non impedit iam contractum, si est legitime solennizatum, & rationem huius assignant aliqui, Ecclesiæ constitutionem: quod enim vouens sit persona non legitima, hoc non est ex voto; quia in ipso matrimonio perfectio continentiæ seruari non potest ab eo, qui debitum non exigit, sed soluit, vt dicit August. sed quod impediat, hoc est ex institutione Ecclesiæ, cuius est personas legitimas, vel illegitimas matrimonio determinare. Ratio autem quare Ecclesia de voto solenni instituit, vt dicunt, est, quod in voto solenni non potest decipi, & in eius fractione scandalizari, quia publicum est; sed in voto simplici non habet locum, cum sit priuatum. Sed hæc solutio supponit duplex falsum. Vnum quod sit ab institutione Ecclesiæ quod votum solenne possit dispensari; quia Ecclesia, vt communiter dicitur, non potest ibi dispensare; potest tamen in suis constitutionibus. Aliud falsum est, quia votum solenne non dicitur, quia publicum: nam votum quantumcumque publicetur, nisi aliud adsit, simplex iudicatur. Vnde commune est in voti solennizatione, quod fiat coram persona publica, quæ locum Dei tenet, & quæ votum potest approbare, qua recipiente votum continentiæ, transfertur potestas corporis vouentis in alium; quia alius adest, qui recipit. sed in voto simplici obligatur quidem homo, sed tamen dominium sui corporis in alterum non transfertur. Et quia quod translatum est in potestatem vnius, non potest transferri in potestatem alterius, ideo emisso voto solenni, Deo, & homini homo obligatur. Sic etiam in matrimonio: & quoniam vtrobique est personæ obligatio, & par obligatio non soluit vinculum prioris obligationis, ideo obligatio non potest infringi per vinculum superuenientis matrimonij. Hoc autem ideo non dico, quod faciat scandalum; quia & id potest esse in voto simplici: sed hoc facit obligatio duplex contra translationem potestatis in alterum.

Hæc

Hæc igitur est summa rationis: quia votum solenne obligat æqualiter distincte ex oppositó; nõ sic simplex, ideo impedit. Ad id, quod posset obiici, quod Clemens Papa dicit, quod apud Dominum non minus obligat votum simplex, quam solenne, hoc est verum quantum ad culpam, & transgressionem; tamen minus obligat quantum ad vinculi alterius solutionem; vt fiat vis in eo, quod dicit, quãtum ad Deum.

De iuramento, & periurio.

SVpra dictum est de votis in genere: sed quia iuramentum [b] votum est, cuius assiduitate sæpe homines in periurium labuntur, expedit vt de iuramento, & periurio aliqua supponamus. Videndum ergo quid sit iuramentum; quæ causa institutionis; quæ forma iuramenti; quæ exigantur ad hoc, vt recte fiat iuramentum; quæ solennitates magis obligatoriũ faciunt iuramentum; quæ species iuramenti; quæ pœna periurij: vltimo quædam dubitabilia subijcemus.

§. 1. Iuramentum est affirmatio, vel negatio de aliquo sacræ rei attestatione firmata. Causa institutionis est duplex. Vna propter infirmitatem hominum de facili dubitantiũ: cum enim aliquibus persuadetur qd eis est vtile, & expediens, & non credunt simplici verbo, [c] permittitur nobis iurare eis. 22. q. 1. non est contra. & si peccatum. Alia causa est propter vitandam idolatriam: sicut enim concessum fuit filijs Israel, vt hostias Deo immolarent, ne eas offerrent dæmonibus, sic potius permissum fuit, vt per Deum iurarent, quam per creaturas, ne inciderent in crimen idolatriæ. 22. q. 1. considera. Ex his patet quod iuramentum licitum est, & bonum, & etiam meritorium; cum per ipsum proximo subueniatur, ad quod tenemur [d] ex præcepto: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. & Psalmus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui iurat proximo suo, & non decipit. Verum huic probationi est parum amplius insistendum, propter hæreticorum perfidiam oblatrantem. Angelus enim quem vidit Io. in Apoc. 10. stantem [e] supra mare, & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum. Item ipse Christus frequẽter legitur dixisse in Euangelio: [e] Amen, amen dico vobis. Apost. etiam iurabat, cum diceret; [f] testis est mihi Deus. Et iterum, [g] quotidie morior, id est, mori paratus sum, [h] propter gloriam vestram: quod græca exemplaria, vt ait August. super epist. ad Galat. manifestissimam esse iurationem ostendunt. Item legitur Dominum in veteri testamento iurasse. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Et rursus: iurauit Dñs Dauid veritatem.

[a] *Supra dictum est.*]

[b] *Votum.*] id est iuramentum est obligatoriũ sicut votum. *Matt. 22.*

[c] *Permittitur.*] non permissione comparatiua, qua aliquando permittitur peccatum, sed permissione cõcessionis, qua concedũt quod licitum est. *Psal. 14.*

[d] *Ex præcepto.*] Leuit. 19.

[e] *Amen amen.*] Io. 6. & 8.

[f] *Testis est.*] Rom. 1. *Apoc. 10.*

[g] *Quotidie.*] Corint. 16. *ad Philip. 1. 1. Cor. 15.*

[h] *Propter gloriam.*] id est, per Deũ, qui est gloria nostra, quasi dicat, per gloriã vestram. loquitur. *Augu. super epist. ad Galat.*

Deut. 31. Psal. 109. & 131.

Immo

Digitized by Google

Deut. 23. Immo & [i] præcepit in veteri testamento [k] reddere Domino iuramenta. Quare ergo dicit Dominus [l] in Matth. 5. Euangelio: Sit sermo vester, est, est, non, non? &c. quod affirmatio, & negatio, quæ est in corde, debet esse in ore: sed quia hominum excrescente malitia simplici assertioni non creditur, idcirco prudenter adiunxit; quod abundantius est, à malo est, id est, nō culpæ, sed pœnæ; nec exibentium, sed exigentium iuramentum: nam incredulitas huiusmodi magis est pœna, quam culpa: vnde non dixit malum, sed à malo. Item licet Dominus videatur prohibuisse alicubi iuramentum, nusquā tamen per Creatorem, sed per creaturas iurare prohibuit; ne per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturas honorificentia Creatoris. Quare cum in Euangelio præmisisset: dico vobis non iurare omnino, statim subiunxit; nec p cœlum, quia thronus Dei est; nec per terram, quia scabellum ipsi[o]; nec per Hierosolymā, quia ciuitas est regis magni; nec per caput tuum, quia non potes vnum capillum facere album, vel nigrum. Item quæritur, quare prohibet Iacob iuramentū dicens: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Epist. Iacobi cap. vlt. [m] Non prohibet simpliciter iuramentum, [n] sed voluntatem iurandi; & ideo dixit notanter: nolite: quoniam ad iurandum [o] non debet quemquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna: & tunc potest sine culpa iurare; dummodo concurrant alia, quæ exiguntur, vt dicemus infra. Quod autem Iacob subdit, nec per cœlum, nec per terram, nec quodcumque aliud iuramentum, iurare [p] vetat, non per Dominū, sed per quamlibet creaturam, quæcumque sit illa: [q] alioquin non dixisset Apost. homines per maiorē sui iurant; & omnis controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramētum. cum ait per maiorem sui, id est, per Deum; & cur sit iurandum, vt videlicet omnis controuersiæ finis sit iuramentum. Si ergo alicubi videatur phiberi, vel dissuaderi iuramentū, non fit, quia ipsum sit malum, sed quia ex frequenti, & incauta iuratione sæpe solet cōtingere periurium. Sapiens vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet de domo eius plaga. Sicut vinū nō est malum, sed [r] prohibet Apost. vinum [s] bibere ad superfluitatem, quia inde solet procedere ebrietas, & luxuria: Vnde Apost. Nolite inebriari, &c. Hæc omnia, & multa alia dicta sunt, & exposita per August. Innoc. & alios. 22. q. 1 di peccatum. &, non est contra. & quatuor capitulis sequentibus. ext. eod. & si Christus. Colligitur ex præmissis, quod [t] prohibitum est iurare per creaturas; excipiuntur tamen quædam, per quas licite

[i] *Præcepit.*] Leuit. 19. Non periurabis. &c.
[k] *Reddere Domino.*] Matth. 5. Reddes Domino vota tua.
[l] *In Euangelio.*] Matth. 5.
[m] *Non prohibet.*] Iacob vltimo. Ad Hebr. cap. 6.
[n] *Sed voluntatem.*] libidinosam.
[o] *Non debet quemquam.*] de honestate.
[p] *Vetat.*] id est, dissuadet, vel vetat, ita qđ attribuat creaturis honorē actestādæ veritatis.
[q] *Alioquin non dixisset Apost.*] ad Hebr. cap. 6.
[r] *Prohibet Apost.*] Ephes. 5.
[s] *Bibere.*] ita qđ ducatur in consuetudinem. vel expone prohibet, id est, dissuadet.
[t] *Prohibitum.*] ideſt, dissuasum, & prohibitum, ita quod honor attribuat creaturis. Eccl. 23. Ephe. 5. Augus. de verbis Apostoli ser. 28.

turis in veritate attestanda, vel prohibitum non pro se, sed consequenti, scilicet pro periurio, qđ frequenter incurritur ex huiusmodi frequenti iuratione.

[u] *Habetur respectus.*] secundum consuetudinem loquendi.

[x] *Non concessam.*] de iure, vel consuetudine.

[y] *Iurauerit.*] cõsuetudinarie; alias nõ credo, quod si quis aliquando iurat p caput, aut oculos Domini, aut alia membra eius, quæ in cęteris hominibus non censent turpia, vel inhonesta, & per quæ cõsueuerunt homines iurare, non credo inquam, quod peccet mortaliter. Ribaldos autẽ, & illos, qui assidue & passim iurant per membra Domini, nõ audeo à peccato mortali excusare.

[z] *Blasphemiã.*] blasphemiã credo esse, quando aliquis iurat p membra Domini, quæ in aliis membris reputantur inhonesta; nec credo sic posse vitari absque peccato mortali.

[a] *Viuit Dominus.*] 1. Reg. 14.

licite iurat, videlicet per euangelium, altaria, reliquias sanctorum, crucem consecratam, in manu etiã Episcopi. 22. q. 1. si alia qua. & habemus. & q. 5. qui periurat. & hoc ideo est, quia in istis creaturis ad Deum tantum [u] habetur respectus. Videtur etiã, quod p salutem Principis possit iurari. 1. q. 7. quoties. quia intelligitur iurare per eũ, cuius iudicio sal[9] Principis consistit: hoc tamen non est in vsu, nec multum approbo. Item nota, quod qui iurat per creaturam [x] non concessam, debet acerrime castigari; & si perstiterit in vitio, nolens se corrigere, debet excommunicari: qui autem [y] iurauerit per capillum Dei, vel caput, vel alio modo, [z] blasphemiam dixit contra Dominum: si clericus est, debet deponi; si laicus anathematizari. 22. q. 1. clericum. & si quis per capillum.

§. 2 Forma iuramenti tripliciter inuenitur secundum talia tempora: aliter enim iurabant in veteri lege, aliter in primitiua Ecclesia, aliter hodie. In veteri lege iurabatur sic: [a] Viuit Dominus, viuit anima mea, [b] hoc addat mihi Deus. 22. q. 1. & iurabunt. In primitiua Ecclesia sic: [c] testis est mihi Deus, testis est mihi cõscientia mea, hoc dico coram Deo. 22. q. 1. si peccatum. Hodie vero iuratur sic: per Deum, sic me De[9] adiuuet, per istas reliquias, & similia. 35. q. 6. de parentela. 1.

§. 3. Tria exiguntur ad hoc, vt recte fiat iuramentum, scilicet veritas, iudiciũ, & iustitia. Hieron. & iurabunt, viuit Dominus in veritate, & in iustitia, & in iudicio. 22. q. 1. & iurabunt. Si ista talia, vel aliquod istorum trium defuerit, [d] periurium dicitur. 22. q. 2. animaduertendum. Veritas enim semper debet esse in conscientia, vt firmiter sciat ita esse: alias, si credat tantum, non dicitur de conscientia, sed [e] de credulitate iura-

[b] *Hoc addat.*] 1. Reg. 25.

[c] *Testis est.*] ad Ro. 9. veritatẽ dico in Christo, non mentior, testimoniũ mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto.

[d] *Periurium.*] id est, mala iuratio: male enim iuratur, quando negligenter, & indiscrete iuratur; sicut iurauit Ioſue Gabaonitis. Ioſue 10. & Dauid cõtra Nabal. 1. Reg. 25. & qñ assidue, sicut faciũt ribaldi, cõtra illud Eccles. 23. Iurationi nõ assuescas os tuũ. Item quando otiose, contra illud Exod. 20. non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum. Item quãdo erronee, iuxta illud Matth. 23. Quicunq; iurauerit p templũ nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Item quando falso, sicut faciunt corrupti testes. Prou. 10. falsus testis non erit impunitus. Item quãdo dolose, vt faciunt auari, & cupidi. Vnde; nec iurauit in dolo proximo suo. talia iuramenta large dicũtur periuria, id est, praua iuramenta. *Hier. sup Herem.*

[e] *De credulitate.*] Quid de vxore suspecta de adulterio, quod ipsa reuerã commi-

commisit, numquid postquam confessa fuerit de peccato, & pœnituerit, potest iurare, quod non sit in culpa de illo adulterio, propter vitandum scandalum mariti, & aliorum amicorum, qui alias placari non possunt, nisi hoc iuret, & ad hoc compellunt eã? R. potius debet omnia mala tolerare, quam huiusmodi temerarium subire iuramentũ; cum certa esse non possit, quod adhuc huiusmodi culpa sit ei dimissa. vt ext. de purgat. canon. accepimus. Si tamen huiusmodi mulier iusto metu perculsa iuraret sub verbis duplicibus, quæ vno sensu contineãt veritatem, & in illo sensu intelligeret, forsitan non peccaret, per hanc cautelam illius malitiam excludendo.

ro. [f] Iudicium dicitur discreta deliberatio, id est, non vt iuret, etiam verum, nisi propter necessitatem, id est, cum suadet alicui aliquod verum, quod ei expedit, vel vtile est credere, & tamen non vult credere simplici assertioni. Iustitia, vt id quod iurat sit [g] licitum & honestum. 22. q. 1. ita ergo. & tu malum. ext. eod. & si Christus. Species iuramenti sunt duæ: nam aliud est assertorium, aliud promissorium. Assertorium, vt quando iuratur de præsenti, vel de [h] præterito sic esse, vel non esse; fuisse, vel non fuisse. Promissorium, vt cum iurat aliquis se daturum aliquid, vel facturum. Fiunt quædam aliæ [i] diuisiones, quas non prosequor; quia tantum pertinent ad forum contentiosum. Sequitur videre quæ sit pœna periurij; quod vt planius intelligatur, Nota primo quid sit periurium, & quot modis committitur. Periurium est [k] mendacium iuramento firmatum. Committit autem quis periuriũ trib⁹ modis; vel cum iurando loquitur falsum sine intentione fallendi, vel cum iurãdo loquitur falsum [l] cum intentione fallendi, vel cum iurando loquitur verum cum intentione fallendi: qualiter autem hoc fiat, ostendit Augustinus ponens hos tres modos [m] periurij. Primus modus est, cum quis fallitur, puta credit verum esse quod falsum est; tiator, aut miles: aut quod non tenebit feudum ab illo domino; aut quod non seruiet isti, vel illi, vel locabit operas, vel accipiet domum, aut mutuum, non tenetur illud seruare; si alias non possit viuere, nisi contra illud faciat; quia iam res venit ad illum casum, de quo, si cogitasset ab initio, & iurasset de illo, illicitum esset iuramentũ. & generaliter vbicumque quid iuratur faciendũ, vel vitandum, quod facere, vel vitare esset mortale peccatum; vel veniale, circumspecto iuramento non est seruandum huiusmodi iuramentum; sed potest venire contra auctoritate propria.

f *Iudicium.*] Quid si aliquis ex impetu iuret aliquid, super quo, si bene deliberasset, non iurasset, numquid seruare tenetur? R. credo quod sic, si licitum est, quod iurauit: sufficit enim ad hoc qđ sit obligatus, qđ intenderit Deũ inducere in testem illius rei, quam dixit.

g *Licitum, & honestum.*] Ita quod nec sit in se mortale; vt adulterari, fornicari, & similia: vel veniale in se; vt dicere verbum otiosum, aut inebriare se, vel alium; quando etiam iuratur aliquod indifferens, quod ex circumstãtia possit effici mortale, vel veniale, non debet seruari, nec est obligatorium iuramẽtum, existente illo casu, vel circumstantiis. vnde si quis iurauerit quod numquam erit negotiator, aut miles: aut quod non tenebit feudum ab illo domino; aut quod non seruiet isti, vel illi, vel locabit operas, vel accipiet domum, aut mutuum, non tenetur illud seruare; si alias non possit viuere, nisi contra illud faciat; quia iam res venit ad illum casum, de quo, si cogitasset ab initio, & iurasset de illo, illicitum esset iuramentũ. & generaliter vbicumque quid iuratur faciendũ, vel vitandum, quod facere, vel vitare esset mortale peccatum; vel veniale, circumspecto iuramento non est seruandum huiusmodi iuramentum; sed potest venire contra auctoritate propria.

h *Vel præterito.*] Potest etiam fieri respectu futuri; vt cum aliquis iurat aliquid fore, non promittendo aliquid: vt si iuret quis, quod cras pluet, vel ninget, vel aliquid tale.

i *Diuisiones.*] Quia secundum leges quoddam iuramentum est conuentionale, quod scilicet pstatur de consensu partium: quoddam iudiciale, quod defertur à iudice.

Aug. ser. mone de periurijs, id est, sermone de verbis Apostoli 30.

k *Mendacium.*] large, tam pro eo, quod dicitur contra mentem, quam pro eo, quod non dicitur contra mentem; dum tamen sit falsum.

l *Cum intentione fallendi.*] quod est, cum aliter dictat conscientia, quam dicat.

m *Periurij.*] large, vt periurium appelletur præuaricatio, vel praua iuratio.

n *Lici-*

Digitized by Google

n *Licitum.*] vt quod comedet hodie bis.

o *Solennitate.*] vt si quis iuret super euangelium, vel super reliquias otiose,& sine causa.

p *Mala.*] non dicit moraliter. Secus est quando ducitur in consuetudinem iurare per caput, vel per alia membra Domini; quia illud credo esse mortale, sicut in ribaldis.

q *Peierat.*] large,male,& indiscrete iurat.

r *Qui sacramento.*] Ibi dicitur quod qui iurat, quod non faciet pacem cum aduersario, periurium est, & non est seruandum.

s *In malis.*] ibi dicitur in malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum. Quod incaute vouisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur in malis. Quid si quis propter hoc, quod iurauit quod superflue comederet, vel diceret verbum otiosum, superflue comedit, vel otiose locutus est? R. notauit H. 22. q. 4. si aliqui. quod talis mortaliter peccat, nō quia comedit superflue, loquitur otiose, quod in se veniale est, sed quia transgreditur illud præceptum in malis promissis, &c. Ego credo quod sic transgrediendo tantum peccat venialiter; quia prædicta auctoritas, si intelligatur ita generaliter, quod non extēdatur ad mala venialia, quantum ad illa non est præceptum, sed consilium.

t *Interitu salutis.*] Verbum istud sumptum est ext. de iureiur. si vero aliquis. Sed Beda verius loquitur 22. q. 4. si aliquid. Vnde videtur à contrario sensu quod seruandum est iuramentum, quod nō vergit in peiorem exitum: & secundum illud Bedæ intelligendum est qđ hic dr̄; vt interitus salutis æternæ idem sit qđ peior exitus: ne videatur esse obseruandum, si quis iurauerit se facere aliqđ veniale; cum veniale fieri possit sine interitu salutis æternæ. Quid si aliquis iuret, quod numquam erit Episcopus, nisi necessitas vrgeat; vel numquam erit clericus, vel monachus, vel regularis? R. H. notauit. 22. q. 4. in princ. quod talia iuramenta sunt seruanda, & gr̄aliter omnia, quibus iuratur quod nec est mortale, nec veniale. & videtur idem sentire Gratia. 22. q. 4. §. vlt. arguo contra hanc opinionem. 85. dist. Florentinum, vbi habetur qđ qui iurauit qđ numquam erit Episcopus, repellitur ab episcopatu. Sed potest dici, quod hoc nō est, quia iuramentum sit obligatorium, sed quia mortaliter peccauit temere iurādo. Cum autem sint duæ partes iniustitiæ, scilicet facere malum, & declinare à bono; sicut iuramētum non obligat ad faciendum malum, ita nec videtur quod obliget ad declinandum à bono: cum nulla sit vtilitas in obseruatione talis iuramenti. quod dico propter obedientiam: propter quam, etsi non sit faciendum malum, est tamen dimittēdum bonum, cuius dimis-

& temere ac indiscrete iurat. Secundus, cum scit, vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat. Tertius, cum putat aliquid esse falsum, & tamen verum est; & ipse iurat tanquam verum. Primum periurium est peccatum, sed veniale, si adhibuit diligentiam, quā debuit: si vero ignorantia iuris, vel facti crassa, & supina, mortale est. 22. q. 5. qui periurat. Duo vltima mortalia, sed primum grauius, 22. q. 2. homines. & hoc circa assertorium. / Circa promissorium similiter sunt tres modi periurij. Primus cum iurat se facturum, vel dicturum aliquod illicitum, vel inhonestum. Secundus cum iurat se facturum, vel dicturū aliquod [n] licitum; & hoc cum solennitate, sed absq; necessitate, & indiscrete. Tertius in iuramentis quotidianis, quæ fiunt [o] sine solennitate, & in cursu verborū ex quadam leuitate, & consuetudine [p] mala, de re tamen licita; vt, per Deum cras ibo ad Ecclesiam, vel comedam carnes, vel ieiunabo, vel aliquid simile; vel etiam cum fiunt huiusmodi iuramenta iocosa. In his tribus, statim cum iurat, [q] peierat. 22. q. 4. [r] qui sacramento. Primū iuramentum est mortale, & nullo modo seruādum. 22. q. 4. [s] in malis. Secundum similiter mortale, sed minus, & omnino seruandum, ex quo seruari potest sine [t] interitu salutis æternæ. 22. q. 4. si aliquid. Tertium veniale. &, si fieri potest, etiam istud seruandū

Digitized by Google

dimissiõ compensatur cum bono humilitatis, quæ seruatur in obedientia. Præterea, cum Dauid consulat opera perfectionis, contrarius hoc modo esset sibi, si vellet quod occasione iuramenti abstinerent à talibus. Credo ergo, sine præiudicio, qđ iuramentũ vergit in peiorem exitum sex modis. Primo, cum iuratur quod est mortale in se. Secundo, cum iuratur quod est veniale in se. Tertio cum iuratur indifferẽs aliquid, quod ex circumstantia efficitur veniale, vel mortale, vt dictum est supra. Quarto, cum iuramentum excludit opus ex charitate faciendum; vt quando iurat aliquis quod nihil dabit isti ex charitate; vel quod non colet Deum. Quinto cum excludit opus de genere bonorum; vt cum quis iurat quod numquam erit Episcopus, Monachus, vel Canonicus; vel quod non celebrabit vsque ad mensem; vel quod non ieiunabit pro Deo, vel pro peccatis suis in pane, & aqua, si non præcipitur ei; vel quod non dicet psalterium, vel septem Psalmos; vel quod non iunabit illum in licitis, & honestis vsque ad certum tempus. Sexto cum excludit opus indifferens, pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum; vt si quis iuret, quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum eius, vel non coquet ad furnum eius, vel molet ad molendinum, vel quod talia non faciet ei, vel quod non vendet ei rem minori pretio quam tali, vel non comedet ad eandem mensam cum eo; aut si iuret aliquid huiusmodi indifferens: credo quod propter huiusmodi iuramentum non debet declinare à talibus; si ea velit facere pia intentione, & propter Deum, & salutem animæ suæ, & propter tollendum scandalum proximi, contra quem sic iurauit. In primis autem tribus modis, credo quod possit quilibet sic iurans auctoritate propria venire contra; sed imponenda est ei pœnitentia de temerario iuramento. In reliquis tribus, quamuis huiusmodi iuramenta non sint obligatoria, nec imponenda sit pœnitentia pro transgressione eorum, tamquam pro mortali, non expedit tamen propria auctoritate contrauenire, nisi propter vrgentem necessitatem; tum propter reuerentiam iuramenti, tum propter scandalum simplicium, qui reputant sic incurri periuriũ, & incurrunt in facilitatem labendi in periurium, & in detractionem; vnde petenda est absolutio à superiori, qui huiusmodi iuramenta debet facile relaxare, vel potius ostendere sic iurantes non fuisse obligatos, & imponere pœnitentiam de temerario iuramẽto. Nec te moueat, quod dicit Gratianus 22. quæst. 4. §. vlt. quia hõ recipitur ab omnibus quod ibi dicit, sed recitat opinionem suam; sic nec dicit, quod huiusmodi iuramenta sint obligatoria, sed quod prohibentur seruari.

est. Pœna periurij est quod debet agere pœnitentiã [t] septem annis, sicut pro aliis peccatis mortalibus. 22. q. 1. prædicandum. Tamen inspecto modo periurij, & qualitate personæ, & cæteris circumstantiis, vel magis, vel minus aspera pœnitentia est imponenda. Require infra de pœnit. §. de secundo, scilicet de gradibus peccatorum. & §. sequenti. vers. item, quãti temporis. Item periurus in iuramẽto assertorio nõ est infamis ipso iure, nisi [u] per sniam. ext. de except. c. 1. ext. de ord. cognicũ dilectus. in fin. Qui autem transgreditur scienter, cum tñ possit seruare iuramentum [x] cautionale, & licitũ, & cum solennitate factum, est [y] ipso iure

[t] *Septem annis.*] Hoc regulare est de omnibus peccatis mortalibus, licet aliquando minoris temporis pœnitentia imponatur propter aliquam causam: sicut imponitur pœnitentia trium annorum illi, qui frangit votum castitatis propter contrahendum matrimonium.

[u] *Per sententiam.*] diffinitiuam latam contra eum in causa accusationis: quod dico, quia si per exceptionem opponatur alicui periurium tale, quod repellatur à testimonio, propter hoc non præiudicabitur ei, nisi quoad causam illam, vbi iterum probetur contra eum.

[x] *Cautionale.*] Idem est quod promissorium: cautio enim idem est quod promissio non adiectis pignoribus, vel fideiussoribus.

[y] *Ipso iure.*] ego credo quod si periurium probetur in modum actionis, siue sit promissorium, siue assertorium cum solennitate factum, efficietur infamis ipso iure.

infamis. ext. eod. quærelam. 6. q. 1. infames. Item quicumque sciens [z] peieraverit, numquam in testimonio [b] recipiatur. 6. q. 1. numquam. ext. de testib. sicut.

Circa solennitates nota, quod qui iurat per Deum, multum obligatur; qui verò per Deum, & Euangelium, magis obligatur: qui istis adiungit Sanctorum reliquias, magis obligatur; quia ita crescentibus solennitatibus, crescit obligatio. Sed quid si vnus iurat per Deum, alius per Euangelium? S. Io. Chrisost. videtur dicere, quod maius est iurare per Deum, sic dicens cõtra quosdam, qui contrarium credebant: O stulti, scripturæ propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas. 22. q. 1. si aliqua. Solet tamen dici communiter à Doctoribus, quod si vtrumque iuramentum solenniter factum est, æqualiter obligat; si autem alterum solenniter, alterum non solenniter, magis est obligatus quoad Ecclesiam solenniter iurans, & maior pœnitentia sibi est iniungenda, si transgrediatur; sed quantum ad Deum æqualiter. ext. qui cler. vel vouen. rursus. Sed contra, quanto sanctius est per quod iuratur, tanto maius est, vt ait Augustinus pœnale periurium, ergo magis obligatorium. 22. q. 1. mouet te. sed illud intellige, cum vnus iurat se seruaturum fidem per falsos Deos, vel per creaturas non concessas; & alius iurat idem, sed per Deũ verum: si vterque transgreditur, magis peccat secundus, quam primus. vel illud intelligitur, quod maius peccatum est per Deum verum iurare [c] fallaciter, quam per Deos falsos veraciter: & secundum hanc distinctionem procedit Ecclesia de consuetudine. *Aug. epist. 154. ad Publicolam.*

Quæritur, si aliquis iurat per falsos Deos, vel per creaturas non concessas, vel alio modo, qui videatur esse contra religionem fidei Christianæ, sicut faciunt Saraceni, Iudæi, vel aliqui hæretici, se soluturum aliquid, vel facturum, vtrum teneatur seruare tale iuramentum; & vtrum peccet Christianus recipiendo tale iuratum. Ad primum dico, quod tenetur seruare licitum, quod promisit: cum enim iurauit, peccatum commisit in modo iurandi; sed si modo seruat fidem promissam, bene facit: sed in hoc, si non seruat, addit peccatum peccato. Ad secundum dico, quod si Christianus non potest aliter habere fidem dictis illi[g], & expedit habere ei cautionẽ ab eo, licet ille peccet iurando, [d] non peccat iste recipiendo; & possunt ad hoc induci testimonia [e] de Laban, & Abimelech; si tamen [f] Abimelech per

[z] *Peierauerit.*] siue in promissorio, siue in assertorio iuramẽto.

[b] *Recipiatur,*] si probatum fuerit in modum actionis, vel modum exceptionis, quo ad causam illam, in qua probatur huiusmodi periurium exceptione.

[c] *Fallaciter.*] id est, cum intentione fallendi. Sed videtur qd̃ semper sit mai' peccatum iurare p falsos Deos veraciter, quam per verum Deũ fallaciter; quia in primo est peccatũ idolatriæ, quo nullum maius. Respondeo; in huiusmodi casu habetur respectus ad trãsgressionem iuramenti, non ad formam iurandi.

[d] *Non peccat.*] sicut nõ peccat ille, qui accipit ad vsuram propter suã necessitatem.

[e] *De Laban.*] Genes. 31.

[f] *Abimelech.*] Genes. 21.

[g] *Vin-*

Digitized by Google

per Deos ſuos iurauit, ſicut Laban per Deũ Nachor. 22. quæſt. 1. mouet te. vbi mouet has quæſtiones Auguſtinus, & ſoluit. ad idem facit ext. eod. & ſi Chriſtus. Præterea ſi iuraret talis blaſphemus per verum Deum, facilius obuiaret tali iuramento; & tamen magis peccaret.

Item pone, quod aliquis, dum eſſet captus ab hoſtibus, vel a prędonibus, coactus per metum grauiſſimum, qui poſſet cadere in conſtantem virum, promiſit, & iurauit ſe ſoluturũ mille, vel traditurum caſtrum, vel ſimile; quęritur vtrum tale iuramentum obliget: Videtur quod non; quia, vt ait Auguſt. iuramentum non poteſt eſſe [g] vinculum iniquitatis, 22. q. 4. inter cętera. 15. q. 6. c. 1. ext. quod met. cauſ. c. 1. & notatur ext. de iureiu. verum. & Dominus per [m] Iſaiam. diſſolue obligationes impietatis. Item valde eſſet inconueniens, quod malefactor ex improbitate ſua commodum reportaret. ff. de furt. itaque fullo. Contra probatur quod obliget, quia licet fuerit coactus, tamen voluit: dicit enim Auguſtinus, quod coacta voluntas, voluntas eſt. 15. quæſt. 1. merito quæritur. Item quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ; cũ ſit licitum, quod iuratum eſt, ergo eſt ſeruandum. 22. quæſt. 4. ſi aliquid. ext. eod. ſi vero. Nec prodeſt ei, quod fuit compulſus, vt ait Pius Papa, & ex pænitentiali Theodori. 22. quæſt. 5. qui compulſus. & ſi quis coactus. Solutio. B. & quidam alij dixerunt quod non obligat, tanquam diuina voce Prætor edixerit, quod vi, metuſue cauſa geſtum eſt, ratum non habeo. [l] Diſtinguunt tamen iſti inter iuramentum aſſertorium, & promiſſorium. in promiſſorio excuſat metus, in aſſertorio non; quia potius debet quis omnia mala pati, quam [h] malum aſſerere. 22. quæſt. 5. ita ne. Alij dicunt, quibus aſſentio, quod quantuſcumque fuerit metus, ſemper obligatur; dummodo poſſit ſeruari [k] ſine interitu ſalutis æternæ: & ſi alicubi inueniatur reſponſum, quod non tenetur, intelligitur dictum in odium violentorum, vel cum quis iurauerit ſe daturum res eccleſiaſticas. ext. eod. ſi vero. ext. quod metus cauſa ad audientiam. Poteſt tamen iſte potentem iuſte repellere per exceptionem, quod metus cauſa; [l] ſed peccabit vtendo ea: & hoc, niſi, cum iurabat ſe ſoluturum, intendebat contrarium, ſcilicet ſe non perſoluturum: tunc enim peccabit mortaliter ita iurando.

Aug. lib. 4. quæſtionũ. q. 24. ad cap. 16 Numerorum.

Theodor' in ſuo Pænitentiali.

Aug. epiſ. 158. ad Publicolam.

Aug. ad Seuerum Mileuitanum Epiſcopum.

[a] *Vinculum iniquitatis.*] id eſt, non obligat aliquẽ ad aliquod vitium faciendum.

[b] *Fullo.*] ibi dicitur, quod nemo ex improbitate ſua debet conſequi actionem.

[c] *Diſtinguunt.*] Hæc diſtinctio videtur iuuari per l. qui in carcerem. quod metus cauſa.

[d] *Malum aſſerere.*] id eſt falſum iurare.

[e] *Sine interitu.*] id eſt, ſi non vergat in peiorem exitum, vt dictum eſt ſupra.

[f] *Sed peccabit.*] Contra, de iure poteſt vti ea; ſed quæ peccat legis auctoritate, non peccat. 23. q. 4. qui peccat. ergo talis non peccat ſic excipiendo. Reſpondeo; quod dicitur quod poteſt repellere, ad factum referendum eſt; quia iudex recipiet huiuſmodi exceptionem in odium violenti; & tamen excipiens peccabit; cum ſic laboret ad veniendum contra licitum iuramentum.

[m] *Iſaiam.*] Iſaias cap. 58.

Bene

Digitized by Google

rando. Sed [m] bene potest vti exceptione sine peccato; timeo tamen scandalum, & malum exemplum apud alios, qui nesciunt occultam intentionem suam: procedat ergo sic, & non peccabit. Petat ab Episcopo, vt cogat illum absoluere istum à iuramento. ext. eod. ex administrationis. si non poterit ad hoc induci, soluat, & postea repetat; quia licet iurauerit soluere, non tamen iurauit non repetere. ext. eod. debitores. ext. quod met. caus. ad audientiam. Si autem iurauit, quod solueret, & non repeteret, denunciet tunc Ecclesiæ secundum formã Euangelicam: si peccauerit in te frater tuus, &c. vt sic Ecclesia compellat illum ad pœnitentiam, [n] in qua veniet absolutio iuramenti, vel restitutio male acceptæ. Si vero iurauit, quod etiam non denunciaret, iuramentum est [o] illicitum, quo ad hoc, & ideo non seruandum: & istam distinctionem teneas per omnia circa vsuras non soluendas, vel solutas repetendas. ext. eod. c. 2. & quemadmodum. Io. excipit quatuor casus, in quibus iuramentum per vim, vel metum extortum non obligat, scilicet in voto. ext. quod met. caus. perlatum. [p] In traditione rei ecclesiasticæ. 15. quæst. 6. c. 1. & 2. In dotis promissione facta per metum. ff. quod metus causa. similiter. §. si dos. In matrimonio. ext. de sponsal. cum locum. & requisiuit. etiam si aliqua inueniantur contraria ad [q] istud vltimũ. vt 22. q. 4. inter cætera. sed similia, vel loquuntur quando fuerat leuis coactio, vel cum præterea subsecutus fuerat consensus. ext. de sponsa. veniens. Quid de illo [r] qui compulsus à domino sciens huiusmodi iuramentum obligat, licet Ecclesia non compellat ad obseruantiam talium iuramentorum.

[m] *Bene potest.*] videtur hic innuere, quod qui iurat se facturum aliquid, si non intendat se obligare, vel facere, quod iurauit, non est obligatus ex illo iuramento, licet mortaliter peccauit sic iurando. Ego credo, sine præiudicio, qđ ex quo aliquis inducit Deum in testem alicuius rei licitę faciendæ, quicquid intendat, vel quicquid ponat, credo qđ tenetur seruare.

[n] *In qua veniet.*] quia non potest pœnitere, nisi absoluatur à iuramento huiusmodi, vel restituat male acceptum, si iam accepit.

[o] *Illicitũ.*] argumentũ pro eo qđ diximus, quod non est obligatorium iuramẽtum, quod iurat aliquis, per cuius obseruantiam declinatur à procuranda vtilitate proximi; cum non valeat iuramentum, quo iurat quis se non denũciaturum proximi peccatũ, cum ad huiusmodi denunciationem non teneantur, nisi soli Prælati secundum communẽ opinionem.

[p] *In traditione.*] reuera huiusmodi iuramentum non est obligatoriũ; quia quod iuratur est illicitũ. de cæteris tribus casibus, qcquid dicat Io.

[q] *Istud vltimum.*] quod dictum est de matrimonio.

[r] *Qui compulsus.*] Quid de domino, qui facit Præpositum suum iurare, vel homines suos, vel familiam suam, quod dicent ei, si quem scierint, vel audierint furripuisse de foresta sua, vel de stagnis suis, aut de viuariis, aut cæteris rebus suis? Item quid de marito zelotypo, vel auaro, qui extorquet iuramentum à familia sua, quod reuelabunt ei quicquid scierint de adulterio vxoris suæ, & verisimilibus coniecturis, & damnificantibus eũ in rebus suis? Respondeo secundum quosdam, qui sic iurauit, si non potest probare per alios quid scierit de talibus, non tenetur dicere domino, vel marito; quia sic ,ditor esset criminum, non contemptor: & debet potiꝰ omnia mala tolerare, quam tale iuramentum ita generaliter præstare, aut præstitum obseruare. Si autem potest proba-

probare per alios, qui sciunt, de talibus tenetur dicere secundum quod iurauit, sicut notauit H. 35. quæst. 6. Episcopus in synodo. Quod si vnus de testibus synodalibus, de quibus ibi agitur, scit solus aliquos esse consanguineos, vel aliquem, esse simoniacum, vel vsurarium, vel adulterum, non tenetur hoc denũciare Episcopo, licet iurauerit ei quod reuelaret quicquid sciret de criminibus synodalibns: quia in tali iuramento intelligitur, si probare potest, aliter debet tacere, ne sit proditor criminis. 2. q. 1. si peccauerit. 2. q. 7. plerumque. & 6. q. 2. si tantum. Dicit etiam quod talis tenetur non reuelare Episcopo, vel alij, nisi hoc faciat secreto; vt Episcopus, vel alius secrete debeat punire huiusmodi criminosos. arg. 22. quæst. 5. hoc videtur. Ego credo sine præiudicio distinguẽdum esse, quod si ille, cui iuratum est probabiliter creditur esse truculentus, & ferus, aut super hoc merito suspectus habetur, siue possit per alios probari, siue non id quod de talibus viderit ille, qui iurauit, non tenetur seruare, quod illicitum fuit, quod iuratum est, & per consequens ille, qui iurauit, non tenetur seruare, quod cooperaretur ei ad peccandum, vel se committeret super hoc discrimini. Vnde nõ debuit ab initio huiusmodi iuramentum præstare, sed potius omnia mala tolerare. Si autem cui iuratum est, creditur mansuetus, & iustus, & non nisi rationabiliter processurus, distingue; quia si res huiusmodi, de quibus iuratum est, deputatæ sunt custodiæ illius, à quo recipitur, vel exigitur huiusmodi sacramentum, sine peccato potest præstari, & obseruari debet: puta si quis viderit furem asportantem res totaliter eius custodiæ commendatas, licet hoc solus videat, potest clamare, & talem furem asportãtem res manifestare, & prosequi rem furtiuam; ne, si in hoc negligẽs fuerit, teneatur damnum restituere; nec reputatur talis criminis demum proditor; sicut non reputatur, qui iniuriam suam, aut damnum prosequitur coram iudice, licet non possit probare quod intendit: si autem non teneatur ad custodiam illarũ rerum, locum habet prædicta distinctio, vt supra. Si possit probare per alios quod ipse scit de talibus, tunc reuelet domino; si non possit probare, non debet reuelare, nisi talibus personis, quæ possint prodesse, & non obesse, vt si ante iurauit, & intendit se obligare ad reuelandum occulta, quæ probare non posset, non fuit licitum iuramentum, nec obligatorium, sed peccauit taliter iurando.

Augustin. in sermon. de decollatione S. Ioannis Baptistæ.

periurat? dico quod ambo sunt periuri, & peccant mortaliter, Dominus, quia præcepit, miles, vel seruus, quia plus Dominum temporalem, quam Deum, vel animam dilexit. 22. q. 5. qui compulsus. Quid de illo qui prouocat ad iurãdum eum, quem scit falsum iuraturũ; vel exigit, vel recipit ab eo iuramentum veritati contrarium, & [f] scienter? R. secundum Gelasiũ, & Augustinum, quod talis vincit homicidam; quia homicida corp⁹ occidit, & iste animã, immo duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam. 22. q. 5. si quis prouocauerit, & tribus capitulis seqq. Quod autem dictum est, quod iste vincit homicidã, intelligas in damno dato; quia maius dãnum est in amissione vnius animæ, quam infinitorum corporũ. 24. q. 3. si habes. alias grauius peccat homicida. 13. dist. duo ista mala.

Quid si audit aliquis alium iurare falsum, & ipse scit, & tacet, numquid peccat? videtur quod sic. in Leuit. 5. anima quæ audierit vocem iurãtis falsum, testisq; fuerit, quod aut ipse vidit, aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suã. Item non caret scrupulo socie[tatis] occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. dist. 86. facientis. Sed contra videtur quod peccet manifestando: nã qui crimen occultum manifestat, non est [t] Commit-

[f] *Scienter.*] Idem credo si credat probabiliter quod ille velit peierare,

erroris corrector, sed proditor, dicit Augus. 2.q. 1. si peccauerit. Item si prodiderit eũ, forte punietur ille in corpore, vel forte occidetur à iudice, vel etiam à parentibus illius, contra quem volebat peierare; vel ipsemet proditor de facili potest incurrere mortis periculum: & ideo dicit Augustinus quæstionem hanc val de prolixam, & difficillimam, tamen soluit eam sic. Quod ex quo Moyses non expressit in prędicta auctoritate Leuitic. cui hoc esset indicãdum, sufficit isti, vt se ab hoc soluat peccati vinculo, si indicet talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse periuro, siue eum corrigendo, siue Deum pro eo placando; vt puta sacerdotes, vel honesti, & discreti parentes. Et ad hanc denũtiationem talibus psonis faciẽdã tenetur quilibet secundũ oẽs, quoties viderit aliquem vicinũ præcipitio, id est, peccato [t] cõmittendo. 22.q.5. hoc videtur. Sed ad denunciandum crimen iam cõmissum, dicunt fere omnes Doctores, quod tenentur Prælati ex præcepto; alij non tenentur, nisi ex consilio. Et intelligas Prelatos large, tam ecclesiasticos, quã seculares, etiam patremfamilias, circa familiã suam. 23.q.4.c.1. Hug. vero dicit indistincte omnibus esse præceptum à dño, vbi ait; si peccauerit frater tuus, &c. Sed ibi loquebatur Dñs Petro, per quod patet, qđ Prælatis tantummodo dabat pręceptum. arg. 26. dist. [u] deinde opponitur. Hæc opinio nimis est rigida, & ab omnibus cõdemnatur, prima placet. Quid de iudice, qui scit accusatum ad pœnam capitis, vel aliam quamlibet coram se, immunem penitus à culpa, quæ sibi imponitur; & tamen videt testes paratos ad iurandum falsum, numquid recipiet; aut si recepit iam, numquid per istos condemnabit scienter innocentem? Item quid facient officiales, & executores, qui nouerunt veritatem; & tamen vident illos iurare falsum; & compelluntur mandato iudicis suspendere, vel decapitare innocentem, vel alio modo punire? Hæc quæstio videtur plena periculo: videtur enim omnino, quod nec iudex, nec alij possunt procedere contra conscientiã. Apost. ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est, id est, omne, quod est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Item secundum quosdam omnis homo tenetur ex præcepto illum, qui iniuste ducitur ad mortem, eripere, & [x] liberare, etiã per vim; & secundum oẽs tenentur saltem ad hoc iudices, & prælati. [y] Salomon. erue eum, qui ducitur ad mortem, & ad idẽ. 23.q.3.

[t] *Committendo.*] non commisso. *Aug. ser. 16. de verbis Domini.* Quod si peccatum reiterabile sit, vt fornicatio, & adulteriũ, si aliquis iam illud commisit bis, vel ter, & paratus sit illud reiterare, numquid, qui scierit hoc, tenetur denunciare huiusmodi personis? ℟. credo quod non tenetur denunciare, sed tãtum ad illud denunciandum, ad quod videt aliquem paratum, cum primo incipit incidere ad illud principium. Ratio est Hug. ex Matth. 18.

[u] *Deinde opponitur.*] non video quomodo ex illo titulo efficax posit trahi argumẽtum. *Aug. in quæstionibus Leuitici q.1.c.5.*

[x] *Liberare.*] Vnde Iudæi rei fuerunt mortis Christi, quia nõ liberauerũt eũ, cum potuissent eum liberare, cum timerẽtur propter multitudinem.

[y] *Salom.*] Proverb. 24. erue. &c.

[z] Non

Matt. 18.

Rom. 14.

Proverb. 24.

[z] non

[a] *Non inferenda.*] Ibi dicitur quod qui nō repellerit iniuriam a socio, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. Vnde credo quod qui percuteret clericum cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendo socium, & repellendo vim, non libidine vindictæ, non incideret in canonem.

[a] *Si negocia.*] In istis legibus dicitur quod q impugnatur ab alio tenetur defendere, magis non impugnare.

Ambros. super gēti. immaculati ser. 20. ad vers. [Miserationes tuæ Domine.]

[b] *Minus dubitabit,*] quia nescit factum.

[a] non inferenda & q. 5. reos sanguinis. Si ergo tenetur ab alijs defendere iudex, vel officialis, multo fortius a seipso, sic argumentatur Canon, & leges. 23. q. 6. si non licet. & ff. si seruit ven. altius. & ff. de cōdit. indebiti. frater a fratre, & ff. Mand.[a] si negotia. Contra vr. dicit enim expresse Ambros. quod iudex non debet iudicare secundum suam priuatam conscientiam quā apportauit de domo, sed secundum iura, & allegata & approbata coram ipso, dum sedebat pro tribunali. 3. q. 7. iudicet. 30. q. 5. nullum & iudicantem. Ad hoc dicendum, saluo meliori iudicio, quod iudex, si perpendet quod testes velint deponere contra istum, & prierare debet niti ex officio suo, etiamsi accusatus taceat ad repellendum illos a testimonio, vel quia sunt ignoti, vel infames, vel grauis opinionis, vel opponendo eis aliquam similem causam. 2. q. 7. quærendum, & alieni. ff. de postul. quos prohibet. Si vero non perpendit, quod velint dicere, nec est ei obiectio, quam opponat, tunc cum Iudex debeat esse persona communis, poterit iuramentum eorum recipere, & tunc si in narratione facti inuenerit eos deuiare a vero, subtiliter examinet, & inuestiget, vt per prudentem inuestigationem possit inuenire causam ad repellendum eos, sicut fecit Daniel. Dan. 13. 13. de duobus senibus falso testificantibus contra Susannam, & ad idem. 30. q. 5. iudicantem, si autem nullo modo potest eos repellere, & probant secundum formam iuris sufficienter, hic dicunt fere omnes Doctores iuris Canonici quod potest determinare secundum allegata & probata, non obstante priuata conscientia: nam secundum conscientiam, quam habet vt iudex debet iudicare, quod videtur Dominus dicere in Genes. 18. de sodomitis loquens. Gen. 18. Descendam inquit, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, aut non, & ita, vt dicit gloss. tanquam iudex; nam tanquam Deus omnia nouerat. Item licet sacerdos sciat parochianum in peccato mortali occulto, tenetur tamen illi petenti in publico dare Eucharistiam. de consecrat. dist. 2. non prohibeat. Similiter & Episcopus ordinem. ext. de temp. ordin. ad aures. a simili hic. H. vero & alij dicunt, quod debet delegare causam, si conscientia sua non concordat cum allegatis, & probatis; vt ita alius ignorans factum iudicet intrepide. Sunt etiam, qui dicunt, quod debet remittere causam instructam, & quidquid super ea scit ad superiorem, vt ille iudicet, vel præcipiat ei, vt absoluat illum accusatum. Hanc vlt. approbarem libenter, sed non possum, cum eadem causa mouere debeat superiorem, quæ mouebat eum. Item quia [b] minus dubitabit etiam superior, & cōdemnabit ipsum. Nam iste scit & superior, non nisi per simplicem

c *Confessionem*,] id est, assertionem.
d *Istius*,] iudicis, scilicet inferioris.
e *Remittat*] hoc non videtur tutum; nisi scribat superiori veritatem, quam super hoc nouit: quia eo ipso exponeret innocentem morti. nec credo hoc esse faciendum, & potius debet omnia mala tolerare, quam innocentem scienter ad mortem, vel mulctationē cōdemnare, vel etiam exponere condemnandū.
f *Nō auderem.*] Sed nec ego auderē eū a peccato mortali omnino excusare.
g *Duplicitatis.*] Ne forte iudex pl' vni parti magis fauerit, quā alij, vel non adhibuerit illam diligentiam quā debuit.
h *Non debent.*] Sic credo, quod iudex inferior, q scit veritatem non debet condemnare innocentem, etiamsi præcipiatur ei a superiore iudice, nec est contra ext. de offic. deleg. pastoralis, vbi dicitur quod ordinari' debet exeq sententiam latam a delegato ad mādatū eius, quāuis idem ordinarius sciat esse illam iniustam, nisi possit obtinere ab eodem delegato, vt ab hoc onere absoluatur, quia loquitur ibi de ciuilibus causis, & ecclesiasticis, vbi nullus cōdemnatur ad mortem, & ideo non est ibi tātum periculum, sicut in casu proposito. Nec obstat quod dicit Ambros. quod iudex non debet iudicare secundum suam priuatam cōscientiam quia loquitur de iudice, qui habet conscientiam de factis maleficis, vtpote cum scit aliquem esse reum, priuate non debet eū condemnare, nisi per testes. Vnde procedere debet secundum allegata, & hoc indicat verbū ipsius Domini. Genes. 18. descendam inquit, & videbo, &c. Vnde licet factum illorum optime nouerit, noluit tamen eos condēnare, nisi vt iudex, id est, per testes. Vnde angelos misit per quos dictos maleficos in scelere suo perdidit, & Loth innocētem liberauit. Vnde verbum istud magis est pro nobis, quā contra nos. Nō obstat illud, quod dicitur in ore trium, vel duorum testium stat omne verbum: quia loquitur ibi quātum ad ecclesiā, non quātum ad conscientiam. Vnde iura ecclesiastica magis loquuntur quādoque ad terrorem, vel rigorē, quam secūdum conscientiæ intimitatem, vel veritatem. Vnde si aliquis diceret se velle ducere aliquā vxorem; vt ei carnaliter copulet, numquam consentiat in eam. si sequitur copula præsumitur ab ecclesia ibi esse matrimoniū, tamen in conscientia non est ei alligatus. Vnde breuiter si aliqua iura videntur esse in cōtrarium, loquuntur de causis inferioribus, in quibus non est periculum, vel quantum ad ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, vel quantum

plicem c confessionem d istius, cui non est standum. Consulo ergo, vt deleget alteri, si fieri potest. Sin autem e remittat ad superiorem, vt siue ille ferat, siue præcipiat isti, alleuetur ex hoc conscientia sua, posito etiam, quod secundum primam opinionem aliquis iudicaret cum dolore tamen animi, f non auderem eum condemnare, nisi forte propter ambiguum g duplicitatis, & imponerem ei aliquā pœnitentiam ad cautelam. 23. q. 5. excommunicatorum. 34. q. 2. in lectum.

De officialibus vero, executoribus, & cæteris subditis credo saluo meliori consilio, quod in hoc casu h nō debent obedire, si pro certo sciunt, secus si dubitatur, tunc enim excusatur propter bonum obedientiæ. 11. q. 3. quid ergo. 23. q. 1. quid culpatur. Item quæritur vtrum necessitas in iuramēto promissorio excuset a periurio, verbi gratia, iurauit debitor se soluturum in certo termino, impeditus non potest soluere. Ad hoc dicas quod, si tunc quando iurabat, credebat se non posse soluere, vel credebat quod posset, sed fatue, quia non habebat causam credēdi, tunc in vtroque casu peierabat, quia in primo casu deerat veritas in conscientia; in secundo iudicium. supra eo. §. tria. Si vero ab initio credebat se posse soluere, & probabiliter, non peierabat quantū ad hoc; sed postea si fecit posse suum in vtroque casu, & non potuit persoluere in termino, non est propter hoc periurus ex hac causa, multo ma-

Digitized by Google

quantum ad terrorem: quia si quilibet iudex posset quemlibet ad sui libitum eripere, liberarentur multi nocentes propter corruptionem pecuniæ: Innocentes tamen semper sunt eripiendi, & causæ innocentiæ eorum astantibus exponendæ. Vnde si iubemur nocentes diligere, multo fortius astringimur innocentes nō condēnare. Vnde potius debent omnia mala tolerare, vt dictum est, quam talia mala perpetrare.

i *Excusatur.*] ex hoc habetur, quod necessitas excusat in iuramentis a periurio. Quid de duobus habentibus mēsuram communem, quam consueuerunt portare ad vēdentes bladum, & inde reciperemercedē, qui iurauerunt, quod de cætero non portarent eam, & ex hoc multum damnificati sunt, quia venditores bladi ex hoc prouiderunt sibi de alia mensura, numquid possūt venire cōtra tale iuramentum? Credo quod nō possunt propria auctoritate, nisi ad tantam venirēt inopiam, quod nullatenus haberent, vnde alias viuerent, nisi de eleemosinis. Episcopus tamen absque tanta necessitate posset huiusmodi iuramētum in melius commutare, cum nulli sit vtile, & aliquibus damnosum.

k *Sustulit*:] quia cum mandatur alicui, vt soluat aliquid ad certum diem, & si in præfixo die non soluat, nihilominus tenetur postea soluere, vt dicit Decre. cum dilecti.

l *Obligauerit*,] numquid possunt huiusmodi iuramenta sibi remittere, siue cum iurat vniuersitas, siue cum iurant aliqui se aliquid facturos? R. sicut Magister notauit infra eod. §. Item pone. Si ad fauorem, vel ad cultum Dei, ad religionem, vel pietatem pertinet iuramentum, non possunt remittere; vt si duo iurant, quod ibunt vltra mare militare, aut quod intrabunt religionem, aut qđ dicent duo psalteria, vel tria, aut si pistores, vel aliq mechanici iurēt, quod de lucro suo certam portionem dabunt fabricæ alicui' ecclesiæ, vel in alios pios vsus: Vbi tamen aliqui iurant, q ibunt vltra mare simul, non nego, quin possint remittere sibi, quod simul non vadant, sed non possunt remittere sibi, qđ non vadant; quia duo iuramenta sunt, scilicet quod vadant, & simul vadant. Quando autem iuramentum respicit tēporale commodum, distingue; quod absque iuramento tenentur facere quod iurant, & non possunt sibi remittere; quia propter salutem animarum videtur sic iuratum: vt si carnifices iurant, quod non vendent carnes infectas, vel corruptas, pro sanis, & mercatores, quod non falsificabunt merces suas, aut vendent carius propter tempus. Si autem non tenentur seruare quod iurant, nisi quia iuratur, distingue; quia si obseruantia iuramenti spectat tātum ad commodum, vel incommodum iurantium, & iurent de damno faciendo, vel non faciendo aliquo alteri ab altero, possunt sibi remittere: vel si iuret quis

alij

gis i excusatur, si misit tempore debito, sed casu fuit amissa in via pecunia. ext. eod. querelam. 23. q. 8. si nulla. de consecr. dist. 1. sicut: si tamen elapso termino posset, & non persolueret, esset periurus: lapsus enim termini non k sustulit obligationem iuramēti, ext. de dol. & contum. cum dilecti.

Itē pone q; vniuersitas alicui' ciuitatis, vel collegij l obligauit se iuramento ad aliquid, mortui sunt iurantes; quæritur vtrum successores sint periuri, si transgrediantur? Videtur quod sic; quia oēs obligationes antecessorū trāseunt ad successores ext. de solut. c. 1. & de vsur. tua. item idem populus est hodie, qui fuit centum annis retro. 7. q. 1. denique. Solutio. dico quod non sunt periuri: obligatio enim iuramenti personalis est, & non transit ad successores quantum ad periculum periurij; ad implendum tamen tenentur. ext. eod. veritatis. & per iura supra dicta.

/ Item aliquis iurauit se seruaturum statuta in ecclesia sua edita; postea fit ibi nouum statutum, iste promittit per idem iuramentum se seruaturum illud, postea frangit, est ne periurus? R. licet transgredi non debeat quod promisit, non tenetur ad illius obseruātiam ex debito iuramenti præstiti. ext. eod. clericus qui iurauit. Hoc autem intelligas sane, quādo scilicet de sta-

Digitized by Google

tutis præteritis factũ fuit iuramẽtum; alioquin, si prætendebat de statutis tam præteritis, quam futuris, tenetur ad istud, etiamsi nullam fecerit postea promissionẽ; dum tamen licitum sit statutum. Item pone quod aliquis iuramento tenetur aliquid facere, petit dilationem, vel absolutionem, & obtinet ab eo, cui tenebatur, quæro vtrum ex toto sit absolutus a iuramento? videtur quod non, quia Deo reddendum est iuramentum. ext. eod. debitores. Solutio. si iuramentum factum est in fauorem Dei, vt per illud intenderet homo se [m] obligare Deo, non potest absolui ab homine, nisi per commutationem in melius, vt supra de voto. §. circa redemptionem. Si vero in fauorem hominis, si ille sponte absoluerit, postea non tenetur ad illud. & idem [n] de dilatione solutionis faciendæ. ext. de spons. præterea. [o] Sed numquid Papa potest aliquem absoluere a iuramento illicito? dic vt supra de votis. §. sequitur videre. Item numquid debitor tenetur propter vim iu-

alij quod faciet sibi domum, vel librum, vel alias operas; & alius iuret quod reddet ei mercedem: vel quando duo socij iurant de cõmunicandis ad inuicem omnibus lucris. Si autem iurant super aliquo dando, vel faciendo, vel non faciendo ad inuicem, vt dictum est: sed aliter iurãt se aliquid facturos, vel nõ facturos, nõ possunt sibi remittere; vt in casu supra dicto de habẽtibus communem mensuram: vel cum iurãt duo socij bonorum, quod nõ negotiabũtur tali, vel tali negotiatione; vel qđ nõ ibũt ad istas nundinas, vel ad alias. Si autem iuramentum respicit cõmodũ, vel incommodũ alienum, distingue; quia si respicit, vel spectat commodũ alienum, obseruationem iuramẽti nõ possunt sibi remittere; vt si iurent mechanici alicuius artis, quod in mercibus x. solidorum non accipient de lucro vltra quam. vj. denarios; vel aurifabri, quod non vendent sua opera, nisi de tali materia, vel sic, purgata; vel fullones pannorum, quod non trahent telas venales vltra certum modum, vel quod non texent pannos de filis tortis ad totum. Si autem obseruatio iuramenti damnosa sit alijs, non est obligatoriũ; vt si iurent sutores, quod nihil facient de nocte de opere suæ artis, vel certis temporibus anni, vt propter raritatem carius vendant opera sua; vel si iurent carnifices propter eandem causam, quod nõ laniabũt per diem, vel septimanam vltra taxatum ab eis numerum; vel fossores vinearum, vel certi laboratores, quod non locabunt operas suas pro minori pretio, quam pro tali; vel quando ciues alicuius ciuitatis habentes vineas, quod non permittent vinum aliunde asportatum vendi in territorio suo, quamdiu vinum illius territorij inueniatur venale pro tanto, vel tãto pretio. licet autem huiusmodi iuramenta non sint obligatoria, quia illicitum est quod iuratur, cum peccatum sit circumspecto iuramento talia facere, vel seruare corrupta intentione, tamen propter reuerentiam sacramenti, & scandalum aliorum, non expedit qđ remittãt sibi huiusmodi iuramẽta auctoritate propria, vel veniatur cõtra ea; sed reuocanda sunt auctoritate Episcopi, vel potius denuntiãda non tenuisse; & pœnitentia imponenda est de temerario iuramento.

m *Obligare Deo.*] Quid si non intendat obligare se Deo, sed tantum homini? Rñ nihilominus nõ põt absolui ab homine, ex quo iurat se facturũ aliquid in fauorem Dei. vnde credo supplendum hic, maxime: sicut si iurasses tibi quod darem Titio. x. in fauorem ipsius Titij, non posses mihi remittere huiusmodi iuramentũ.

n *De dilatione*] solutionis faciendæ cum iuratum fuit, quod certa die solueretur.

o *Sed numquid Papa.*] Ego credo quod non solum Papa, sed Episcopus in iuramentis, sicut & in votis, etiam licita iuramenta potest mutare in melius; cum non magis obliget votum, quam iuramentum; maxime cum iuratur, quod nulli est vtile, & alicui est damnosum; vt si quis iuret, quod non loquetur Martino, vel comedet cum eo, vel intrabit domũ eius, vel recipiet aliquid ab eo, vel non seruiet ei; nisi taliter iurauerit aliquis, vt vitet occasionem peccandi, quam solet incurrere ex familiaritate alicuius personæ. Non obstat, quod dicitur infra. de different. offic. vbi dicitur quod solus Papa potest concedere, quod aliquis veniat contra iuramentum licitum, vel de quo dubitatur, vtrum sit licitum,

Digitized by Google

vel illicitum, neque obstat illud ext. de rescript. constitutus. vbi agitur de certo numero præbendarum iurato a capitulo, & ext. de elect. venerabilem. vbi dicitur quod, & si illicitum fuit iuramentum, debuit Papa consuli super eo: quia ad Papam pertinet discernere, an illud iuramentum fuerit licitum, vel illicitum. Sed ista non obstant, q. illa Decretalis, constitutus. loquitur de iuramento vniuersitatis illicito, q. de licentia Episcopi ꝓstari debuit; & ideo Episcopus dispensare non potuit: & forte in iuramẽto vniuersitatis, propter scandalum non potest dispensare Episcopus, vel mutare in aliud, licet hoc possit in iuramẽto priuatæ ꝑsonæ. Itẽ Decretalis illa, Venerabilẽ. loquitur de regno Alemaniæ, & de eo quũ debet esse Imperator; vnde, cũ sit arduũ negotium, ꝓpter scãdalum, solus Papa interponere potest partes suas in talibus iuramentis; & quod dicit Magister in prædicto titulo, restringendum est ad casus, de quibus exemplificat, & ad consimiles; uel loquitur de auctoritate præstanda ueniendi contra licitum iuramentum, uel dubium præcise sine aliqua commutatione, quod solus Papa potest facere, cuius auctoritas uidetur excepta, in quibusdam iuramentis ad minus. Episcopus ergo, etsi nõ possit simpliciter absoluere a iuramento, potest tamen in melius commutare; nec est hoc uenire contra iuramentum, uel infringere. ext. eod. peruenit.

ramenti, quo se astrinxit soluere debitum excõmunicato, & ita communicare ei; de hoc respondebo infra. de sentent. excomm. §. quid si teneor iuramento.

In summa nota, quod non intelligitur peierare, qui ex licita causa deserit iuramẽtum: verbi gratia, promisimus, & firmauimus nobis inuicem fidem, & pacem, negisti mihi, [p] non teneor postea seruare tibi. ext. eod. peruenit. 2. & sicut. 3. & ita non obstat. 23. q. 1. noli. vbi dicitur quod etiam hosti seruanda est fides promissa: illud enim intelligitur, cum & ipse seruat fidem. Item deposuisti penes me gladium, iurauit q. restituerem quando repeteres, factus postea furiosus repetis, non teneor; immo modo intellecta fuerit illa conditio, si alij seruarent, utrum scilicet de omnibus alijs, an de aliquibus; uel si dubitetur, utrum iuratum sit sub conditione, uel simpliciter? R. ad primum dico quod si alter prædictorũ iurauit, uel intendit sub cõditione iurare quod non portabit huiusmodi mensuram, si reliquus non portaret, tunc reliquo nõ seruante iuramentũ, nec iste seruare tenetur; si autem absolute iurauit in omnem euentum, tunc seruare tenetur, quidquid reliqui faciant. Si autem nescit quomodo iurauit, uel quid intendat? dic, q. si emolumentum mẽsuræ sit commune duobus, a quocumque petetur ex istis, uno peierãte, reliquus nihilominus tenetur seruare iuramentũ; cum nullũ ex hoc faciat ei præiudiciũ. Si aũt solius portantis mẽsuram est emolumentũ, benigne interpretandũ est, quod fidem non seruanti fidẽ seruaturum se non promiserit cum damno suo; & lucro alterius: unde non tenetur seruare iuramentum, si reliquus non seruet. Ad secundum dic similiter, quod cum simpliciter, & absolute, & in omnem euentum iuratum est, quilibet tenetur seruare quod iurauit, quidquid alij faciant: si autem sub conditione, uel ob causam iurare intenderunt, nullus tenetur seruare iuramentum, nisi existente conditione, uel causa, propter quam iuratum est. arg. 32. q. 8. non solum. ext. de condit. appos. uerum. ext. eod. peruenit. salua tamen distinctione, quæ habetur supra de uot. §. poterit autem, vtrum scilicet obligatio tota fuerit posita sub conditionis euentum, uel causæ, cum cæteris, quæ ibi dicuntur; quæ tamen intelligo seruanda in foro causarum, non in foro pænitentiarum, vbi iudicatur de intentione. Ad tertium dic quod, quo modo intelligenda sit illa conditio, si alij seruent; vtrum scilicet, si omnes seruent, uel si aliqui seruent, recurrendum est ad intentionem iurantium in foro pænitentiali, & secundum hoc iudicandum est. Ad quartum, & vltimum dic, quod si iuramentum tantum spectat ad commodum,

[p] *Non teneor.*] Quid in casu prædicto de duobus habentibus communem mensuram, numquid uno peierante, alius uenire potest contra iuramentum? Item numquid multitudine aliqua iurante se facturam aliquid, uel non facturam, duobus, uel tribus contrauenientibus, possunt reliqui contrauenire? Item, quid si qlibet de illa multitudine iurauit aliquid se facturum, uel non facturum sub hac conditione, si alij seruarent, numquid potest non seruare iuramentum, duobus, uel tribus non seruantibus? Item, quid si nescitur quo-

modum, vel incommodum iurantium, & multitudinis medietas, vel maior pars non obseruat iuramentum, reliqui non tenentur seruare; quia iam non extat conditio, sub qua iuratum est: quia quod facit maior pars vniuersitatis, vniuersitas dicitur facere. Si autem medietas, vel maior pars multitudinis ad huc seruat iuramentum, dic q si hoc vergit in damnum seruãtium iuramentum, & in lucrũ nõ seruantium, cum non sit verisimile, quod aliquis iurantiũ voluerit facere cõditionem suã deteriorem, & aliorum meliorem, benigne interpretandum, vt dictum est supra in casu de mensuris. Si autem nullum incommodum patiuntur ex hoc seruantes iuramentum, non est tutum eis venire contra iuramentum, & denunciare poterunt prælato, vt vel cõpellat iurãtes sibi inuicẽ remittere iuramentũ, vel illos, qui non seruant seruare quod iurauerunt. Si autem quod iuratũ est, spectat ad cultum Dei vel religionem, vel pietatem; aut si tale quid iuratũ est, quod teneãtur facere absque iuramento, si dubitetur vtrum simpliciter, & absolute, aut sub conditione iuratum sit, aut si nescitur de quo alij intellexerint illam cõditionem, si alij seruarent, tenendum est certum, & dimittendum incertum; & interpretandum est iurantes obligatos esse per huiusmodi iuramentum, nisi maior pars iurantium transgressa fuerit iuramẽtũ, in quo casu, quasi iam non existẽte cõditione, sub qua iuratũ est, reliqui non sunt obligati ex illo iuramento.

nec debeo reddere gladium, nisi [q] restituta tibi sanitate; ne forte occidas te, vel alium. 22.q.2. ne quis. Item generaliter tibi iuraui, quod starem omnibus mandatis tuis propter iniuriam, quam tibi feceram, tu precipis mihi aliquid inhonestũ, vel importabile, vel adeo durum, vel aspetum, quod si mihi fuisset specificatum, nullo modo illud iurassem: talia enim sem per tacite subintelliguntur in generalibus iuramentis. ext. de elect. causam. ext. eod. veniens, & quintavallis. debent tamen ad cautelam, & ne detur eis occasiõ peierandi, petere auctoritatem ab Ecclesia; vt colligitur ex eisdem Decret. Item aliud nota, quod si iurans, vel recipiens [r] dolum adhibeat, semper debet referri iuramentum ad intentionem illius, qui nõ adhibuit dolum, vel artem. 22.q.5. quacunque, & §. si ergo. & c. qui peierare, & §. ex his. Deus enim duplicitatis aspernator simplicem intentionem considerat vtriusque, tam ex parte recipientis, quam ex parte dantis; verborum artẽ aspernatur, & odit, vt in præallegato. §. ex his. in fin. item ream linguam nõ facit, nisi rea mens. 22.q.2. homines. in fin.

[q] *Restituta.*] Argumentũ, q si iuraui aliquid, & emergat casus inopinatus, de quo si cogitassẽ, & aduertissem, nullo modo iurassem, non teneor illo iuramento. Item est argumentum, quod si aliquid circũscripto iuramento est peccatum, vt est dare gladiũ in manu furiosi, si iuretur nõ est obligatorium iuramentum.

[r] *Dolum.*] Hoc intelligo de dolo malo; quia si quis extorquet a me iuramentum per violentiam, quod ego non teneor præstare, & ille peccat extorquendo, si ad eludendam eius malitiam vtor verbis duplicibus intelligens in alio sensu, quam ille intelligat, nõ credo me peierare.

De men-

De Mendacio, & Adulatione.

[a] *Quoniam periurii,*] &c. & infra.

[b] *Falsa significatio*] secundum legē, falsitas est commutatio veritatis. authen. de fide instrum. in princ.

[c] *Contra mentem ire,*] id est dicere, vel facere aliquid contra id, quod est in conscientia.

[d] *Strictius*] qa restringit sermonem.

[e] *Loquitur,*] siue dicendo falsum, siue verum.

[f] *Vtrumque*] dictionem falsam, & dictionem veram cum intentione fallendi.

[g] *Excedenter,*] id est, vt excedentia, & excessa, qualia sunt, album, & grammaticum; quia aliquod est albū, quod non est grammaticum, & e contra.

[h] *Doctrina religionis*] religionē hic appellat fidem, articulorū, qua ligamur Deo.

[i] *Nulli prosit,*] ad suæ iustitiæ conseruationē; quod dico, quia testis falsus in causa criminali, siue contra reū, siue pro reo dicat testimoniū, prodest reo ad euadendam pœnam debitam, vel accusatori ad euadendam pœnam calumniæ.

[k] *Prodest alicui*] tēporaliter, ne amittat rem tēporalem, quæ duceret in iudicium.

[l] *Corporalem.*] Quod contingeret,

[a] QVoniam periurium fundat in mendacio, post iuramentum, de mendacio aliqua supponamus. Videndum igitur qd sit mendacium; in quo differāt hæc tria, mentiri, dicere falsum, & mendacium; quot sint genera mēdaciorum; quando dicatur mortale, & quādo veniale: vltimo de aliquibus dubitabilibus.

§. 1. Mendaciū est, vt ait Aug. [b] falsa significatio vocis cum intentione fallendi. 2 2. q. 2. §. Ille ergo. Mentiri est [c] cōtra mentem ire, & hoc secundū ethimologiam vocabuli. [d] Strictius nō accipit Aug. dicens: Is, qui mentit, cōtra id, q̄ animo sentit [e] loquitur voluntate fallendi. 2 2. q. 2. is aūt.

§. 2. Dicere falsū, est dicere aliquid esse ita, q̄ non est ita, non distincto, an intendat dicere verum, an falsum. Mendacium comprehendit [f] vtrumque, q̄ patet ex definitione: Mendacium est falsa significatio vocis; ecce falsum; dicere cum intentione fallendi; ecce mentiri. & ita prima pars definitionis comprehendit falsum dicere; secunda mentiri. patet ex his, quod hæc duo, mētiri, & falsum dicere, se habent [g] excedenter, & excesse; quia nō omnis, qui mentitur, dicit falsum; imo aliquando dicit verum, licet ipse intendat dicere falsum: & econuerso, non omnis, qui dicit falsum, mentitur; imo aliquando credit dicere verū, licet dicat falsum. Ergo q̄ mentitur, semper fallit voluntate, licet quādoq. fallatur in facti veritate; & ideo semper peccat; quia reā linguam non facit, nisi rea mens. 2 2. q. 2. homines. in fin. Qui vero dicit falsum non semper peccat; aliquando enim dicit falsum cum intentione fallendi, & tunc est peccatum, & mendacium: aliquando dicit falsum, & credit dicere verum, & tunc, si adhibuit diligentiam debitam, non peccat; sin autem, saltem peccat venialiter. 2 2. q. 2. homines. qui autem dicit mendacium, semper peccat.

§. 3. Vt plene liqueat, q̄ mendacia sint mortalia, quæ venialia. Nota qd Aug. ponit octo genera mendaciorū. Primum mendacium est, q̄ fit in [h] doctrina religionis; vt Christum nō esse natum de virgine, vel nō esse passum, & simile circa articulos fidei. Secundum, q̄ aliquem lædit iniuste, q̄ tale est, vt [i] nulli prosit, & obsit alicui; vt mēdacium detractionis, & falsi testis in causa criminali. Tertium q̄ [k] prodest alicui, ita vt obsit alteri, quamuis non ad immunditiam [l] corporalem;

Aug. lib. de mēdacio c. 14.

Digitized by Google

ret, si per tale testimoniū coniungerentur matrimonialiter cō sanguinei, & affines.

[m] *Libidine*] & hoc appellatur ab Augustin. merum mendaciū.

[n] *Placendi*,] id est, p suaue eloquium.

[o] *A primo recedit*.] Contra, videt quod minus peccatū est septimum mendacium, quam octauum. R, nō attenditur recessus iste quātum ad ordinem hic positum, sed quātum ad qualitatē primi mēdacij, quod est in religione fidei: nec dicitur hic, quod quāto quodlibet mendaciorumistorū recedit a primo, tanto minus est peccatū, sed quanto mētiens plus recedit. vel dic quod tria vltima non differunt, nisi secundum qualitatem facti, & reputantur pro vnico mendacio. vel dic quod in homicidio vitādo, potest haberi respectus tantum ad salutem corporis; ne ille interficiatur: & sic est de septimo genere illud mendacium. vel potest haberi respectus, ne iste interficiat, vel ne interficiēdus, moriatur in peccato; & tunc mēdacium pertinet ad octauum genus; quia habetur respectus ad salutem animæ: & sic cessat obiectio; quia idem mendacium, & de eodem erit in septimo, & octauo genere, secundū diuersos respectus. vel dic, q octauū mendacium locum habet tantum, quādo timetur, ne immūditiam corporalem sequatur immunditia cordis, propter fragilitatē, & pruritum carnis: quæ autem dicit hic magister noster, scripta sunt ab Aug. 22. q. 2. primū.

Aug. Ps. 5. ad vers. perdes oēs qui loquūtur mēdacium.

vt mendacium testis in causa pecuniaria. Quartum, q fit causa sola mentiendi, fallendique [m] libidine; q a sine causa, & vtilitate. Quintum, qđ fit [n] placendi cupiditate, vt mendacium adulationis. Sextum, quod nulli obest, & prodest alicui ad euitandum periculum pecuniæ; vt si quis sciens pecuniam alicuius iniuste tollendam a fure, vel prędone, vbi sit nescire se mentiat. Septimum, q nulli obest, & ꝑdest alicui ad euitandum periculum ꝑsonæ; vt si mentiatur nolens prodere hominē ad mortem quæsitum. Octauum est, q nulli obest: & adhoc ꝑdest, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur; vt si volenti corrumpere virginem mentiatur eam esse coniugatam. In his autem tanto minus quisq. peccat, cum mentitur, quanto magis [o] a primo recedit.

Fit etiam magistraliter ex verbis eiusdem Augustin. alia distinctio breuior, & tñ plenior: quia mendaciorum aliud pernitiosum, siue malignitatis; aliud officiosum, siue pietatis; aliud iocositatis. 22. q. 2. ne qs. primū membrum huius vltimę distinctionis cōprehendit quīque genera primæ distinctionis præcedentis. secundum tria genera vltima ei[9]dem distinctionis primæ. Tertium, scilicet iocositatis, addit. Restat videre quādo mendacium sit mortale, & quando veniale: videntur enim auctoritates multę expresse dicere, qđ semper sit mortale. Psal. 5. perdes oēs, q loquuntur mendaciū. Item, [p] os, q mentitur, occidit animam. Item [q] Aug. nec artificioso mēdacio, nec simplici verbo oportet quemquam decipere; quia, [r] quomodolibet mentiatur quis, occidit animā. Ad hoc dicas cum Aug. q omne mendacium est peccatum. 22. q. 2. mihi autem nō absurde vr, omne quidem mendaciū esse peccatum. Item omne mendacium pnicioſum, id est, q nocet proximo, & q cōprehenditur in quinq; generib[9] primæ distinctionis, est mortale. 22. q. 2. primum. & ne quis. Mendacium vero officiosum, id est, quando nulli obest, & prodest alicui, vt in tribus vltimis generibus primæ distinctionis, veniale est secundum omnes in homine perfecto: & idem de iocoso mendacio. 22. q. 2. ne quis. Sed in hoc est opinio; quia quidam dicunt officiosum

[p] *Os, quod mentitur*.] Sapient. 1. & loquitur de pernicioso mendacio.

[q] *Augustin*.] 22. q. 2.

[r] *Quomodolibet*.] supple, pernicioso.

[s] *Pro-*

Aug. in Enchyrid. cap. 18.

Digitized by Google

cioſum mendacium, maius peccatum, quã iocoſum; quia fallit proximum, licet non noceat; quod non facit iocoſum. Alij vero dicunt contrarium, ſcilicet, quod officioſum ſit minus peccatum, quam iocoſum; quia [f] prodeſt proximo, q̃ non facit iocoſum. In homine autem perfecto, id eſt clauſtrali, q̃ ex toto renunciauit mundo pro Chriſto, [g] dicũt quidam idem, ſcilicet quod vtrumque, tam officioſum, quam iocoſum, ſit in eo veniale, ſed tamen grauius, quam in imperfecto. [x] Alij dicunt q̃ mẽdacium officioſum ſemper eſt mortale in homine perfecto; iocoſum vero veniale. Sed quare ſecundum iſtos, non eſt ei potius mortale iocoſum, quod nulli prodeſt, quã officioſum; quod prodeſt alicui? Reſpondent: [a] quia illud non fit ex animo; ſed iſtud ſic: & per iſtud intendit decipere, per illud non. Prima opinio humanior eſt, & mihi magis placet: quod tamen dictũ eſt de iocoſo mendacio, intelligendum videtur, quando non fallit: nouit enim ille, cui dicitur, iocandi cauſa fuiſſe dictum. ſic videtur dicere Auguſt. 22. q. 2. ne quis. & hoc etiam intelligas, niſi dicatur ex quadam placentia, ſiue delectatione, quam inde habeant: [y] nam tunc poteſt dici mortale. [z] Aug. nullũ peccatum adeo veniale, [a] q̃ non fiat criminale, [b] dum placet; & idem, ſi ſcienter ducit [c] in conſuetudinẽ. arg. 25. diſt. vnum in fine. & §. alias ea demum. Item ad id, quod dictum eſt ſupra, mendacium adulationis eſſe mortale, contradicit Aug. numerans illud inter venialia. 25. diſt. §. alias ea demum. Sed dic quod tribus modis adulatur quis; attribuendo alicui bonum, quod non habet; approbãdo malum, q̃ habet; & ſuperextollendo bonum, q̃ habet. In primo caſu, & ſecundo credo eſſe mortale; ſed in ſecũdo grauius. 22. q. 2. primum. 46. diſt. ſunt nonnulli. & clericus. 1. In tertio caſu veniale; vt in præallegata auctoritate Auguſt. §. alias ea demum. Quidam tñ dicunt in primo caſu eſſe veniale. Solet dubitari, quid agendum ſit ei, a quo quæritur aliquis occidendus, quem ipſe ſcit in domo ſua latitare, vel etiam in alio loco. nam videt iſte perplexus: ſi manifeſtat eum, timet crimen ꝓditionis, & homicidij, cui videbitur dediſſe cauſam, oſtendẽdo perſonam; timet etiam peccatũ illorum, qui occident eum; & ſic grauius morientur in anima: q̃ etiam timet in latitante, ſi forte eſt in mortali, & moriatur impœnitens. ſi vero nõ manifeſtat formidat ipſum mendacium, ſuper quo videtur nullum poſſe adhibere remedium. Solutio. plane

Aug. Pſ. 5 ad verſ. [Perdes omnes, qui loquũtur]

nihil requiritur supra

[f] *Prodeſt proximo.*] Iocoſum etiam poteſt ꝓdeſſe proximo, quod profertur ad recreationẽ illius, vel conſolationem, cui dicitur; & forte nullum eſt peccatum, quando ille, cui dicitur, ſcit iocandi cauſa fuiſſe dictum.

[g] *Dicunt quidam*] de iocoſo, credo quod eſt veniale in eo, ſi illud dicat ex delectatione. de officioſo potius credo, quod non ſit ei peccatum.

[x] *Alij dicunt*] quorum dura eſt ſententia.

[z] *Quia illud*] ſcilicet iocoſum mendacium veniale eſt in homine perfecto.

[y] *Nam tunc.*] Hoc intelligo, quando illa placentia, vel delectatio præponit dilectioni Dei, & obſeruationi mãdatorũ eius; nec enim delectari in creatura ſub Deo, mortale eſt, etiã homini perfecto.

[a] *Auguſt.*] 25. diſt. vnum. §. criminis appellatio.

[a] *Quod non fiat,*] id eſt, huiuſmodi actus cõſimilis non fiat criminalis.

[b] *Dum placet*] ita quod illa delectatio præponatur Deo.

[c] *In conſuetudinem.*] ſecun-

Digitized by Google

Aug. lib. de mẽdacio c. 14. dum, quosdam, consuetudo nũquam facit peccatum in aliquo actu, nisi comitetur libido delectandi mortaliter.

[d] *Ait enim.*] 22.q.2.primum est.

[e] *Item ne quis.*] 22.q. 2.ne quis. arbitretur.

[f] *Prò ista temporali vita*] cõseruanda. & expone supra, morte, id est, defectu, & dissolutione, & illud relatiuum, cuius, ad illum ablatiuũ, morte, refertur. vel sic expone, vt sit sensus, qđ non debeat perfectus vir mentiri pro vita cuiuslibet hominis cõseruãda. cui' hominis morte, ideſt, si interficiatur anima sua, id est, perfecti tacentis.

Isidor' in synonymis cap. 10.

[g] *Vel alterius,*] id est, occisi.

[h] *Non occidatur*] quia reuera occisione corporis non occiditur anima. qdã libri habent, occiditur, siue non; & secundũ hoc expone, ꝙ perfectus vir nõ debet mentiri, ꝓ seruanda vita hominis. pro cuius hominis morte, id est, si pro vitatione mortis illius, occiditur anima illius mentientis, vel alterius, id est, illorum, qui peccant illius exemplo. Quidam tamen exponunt, occiditur, id est, læditur per veniale peccatum.

Aug. lib. quæst. sup Gen. c. 42.

videtur Augustꝰ sentire, quod nullo modo quis debeat mentiri, & maxime perfectus, pro vita alterius redimenda: [d] ait enim: ad sempiternã salutem nullus est ducendus opitulãte mendacio. [e] Item, ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem [f] pro ista temporali vita, morte cuius sua, [g] vel alterius [h] non occidatur anima, debere mentiri, taceat; vt sic non prodat, nec mentiatur, [i] nec occidat animam suam pro corpore alterius. 22.q. 2. primum. & ne quis arbitretur. & faciat. Item Isidorus: Omne genus mendacij summopere fuge, nec qualibet fallacia vitã alicuius defendas. 22.q. 2. omne. Item Augustꝰ periculosissime admittitur hæc compensatio, vt nos faciamus malum aliquod, ne alius grauius malũ faciat. dist. 14. quod ait. & ita dicunt simpliciter pleriq. Doctores. Alij dicunt in tali casu [k] mentiendum esse. Ego credo, saluo meliori iudicio, qđ talis debet esse processus. primo debet tacere, vt dicit Augustꝰ. si videtur ei quod taciturnitas sit periculosa; quia ex eo credit interrogans eum concedere illum esse in domo, tunc transferat se in aliam materiam, quasi interrogando eũ de aliquo facto, vel simile. arg. 43. dist. in mandatis. vel respondeat verbum aliquod [l] æquiuocum, vt puta, non est hic, id est, non comedit hic, vel simile aliquod. Ad hoc mouent nos infinita exempla, de quibus pauca dicamus. [m] Iacob dixit patri suo Isaac, se Esau primogenitum, non natiuitate, quia tunc mentiretur, sed iure primogenituræ, quam emerat. [n] Item Abraham rogauit vxorem suam Sarram, vt diceret se non vxorem, sed sororem, cum iret in Ægyptum, ne occideret eum Pharao, propter eam: verum dixit, sed æquiuoce: soror enim dicebatur; quia filia fratris erat. [o] Item Iehu rex Israel, cum sacerdotes Baal vellet interficere, dixit: congregate mihi omnes sacerdotes Baal: Achab seruiuit mihi in paucis, ego ser-

[i] *Nec occidat*] quod contingeret, si mentiretur, & crederet mortale peccatum sic mentiendo; quia tunc faceret contra cõscientiam; & ita edificaret ad gehennam.

[k] *Mentiendum esse,*] id est, potest mentiri aliquis sine peccato; non tamen tenetur. posset tñ forte dici, qđ ex quo sine peccato potest mẽtiri, in hoc casu tenetur illud facere propter vitãdum alienum periculum, animæ, & corporis.

[l] *Æquiuocum*] ex hoc patet ꝙ ad elidendam malitiam alicuius, possumus vti verbis duplicibus, etiam in iuramẽtis, in alio sensu, quam ille intelligat.

[m] *Iacob dixit*] Genes. 27.

[n] *Item Abraham.*] Genes. 22. & 20.

[o] *Item Iehu.*] 4. Reg. 10.

[p] *In*

Digitized by Google

uiam ei in multis. [p] Item in Thobia, Angelus Raphael respondit Thobiæ interroganti quis esset, aut de qua domo: ego sum, inquit, Azarias Ananiæ magni filius: multa etiam alia potes inuenire. 22.q.2. vtilẽ. & quæritur. & §. item opponitur. [q] vel dic simpliciter, quod [r] debet negare, & asserere eum non esse ibi. Si tamen sua conscientia dictat sibi quod ita debeat dicere, tunc non dicet [f] contra cõscientiam; imo sequetur eam, & nullo modo peccabit: nec contradicit in aliquo istis Augustin. quia hic non mentietur, id est, non ibit cõtra mentem: & hoc optime ipse idem Augustin. dicit 22.q.2. primũ. vers. [f] nec se quisquam in recte factis nostris tam male moueri sentiat, vt fiat etiam animo deterior, longeq. a pietate remotior.

Item quæritur circa mendacium pietatis, vtrũ eadem actione quis mereatur, & demereatur. videtur quod sic; vt in hoc, q̃ est mendacium, demereatur, & in hoc, quod est pietatis, mereatur: hoc etiã videtur aperte exemplo [u] obstetricum, quæ ex pietate, qua intendebant non occidere pueros Hebræorum ad mandatũ Pharaonis, merebantur prẽmia æterna; sed quia mentiebantur [x] dicendo Pharaoni se interfecturas, demeruerunt: vnde prẽmiũ æternum pro pietate [y] debitum, mutatum est eis in temporale, vt ait Augustin. 22.q.2. [z] si quælibet. E cõtra, videtur quod eadem actio non possit contraria operari. ext. de bapt. & eius eff. maiores. dist. 57. si quis. Hoc relinquo [a] disputationi:

q̃ pparabant se ad gratiam recipiẽdã per illam piã intentionẽ.

[x] *Dicendo*] nõ dicit littera exod. quod hoc dicerent; sed quod, antequam venirẽt ad mulieres Hebræorum, pallebant.

[y] *Debitum*,] ex condigno, si erãt in charitate; si non, debitum, id est, quod eis deberi potuit.

[z] *Si quælibet*] ibi dicitur: nam benignitatis earũ merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, pro admissa culpa mendacij in terrenam recompẽsationem est declinata.

[a] *Disputatimi*] credo quod non potest esse, quod eadem actio possit esse meritoria, & demeritoria; sed bene potest esse, quod aliqua pia intẽtio concomitãs illam actionem, sit meritoria, id est, ad gratiam percipiendam, præparatoria; & e contrario, qđ aliqua actio sit meritoria vitæ æternę, & aliqua praua intentio concomitans sit demeritoria, ideſt ad gratiam amittendam præparatoria, qua amissa, cadit homo in demeritum.

[p] *In Thobia.*]6.

[q] *Vel dic.*] alia responsio.

[r] *Debet*,] id est, tenetur.

[f] *Contra cõscientiam*] duplex est conscientia; conscientia veri, cõtra quam dicit, & conscientia dicendi, cõtra quã non facit sic dicendo, ex quo dictat ei conscientia, quod debeat sic dicere; conscientia enim dicendi dupliciter dicitur: Vno modo conscientia eius, q̃ debet dici de necessitate: alio modo, q̃ debet dici de honestate. Sic etiã conscientia non dicendi dupliciter accipit: vno modo, quod verum debet dici, & alio modo, quod non debet dici: & in vtroque verbũ dicẽdi potest intelligi vel de necessitate, vel honestate.

Aug. lib. de mẽdacio c.14.

[c] *Nec se*] quasi dicat: quamuis dicam, q̃ non est mentiendũ propter salutem alterius, non propter hoc debet aliquis minus opera pietatis exercere.

[u] *Obstetricum.*] Exod.1. merebãtur præmia ex condigno, si erant in charitate; si non merebantur, id est, ad mereudum se præparabant,

Aug. lib. de mẽdacio cap. 2.

Digitized by Google

De Sortilegis & Diuinis.

[a] Dixinus,] &c. & infra.

[b] Sors est.] alio modo dicit sors hæreditas, vel portio hæreditaria, eo quod per sortes solebant distingui hæreditatum portiones.

[c] Numquam.] 1.q.1. numquam

[d] Pytonissa.] 1. Reg.28.& 26. q. 4. igitur. dicitur quod ars Pytonica dicitur a Pytonio Apolline inuentore illius artis.

[e] Necromantia.] Hoc dicit Augst.26.q.5. nec mirum.

[f] Auspicium] de his habes.26. q. 4. igitur.

[g] Item magi] alias magi dicũtur malefici.26. q.5. nec mirum.

[h] Aurarum,] id est horarum. vel Haruspices dicuntur ab inspectione ararũ, siue a diuinatione facta circa aras dæmonis.

[a] Dixinus de periurio, quo quis peccat in Deum. consequenter est agendum. de Sortilegis, & Diuinis, qui, quod Dei est proprium, videlicet futura prædicere, sibi falso, & illicite ascribentes, innumerabiles animas trahunt ad inferos. Videamus igit quid sit sors, quæ species diuinationis, quæ diuinatio prohibita, quæ permissa, qua pena sint sortilegi, vel diuini puniendi.

[b] Sors est ars diuinandi. Diuinatio autẽ proprie in malo accipitur, prophetia vero in bono. Micheæ. 3. Iudices in muneribus iudicabant, Sacerdotes eius in mercede respõdebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. [c] Numquã diuinatio in bonã partem accipitur; vi debãtur q̃dem sibi Prophetæ esse; sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio, id est, diuinatio eorum, quæ credebatur esse prophetia, declarata est non prophetia. 1.q.1. iudices, & numquam.

Species diuinationis sunt multæ: alia quæ fit per spiritum malignum; vt in [d] Pytonissa, quæ prædixit de morte Saulis: alia pyromantia, quæ fit in igne, & dicitur a πῦρ, quod est ignis, & μαντεία diuinatio: alia aerimantia, quæ fit in aere: alia hydromantia, quæ fit in aqua, ab ὕδωρ; quod est aqua: alia geomantia, quæ fit in terra a γαῖα quod est terra: alia [e] necromantia, qua mortui resuscitati videntur diuinare, & ad interrogata respondere: νεκρὸς enim græce, latine mortuus, ad quos suscitandos cadaueri sanguis addicitur; nam amare sanguinem dæmones dicuntur; ideo quotiescumque necromantia fit, cruor aqua miscetur, & colore sanguinis facilius prouocantur: alia est [f] auspicium, siue auguriũ, quæ attenditur in gestu, volatu, & cantu auium; vnde augurium, quasi auigerium, vel auigarrium, id est auium gestus, vel garritus. Item fit diuinatio sternutationibus, somnijs, & sortibus, quas falso sortes dicunt Apostolorũ, & varia inspectione psalterij, euangeliorum, & aliarum scripturarum. Item sunt mathematici, qui cõstellationes considerant; hi etiam dicũtur [g] magi. Item arioli, qui in aris Idolorũ responsa dæmonum accipiunt. Itẽ haruspices, quasi [h] aurarũ spectatores, q̃ dies, & horas in agẽdis negotijs, operibusq. obseruant. hi etiam exta, siue intestina, & interiora pecudum inspiciunt, & in eis futura prædicunt. Item incãtatores, malefici, & multi alij, quos enumerat Augst. 26. q.4. igitur genus. & q. 5. nec mirum. & Episcopi. Regulariter omnis diuinatio, quocumque

Aug. lib. de duplici natura dæmonum.

Digitized by Google

cumque prædictorum modorum, vel alio simili fiat, prohibita est, & maledicta à Deo; & à sancta Ecclesia, tanquam idolatria, & infidelitas reprobata. Cum enim futura, quæ solius Dei sunt, per tales superstitiones aliqui inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt: [i] Isaias. priora, & nouissima annunciate mihi, & dicam quod Dij estis. [k] Hiere. nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis, non seruietis Regi Babylonis; quia mendacium prophetizant vobis, vt longe faciant vos, de terra vestra, & eijciant vos, & pereatis. Item [l] Leuit. non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Item [m] in eodem. Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponã faciem meam contra eam, & interficiam illã de medio populi sui. Item, [n] non est augurium in Iacob, nec est diuinatio in Israel. Item [o] Apostolus quibusdam talia seruantibus: dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Item Domin[p] ait Discipulis: non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Item [q] August. hæc vanitas magicarum artium, ex traditione malorum Angelorum, in toto terrarum orbe plurimis seculis inualuit, & per inuentiones eorum inuẽta sunt haruspicia, augurationes, & ipsa, quę dicunt, oracula, & necromãtia. Item Aug. 26.q.7. non obseruetis dies, quos dicũt Ægyptiaci, aut Kalendas Ianuarij, in quibus cantilenę quędã, & cõmessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquot menses, aut tempora, diesue, & annos, & lunæ, solisque cursum; quia qui has, & quascumq; diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruantibus, aut talibus credit, aut ad eorum domũ vadit, aut in sua domo introducit, vt interroget, sciat se Christianam fidem, & Baptismum præuaricasse, & vt paganum, & apostatam, id est, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurrere, nisi ecclesiastica pœnitentia emendat[9] Deo reconcilietur: Dixit enim [r] Apostolus: siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, [s] in quo viuimus, mouemur, [t] & sumus. Quid plura? hæc omnia cõdemnat, & abhorret sancta catholica Ecclesia, vt 26.q.2. & q.5. per totum, et q.7. non licet, & quatuor c. seqq. ext. eod. per totum. Sed cõtra supradicta obiicitur, quod Iosue.7. præcepto Domini sortibus exquisiuit peccatum Achan, quod commiserat sumens furtiue regulam aureã, & chlamydem coccineam de anathemate Iericho. Item [u] Saul sorte deprehendit Ionathan filium suum comedisse fauum mellis

Aug libr. de diuinatione dæmonum. cap. 3.

Aug. in benchirid. cap. 79.

[i] *Isaias.*] 41. ad idem, facit Isai. 8. ibi. & cum dixerint ad vos. &c.

[k] *Hierem.*] 27.

[l] *Leuit.*] 19. hoc habet Deuter. 18.

[m] *In eodem.*] Leuit. 20.

[n] *Non est augurium.*] Numer. cap. 23.

[o] *Apostolus.*] ad Galat. 4.

[p] *Ait.*] Actorum 1.

[q] *August.*] 26. q.2. qui sine saluatore.

[r] *Apostolus.*] 1. Corint. 10.

[s] *In quo viuimus.*] Actor. 17.

[t] *Et sumus.*] hucusque verba August.

[u] *Saul.*] 1. Reg. 14.

mellis contra edictū, quod ipse posuerat. Item Ionas cum fugeret à facie Domini sorte à nautis deprehensus est. Itē [x] Matthias sorte in Apostolatum, & Iudæ successorem electus est. Item ait [y] August. sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. Ad exempla obiecta, dic quod ante Euangeliū hęc, & multa alia permittebantur, quæ tempore perfectioris disciplinæ penitus sunt eliminata. 26. q. 2. §. his itaque. Item sicut ait [z] Hieron. priuilegia singulorum communem legem facere non possunt. Ad illud August. dicas quod sors non est aliquid mali, verum est in sua natura; tamen prohibetur, quia propter assiduitatem labitur [a] talis in idolatriam, sicut de iuramento, & periurio. supra de iuram. & periu. §. causa institutionis. vnde si esset causa honesta, & subesset necessitas; vt si esset contentio de electione aliquorum, & esset paritas vtrobique in omnibus, credo q̄ exēplo Matthię [b] possent fieri sortes, & hoc ait Beda dicens: Si qui necessitate aliqua compulsi Deum putent sortibus exemplo [c] Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse. 26. q. 2. nō exemplo. Item cum quædam ciuitas esset obsessa, & dubitaret clerus, qui deberent fugere, & qui manere, consultus Augustinus respondit, sorte illud esse dirimendum. Item non condemnātur hic rustici, qui seruant tempora ad seminādum, vel arbores incidendas, vel similia, quæ certam, & naturalem habent rationem, quare ita debeant fieri. Item de Physicis circa medicinas dandas, & similia, de quibus certa, & manifesta ratio reddi potest secundum physicam, pbantur hæc. 26. q. 2. illud. vers. ad hoc etiā [d] genus, &c. & eadem causa. q. 7. nonobseruetis. vers. inutiliter, & [e] sine causa. &c. Item si aliquis, vel aliqua medicinalem herbam colligit cum symbolo diuino, vel oratione Dominica, vel [f] scribit in charta symbolum, vel orationem Dominicam, vt ponat

Item si singultiendo dextera manu pollicem teneas. Item si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis, aut puer medius interuenerit. Item limen calcare, cum ante domū suam transit, ad lectum redire, si sternut auerit dū se calceat. redire ad domū, si procidens offenderit. Item si ex constellatione, qua nascitur puer, actiones, vel actionum procedere credantur euentus.

Beda sup act. Apost. c. 1.

[u] *Ionas.*] 2.

[x] *Matthias.*] Actor. 1.

[y] *August.*] 26. q. 1. sors non est.

[z] *Hieronym.*] 26. q. 2. nō exēplo.

[a] *Talis.*] id est, sortilegus.

[b] *Possent fieri.*] non credo quod hodie locū habeat sors in electionibus, quia ext. de sortileg. Ecclesia vestra. in fine. dī. vsum sortis in electionibus perpetua prohibitione damnamus. Si etiam paritas esset in omnibus in electione, non valet hodie, nisi esset facta à maiori, & saniori parte capituli. ext. de elect. qa propter.

Aug. ps. 30. conf. 2. in manib' tuis sortes.

Hieron. super Ionam cap. 1.

[c] *Apostolorū*] Act. 1.

[d] *Genus*] ibi dicitur qđ ad hoc genus, scilicet superstitionis, pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum disciplina condēnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis, & characteribus, siue in quibuscūq. reb' suspendēdis, vel ligandis, vel soluendis. Item sicut sunt inaures in summo singularum aurium, aut de struthionum ossibus, aut ansulæ in digitis.

[e] *Sine causa.*] magis ad suam damnationem, quam ad salutem suam tendunt.

[f] *Scribit in charta.*] Ex hoc potest haberi, qđ non sunt reprobanda breuia, quæ

Digitized by Google

quæ sunt in Ascensione, cum non contineant nisi verba Euãgelij; sed superstitiosũ est si creditur, q̃ minus habẽt efficaciæ, si scribantur post lectũ Euangelium, aut post missam, aut alia die, quã cum proferũtur verba Euangelij, quæ ibi continentur: illa autem breuia in quibus scribuntur quidam characteres, & quędam nominna inusitata; quia nomina Dei ineffabilia, & in quibus dicitur: quicumque super se portauerit istud breue, non periclitabitur, sic; vel sic; vel istud, aut illud bonum sibi eueniet, procul dubio reprobanda sunt, nõ portãda; & peccãt, qui scribunt ea, aut portanda docent, aut portant, aut donant ea, aut vendunt; nisi adeo sint simplices, quod ignorantia debeat eos excusare; quæ non excusat si sup hoc fuerint admoniti, & instructi. Sed quid de carminatricib', vel carminatorib', q̃ carminãt infirmos, pueros, & animalia, nũqd peccant mortaliter? R. si nihil superstitiosũ dicunt, aut docẽt, aut faciunt, sed tantum vtuntur licitis precibus, & adiurationib', sicuti p̃ passionẽ, & crucẽ, & similia, non peccant mortaliter, nisi talia fecerint post prohibitionem ab Ecclesia sibi factam. Sed credo, quod prohibendæ sunt mulieres, & viri, qui permulta inutilia, & superstitiosa solent admiscere, nisi forte sit sacerdos; religiosus, & discretus, aut etiã laicus, siue vir, siue mulier excellentis vitæ, & probatæ discretionis, qui fusa oratione licita super infirmum, non super pomum, aut pyrum, aut cingulum, & similia; sed super infirmantes manus imponant iuxta illud Matthæi vlt. Super ægros man' imponẽt, & bene habebunt. Nec huiusmodi personæ sunt prohibendę à talibus, nisi forte timeatur, quod ad exẽplum eorum indiscreti, & superstitiosi carminationis sibi vsurpent abusũ, tuentes se exemplo eorum.

ponat super aliquem infirmũ, vt sic in istis tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur, non reprobatur; dummodo nulla alia superstitiosa obseruantia misceatur. 26.q.4. nõ liceat. & 26.q.7. non obseruetis.

§.4. Pœna talium est multiplex; sunt enim infames, nec debent recipi ad Eucharistiam, si notoriũ est peccatũ, sicut nec Histriones. de consecrat. dist. 2. pro dilectione. Item non debent admitti ad accusationem. 2.q.8. quisquis. Item debent excommunicari. 26.q.5. fere per totã. Item si post admonitionẽ, vel excommunicationem noluerint se corrigere, si serui sunt, debent verberibus castigari; si liberi, debent in carcerem includi; vel vtrique sunt de parochia turpiter dehonestati, id est, tonsurati, vel decaluati eijciendi: & hoc potest Episcopus sua auctoritate facere; dum tamen caueat à detruncatione membri, morte, & sanguinis effusione; vel, si necesse sit, inuocet brachium seculare. 26.q.5. contra idolorum. & Episcopi. & dist. 17. nec licuit. secundum leges capite puniuntur. C. de mal. & math. nemo.

§.5. Quid de Sacerdotibus, vel religiosis, quibus vasa, vel ornamenta Ecclesiæ, vel similia furtiue subrepta sunt; vel de laicis, quibus res proprię furto sublatæ sũt, numquid poterunt inuestigare per inspectionem [g] astrolabij, vel simili? Ad hoc dicas secundum omnes, quod si sit ibi inuocatio dæmonum, vel aliud superstitiosum, nullo modo licet; immo grauissime peccat quicumque facit. ext. eod. ex tuarum. vbi cũ quidã, licet iuuenili simplicitate, & bono zelo hæc fecisset, fuit tñ suspensus ab officio, & beneficio. si autẽ talis inspectio fieret simpliciter per astronomiã; non [h] inuocatis dæmonibus, id est,

[g] *Astrolabij.*] Astrolabium est tabula, & instrumentum astronomorũ, in quo respiciunt, & notant cursus syderum, & mot' astrorum.

[h] *Inuocatis dæmonibus.*] numquid istud peccatum facit hominem irrationabilem; vel si quis sacrificet Deo nummorũ,

id est, mammonæ, vel similia faciat, vt dives euadat, nũquid incurrit irregularitatem, aut qui de sacramẽtis Ecclesiæ, Eucharistia scilicet, vel Crismate, vel oleo benedicto, aut aqua fontium facit sortilegium, vel baptizat imagines? R. cũ talia videantur enormia ꝓpter idolatriam, vel ꝓpter enormen superstitionem, licet sint occulta, generant irregularitatem, secundum quosdam; secundum alios vero, non. Vnde in hoc dubio consulendũ est talibus, ꝙ petant dispensationem; non tñ pręciſe dicendũ est, quod aliter non sit eis salus, & absoluẽdi sunt de peccatis, si pœniteant. Si autẽ huiusmodi peccata notoria sint, secundum omnes, indigent dispensatione. Sed de hoc pleni' habetur infra de lapsis, & dispens.

i *Forte.*] Bene dicit, forte, quia credo quod hoc sine peccato fieri non potest.

k *Contrario sensu.*] Et hoc, quia dicitur in illa Decretali, quod ille, de quo agitur, iuit cũ quodam infami ad inuestigandum nec alio superstitioso adiuncto, forte posset admitti. argumento a k contrario sensu prælegatæ Decretal, & 37. dist. si quis autem. & ita dicunt quidam: tamen in eodem decreto dicitur, quod licet quadriuiales artes in se contineant veritatem, tamen, quia nõ sunt scientiæ pietatis, non est eis l studendum.

§. 6. Item quid de Sacerdotibus, qui causa doloris permoti, aut altare vestibus sacris exuunt, aut quilibet alia lugubri veste operiunt, aut consueta luminaria subtrahunt, aut altare, aut Crucifixum spinis circundant. Quid etiam de illis, qui pro viuis scienter cantant missam defunctorum, vel sub nomine illorum, quos oderunt, se retrum cum exequijs mortuorum in medio ecclesiæ ponunt, vel alia similia faciunt, vt illi citius moriantur? Ad hoc dico, ꝙ si aliquod prædictorũ fiat propter odium priuatũ, grauissime peccat, qui facit; & nisi per legitimam pœnitentiã se purgauerit, debet deponi. Si autem propter m causam cõmunem, puta, quia metuit cõtaminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem fidei, vel hostilitatem sustinuit, vel obsidionem, vel diuinorum iudiciorum sententiã n metuit: & ideo, qui tale quid fecit, non dicitur peccare; quia in tali facto plus humilitatis, qua Deus placatur, quam interni liuoris dolositas declaratur. Hoc etiam tenet consuetudo Ecclesiæ, vnde solet cantare: Deus venerũt gentes. & in signum tristitiæ in die Veneris sancti altaria spoliare. Hæc tamen distinctio fallit in ijs, qui pro viuis scienter celebrant officium mortuorum: nam tales, si fuerint detecti, indistincte debent deponi, & ad agendã pœnitentiam, tam ipse Sacerdos, quam qui eum ad hoc incitauit, debent exilij perpetui ergastulo, siue monasterio relegari. hoc totum habes expresse in Cõcilio Toletano. 26. q. 5. quicumque.

§. 7. Quid de quibusdam sceleratis mulieribus, quæ credunt se, & profitentur cum Diana Dea Paganorum,

sumum ecclesiæ, sed 26. q. 2. §. his ita dicitur quod astronomia, & astrologia in desuetudinem apud catholicos abierunt, quia dum propria curiositate nimis erãt his intenti, minus vacabãt his quæ saluti animarum erãt accommodata.

l *Studendum.*] intelligas longo tempore. Potest tamen in his studeri non ad voluptatem, sed ad ea, quæ sunt ibi vtilia, vt ad vsum sacræ scripturæ conuertantur, & vt errores ibi contẽti confutentur, & ne risui pateat, si contra mathematicos velit disputare, vt philosophos, huiusmodi doctrinarum ignarus. 37. dist. qui de mensa.

m *Causam communem.*] supple, faciat hoc aliquis.

n *Metuit.*] supple, non punitur.

o *Irro-*

norum nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierũ equitare ſuper quaſdã beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiusq; iuſſionib⁹ obedire, velut Dñæ, & certis noctib⁹ ad eius ſeruitium euocari aſſerunt, etiam ab illis aliquas creaturas in melius, vel in deterius poſſe immutari, aut in aliã ſpeciẽ, vel ſimilitudinẽ tranſformari. De his dicit Conciliũ Aquienſe, quod nõ a diuino ſpiritu, ſed maligno talia phantaſmata ſimentib⁹ fidelium [o] irrogantur Diabol⁹ enim, cũ animam alicuius per talem crudelitatẽ ſubiugauerit ſibi, transformãs ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies, atq; ſimilitudines, & mentem, quam captã tenet, multipliciter [p] deludit, nec debet aliquis, vel aliqua in tantam venire ſtultitiã, vt credãt hæc oĩa, quæ in ſomnis, & ſpiritu tantum fiunt, etiã in corpore accidere, cum etiã Paulus non audeat [p] aſſerere, quod fuerit raptus in corpore: quicumque ergo talia [q] crediderit; vel [r] aſſeruerit, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior. 26. q. 5. Epiſcopi.

§. 8. Item, cum dictum ſit ſupra fidem nõ eſſe habendam in [s] auguriis, ſortibus, & cæteris [t] ſpeciebus diuinationis, quomodo frequenter eueniunt ea quæ ꝑdicunt; quomodo etiã tales homines ſæpe liberãt ęgros, & imminuunt ægritudines? Auguſt. mouet hanc quæſtionem, & ſoluit dicens hoc fieri permiſſu Dei, vt illi, q hoc audiũt, & vident, ꝓbentur in quali fide ſunt erga Deum; & hoc ꝓbat auctoritate Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetа, aut q ſomnium dicat ſe vidiſſe, & ꝑdixerit ſignum, atque portentum, & euenerit, qđ locutus eſt, & dixerit tibi eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, nõ audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris, q tentat vos Dñs Deus veſter, vt palam fiat, ſcilicet ipſis, qui tentantur, & aliis hominibus, non autem Deo, quia ipſe ſcit omnia, antequam fiant, vtrum diligatis eum, aut non. 26. q. 5. nec mirum circa fin.

quis Kalendas. ſub hoc etiã cõprehenditur obſeruatio dierũ, horarũ, vel menſium ad aliquid inchoãdum, vel non, vel ſciendũ mortem, vel vitam hominum; ꝓſpera, vel aduerſa, & ſomnia, & ſortes Apoſtolorũ, & auguria auium, carmina herbarum; aut pyctaciola ſcripta ꝓ qualibet infirmitate ſup homines, & animalia ponere, ꝑter ſymbolũ, & orationẽ Dñicam; quia talia nihil remedij cõferre pñt; neque animalibus languentibus, claudicãtib⁹, & morbidis quicquam mederi, ſed ſunt laqueꝰ diaboli, & inſidiæ ad homines decipiendos. ſub hoc ẽt comprehẽdũtur dona data in Kalendis Ianuarij boni fati augurio: & hæc omnia habẽtur 26. q. 7. admoneãt & duobus ſequentibus.

Aug. 18. de ciuita. Dei c. 17.

• *Irrogantur.*] dicitur etiã ibi, quia dum hæc vera eſſe credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorũ innoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum Deũ arbitrãtur.

p *Deludit.*] Litera eſt ibi in ſomnis deludẽs, modo triſtia, modo læta; modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendẽs, per quæcũque denia deducit, & cum ſolus ſpiritus patitur, infidelibus hoc non in animo, ſed in corpore euenire creditur, id eſt, corporeo ſenſu percipi.

q *Aſſerere.*] Cor. 12.

r *Crediderit.*] Poſtquam ſuper talibus audierit veritatem.

s *Aſſeruerit.*] pertinaciter.

t *In augurijs.*] quæ ſumũtur in tabulis, & codicibus Pſalterij, vel Euangelij, vel in alijs. ext. cod. c. 1.

u *Speciebus diuinationis.*] & ſub hoc comprehenditur colere Kalendas Ianuarij ritu paganorũ, vel aliquid plus noui facere, ꝓpter nouũ annũ, aut menſem, cũ lampadib⁹, aut epulis præparare. 26. q. 7. ſi

De Ferijs, & festis, & diebus ieiuniorum.

[a] DIctũ est supra de sortilegis, & diuinis, qui ea, quæ sunt Dei quantum in eis est vsurpare præsumunt, consequenter de ferijs solennibus, siue festis, in quibus debitus honor ipsi Deo à plerisq; subtrahitur videndum est. vbi nota, quare dicantur feriæ, qualiter distinguantur, quid in eis agi debeat, vel nõ.

§. 1. Dicuntur [b] feriæ quasi foriæ, eo quod præstant vacationem ab his, quæ agi in foro consueuerunt: vel dicuntur feriæ, quia festiuæ.

§. 2. Feriarum aliæ sunt temporaneæ; vt quæ dantur pro fructibus colligendis, & sunt duorum mensiũ aliæ repentinæ; vt quę dantur à Principe ob rem prospere gestã; vel quia deuicit Saracenos, & hęreticos; vel quia natus est ei filius: aliæ solennes, siue festiuæ. Primas autem duas species relinquẽtes [c] laborantibus in mundo, aut disceptãtibus in foro, de tertia prosequamur. Sunt ergo feriæ solennes, siue festiuæ præcipuæ festiuitates per circulum anni, videlicet Natiuitas Domini, S. Stephani, Sancti Ioannis Euãgelistæ. Octaua Dñi. Epiphania, Purificatio S. Mariæ, sanctum Pascha, cum tota hebdomada, Rogationes tribus [d] diebus, Ascensio Dñi, [e] Pentecostes cum duobus sequentibus, S. Io. Baptistæ, 12. Apostolorum, & maxime sanctorum Petri, & Pauli, q mundum sua p̃dicatione illuminarunt, S. Laurentij, [f] Assumptio S. Marię virginis, Natiuitas S. Mariæ, Ecclesię dedicatio, [g] S. Michaelis Archãgeli, Dedicatio cuiuscumq; oratorij, & oĩum Sanctorum, S. Martini, & illæ festiuitates, quas singuli Ep̃i in suis ep̃atibus cum populo collaudauerint, q̃ vicinis tm̃ circummorãtibus indicendæ sunt nõ gñaliter oĩbus. [h] Hoc autem intellige de Sanctis canonizatis auctoritate Ecclesiæ Romanæ; q̃a ep̃s nõ posset p se aliquẽ sanctum canonizare. ext. de reliq. & vener. sanct. [i] c. 1. [k] reliquas vero festiuitates p annũ nõ sunt cogendi ad feriãdum, nec ꝓhibendi. Indictum vero [l] ieiunium, qñ fuerit denunciatum, [m] ab oĩbus obseruetur.

Hæc

[a] *Dictũ est supra.*] &c. & infra.

[b] *Feriæ*] pñt dici phœriæ à phares, quod est diuisio, & foro, q̃a diuisio à foro: vel feriæ dicuntur, quia festa Heroum.

[c] *Laborãtibus.*] quia tẽporaneæ dantur pro fructibus colligendis, & præstant immunitatẽ in foro.

[d] *Diebus.*] Isti tres dies nõ obseruantur de cõsuetudine à labore manuali.

[e] *Pentecostes.*] scilicet ipsa dies cum duobus sequentibus.

[f] *Assumptio.*] & omnia festa beatæ Virginis, sicut habet ext. eod. cõquestus.

[g] *Michaelis.*] in monte Gargano.

[h] *Hoc autem.*] Huc usque sunt verba capituli de consecr. dist. 3. pronunciandum.

[i] *C. 1.*] ibi dicitur, quod non licet publice aliquem venerari pro sancto sine auctoritate Papæ, quamuis perplurima fiãt miracula.

[k] *Reliquas.*] hic resumũt verba capituli, scilicet pronunciandum.

[l] *Ieiunium.*] scilicet quadragesimæ, & vigiliarum Apostolorum, & quatuor tempora, & alia solennia ieiunia.

[m] *Ab omnibus.*] qui habẽt adultam ætatem; & credo quod à viginti annis, & supra: quia ea ætate in veteri testamẽto hoĩes reputabantur idonei ad bellandum: nec ante hanc ætatẽ credo aliquem esse compellendum ad hæc ieiunia, nec statim post; quia quidã sunt in vigesimo primo anno, vel vigesimo secundo debiliores, quã alij in decimo octauo. Vnde

in talibus ad arbitrium boni viri recurrendū est. Quid de laborantibus in vineis, fullonijs, aut minis metallorum, cæterisque talibus, vbi opus est magno labore, numquid tenentur ad huiusmodi ieiunia? & si adeo pauperes sunt, quod perseipsos oportet colere vineas proprias, & adeo debiles sunt, quod non possunt laborare, nisi frangant ieiunia: aut si oportet eos locare operas suas, vt prouideāt sibi, & familiæ suæ; quia forte non inuenirēt, q̄ conducerēt operas suas, nisi frangerent ieiunium; nec aliunde sibi prouidere possent: aut si serui sunt, aut rustici, qui debent operas dominis suis, non credo quod peccent mortaliter soluendo huiusmodi ieiunium. Si autem sunt diuites, qui possunt per alios conductos operari, non excusantur: sed si volunt laborare personaliter, ita partiātur laborem, partim ante prandium, partim post prandium laborando, quod non oporteat eos soluere ieiunium. Credo in talibus necessitatem excusare; quia dicit Gregor. de consecr. dist. 5. quadragesima. quod ieiunium quadragesimę non est soluendum, nisi necessitas infirmitatis cogat. & de consec. dist. 3. ieiunia. dicitur ieiunia legitima non esse soluenda, nisi grandis necessitas cogat. Credo etiā quod non tenetur mendicare p̄p huiusmodi ieiuniū obseruandum; cum non consueuerit alias mendicare. De peregrinis ēt, & viatoribus dic, quod si tenentur peregrinari, quia compellūtur exulare, vel ire in exercitum, vel ad præceptum Ecclesiæ ire vltra mare, tempore passagij imminente excusantur à ieiunio, si non possunt commode ieiunare. Si autem non tenentur ad huiusmodi viationem, sed sponte huiusmodi peregrinationem suscipiunt, peccant iter aggrediendo huiusmodi tēporibus ieiuniorum; vel ēt ante, si non credunt quod possunt perficere peregrinationē ante tēpora ieiuniorum; & si credunt q̄ propter laborem oporteat soluere ieiunium: & super hoc monēdi sunt ante quadragesimā à sacerdotibus: & qui sic soluunt ieiunium propter spontaneā viationem, tenentur alio tempore compensare, vel aliter satisfacere ad consilium Ecclesiæ; quia non dimittitur peccatum, nisi &c. & agere pœnitentiam de solutione ieiunij. Si autem aliquis aggrediatur viationē cōtra formam prædictam, licet peccet aggrediendo; si tamen, dum est in via, ex causa necessaria soluat ieiunium, nō peccat, licet ex culpa sua venerit in hanc necessitatē; sicut secundum quosdā (quamuis sit falsum) pollutio nocturna nō est peccatū, vel quod sit tēpore furoris, licet ex culpa p̄cedēte pollutio puenerit, aut furor. De cursoribus diuitū, quorum est vsus, necessarius, credo quod si nō possunt currere & ieiunare, excusantur, si soluunt ieiunium; cum vero morātur cum dñis suis in aliquo loco, aut cum modicum vadunt, ieiunare debēt, nisi forte immineat eis grandis viatio, quam non possint perficere, nisi soluant ieiuniū paucis diebus ante. De seruientibus nobilibus, qui habent seruire ad mensas eorum diutius protrahendas; si ex causa necessaria præueniant aliquantulum horam comedendi ex toto, vel perlibant modicum, ne deficiant in seruitio, & hoc faciunt iam positis mensis, vel parum ante, ita quod propter continuationē temporis, totum debeat reputari vna mensa, credo quod non peccent; sicut nec peccant seruientes mediocriū personarū, qui surgunt de mēsa dñorum suorum, vt vadant ad vnū, vel portent xenia, & reuertentes iterum comedunt. Idem credo de regularibus, qui debēt legere ad mēsam in refectorio, quod dictū est de seruientibus nobiliū; dum tñ hoc faciant licentiati. De nouitijs, & iuuenibus, credo qđ. super soluēdo ieiunio, vel non soluendo, tenētur magis discretioni Prælatorū suorum, aut dispensationi, quā proprio iudicio acquiescere. De mulieribus p̄gnantibus, & nutricibus dic, q̄ si timeatur de periculo earū p̄babiliter, si ieiunarint, vel de fœtu in vtero, vel de puero ad vbera, non solū p̄nt, sed etiā tenētur soluere ieiuniū. Pro quanta aūt infirmitate, vel debilitate solui possit ieiuniū ab infirmis, & debilibus, arbitrio boni viri potius limitandum est, quā per doctrinā aliquā generalē. Si quæratur, vtrū petenda sit dispēsatio super solutione ieiunij; dic, q̄ si constat oībus vicinis de causa, p̄p quam soluendum sit ieiuniū, non est necessariū q̄ petatur licentia, aut dispēsatio: si aūt dubium sit, & illis q̄bus est soluendū ieiunium, & alijs, vtrum subsit causa necessaria, petēda est dispensatio ab Epo loci, si cōmode possit haberi copia eius: si autē timeatur de periculo, si exspectetur Episcopus, sufficit licentia, vel dispensatio proprij sacerdotis: auctoritate enim sua non debet quis soluere huiusmodi ieiunia. Si autem infirmo constat de sufficientia causæ, sed alijs non constat, sed timet probabiliter quod alij scandalizentur, si soluat ieiunium, petere debet licentiam; alias non tenetur.

Hæc ita scripta sunt, & determinata in Cōcilio Lugdunensi, de cōsec. dist. 3. pronunciādum. Item statuit, & præcepit Eusebius, propter [1] festum inuentionis Sanctæ Crucis videlicet, nonas Maij solenniter cele-

1 *Inuentionis festum.*] etiam exaltationis sanctæ crucis similiter celebrandum est.

brari, de conſ. diſt. 3. crucis. & nota qd non fit ibi mentio [m] Annunciationis S. Mariæ, cum tamen ſit celebre feſtũ, nec de Conceptione eiuſdem.

§. 3. De diebus autem Dñicis, certũ eſt inter ſummas, & præcipuas feſtiuitates cõtineri; vnde in Decalogo mandauit Dñs: [o] Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices. ſed forte dicet aliquis, non de die dñica præceptum eſt, ſed de ſabbatho: ad hoc rñdeo, q dictũ eſt de ſabbatho, tenendũ eſt poſt reſurrectionem Dñi de Dominica: ſabbathum enim nõ debemus ab illo tempore colere, ne videamur iudaizare, & prædicatores Antichriſti eſſe. Dominicam autem colere debemus propter honorem, & gaudiũ reſurrectionis dominicę. Greg. Roman. [p] Peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter vos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe; ita vt die ſabbathi aliquid operari [q] prohiberent, quos, quid aliud, niſi Antichriſti prædicatores dixerimus, qui veniens die ſabbathi, atque dominicum ab omni faciat opere cuſtodiri? quia enim mori ſe, & reſurgere ſimulat, habęri in veneratione vult dominicum diem; & quia populum iudaizare compellit, vt exteriorem ritum legis reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiã ſubdat, ſabbathum. de conſ. diſt. 3. peruenit, & in ſeq. cap. ſabbatho. vbi [r] dr: diem Dñicam, ob venerabilem reſurrectionem Dñi nri Ieſu Chriſti, non ſolum in Paſcha celebramus, verum etiã per ſingulas hebdomadas ipſius diei imaginem frequentamus. Item S. Apollonius: die dñica nihil aliud agendũ eſt, niſi Deo vacãdum, nulla operatio in illa ſancta die agat, niſi tm hymnis, & pſalmis, & cãticis ſpiritualibus illa dies tranſigatur. de cõſ. diſt. 3. [s] ieiunia ſane. Itẽ tanta eſt excellentia hmõi diei, quod in nullo alio die põt Eps conſecrari; quod patet, ſicut ait Leo Papa, tum ex cõſuetudine, tum ex Apoſtolorum doctrina, qui tali die [t] impoſuerunt manus Paulo, & Barnabæ ex Spiritus ſancti præcepto, cum mitteret eos ad prędicandum Euangelium: & ſubiungit rationem dicens; quia tantis diuinarũ diſpenſationum myſterijs eſt conſecrata, vt quicquid inſigne à Domino eſt inſtitutum in terris, in huiuſmodi dignitate diei ſit geſtum; in hac mũdus ſumpſit exordium; in hac per reſurrectionem, & mors interitũ, & vita

acce-

[m] *De Annunciatione*] forte propter hoc nõ fit de illa mentio, quia tempore illius Concilij nondum erat forſitan ſolenniter inſtituta.

[n] *Non debet*] quidam tamen dicunt, quod feſtum eſt potius de ſanctificatione eius in vtero, quam de carnali conceptione.

[o] *Memento*] Exodi 20.

[p] *Peruenit*] verba ſunt Gregorij.

[q] *Prohiberent*] arg. contra vota mulierum facta de vacando in ſabbatho. & reuera reuocanda ſunt talia vota, ſi ſuſpectæ ſunt mulieres, quod velint iudaizare: alias non eſt neceſſe; vt ſi hoc faciant propter veneratione beatæ Virginis.

[r] *Dicitur*] etiã ibi quod ſabbatho ieiunãdum eſt.

[s] *Ieiunia*,] Ibi etiam dicitur, q quarta, & ſexta feria ieiunandũ eſt; quod qui nõ facit abſque neceſſitate, vel cũ tradentibus Saluatorem videtur tradere, vel eum crucifigentibus videt crucifigere: quod tñ dicitur in canone de ieiunando in quarta feria, vel ſabbatho, vel locale eſt, vel loquitur de conſilio, vel honeſtate; vt derogatũ eſt ei p contrariam cõſuetudinẽ. De ieiunio quartæ feriæ, credo q ſeruanda eſt cõſuetudo eorum, inter quos viuitur, cum videamus Ciſtercienſes, & plures regulares non ſeruare illud ieiunium.

[t] *Impoſuerunt*] Actor. 13.

Digitized by Google

accepit principium. dist. 75. quod die dominico. Item [x] Sabbathum, quo Dominus dicitur [y] requieuisse ab omni opere, &c. & quod amplius Dominus in lege custodiri [z] præcepit, partim fuit cæremoniale, partim morale præceptum; cæremoniale fuit quo ad hoc, quia erat figura illius [a] sabbathi magni, in quo Christus requieuit postea in sepulchro: morale in hoc, quia erat cessandum ab omni opere seruili, & vacandum orationi, & operibus spiritualibus, secundum quod cæremoniale debuit seruari ad litteram, quousque venit veritas, secundum quod [b] morale semper fuit, & est seruandum: non tamen est in sabbatho solennizãdum ad litteram; ne videamur iudaizare, non credenres filium Dei incarnatum. Apost. ad Colost. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum; Corpus autem Christi, id est veritas huius vmbræ est Christi, id est, ad Christum pertinet, vel [c] significat corpus Christi, vel quod sumpsit de Maria virgine, vel quod est Ecclesia; & multum disputat super hoc Apostolus ad Hebræos 3. & 4. Item Dominus in Ioan. 5. Iudæis quærentibus eum interficere, eo quod hominem sanasset in sabbatho, ait: Pater meus vsq; modo [c] operatur, & ego operor: & hunc intellectũ probat Greg. dicens: hoc, quod per Prophetã, & in lege Deus p̃cepit de sabbatho tenendo, tamdiu teneri potuit, quamdiu legem iuxta litteram licuit custodiri; at postquam venit Christi gratia, præcepta legis, quæ iuxta litteram data sunt, seruari nõ possunt: nã si quis dicit hoc de sabbatho esse seruandum, dicat carnalia sacrificia persoluenda, dicat præceptũ de circumcisione adhuc esse tenẽdum. ext. cod. tit. [d] peruenit. Hoc etiã dicit præallegatũ Concil. Lugdunensi. de cõs. dist. 3. pronunciandum est laicis, vt sciãt, tempora feriandi per annum, id est, omnem diem dominicam à vespera vsque ad vesperam, ne à [e] iudaismo capiantur: quis ergo dubitet iam nõ sabbathum, sed diem dominicum esse colendum, quod per Spiritum sanctum, à tot sanctis patribus statutum est, & obtentum. Lect. 12. p. 3.

[x] *Sabbathum*,] id est, præceptũ de Sabbatho obseruando.

[y] *Requieuisse*] Gen. 1. & 2.

[z] *Præcepit*] Exod. 20.

[a] *Sabbathi*] id est, septimæ ætatis, quę est quiescentium, quæ incipit à passione Christi.

[b] *Morale*] quidam tamen dicunt. quod in illo fuit morale, sed tantum mysticum, vel sacramentale; q̃a in lege Mosaica fuerũt quædam moralia, q̃ perpetuam habent obseruantiã; q̃dam autem mystica significantia aliud, quam in littera videatur significare: & eorum quçdã erant sacramentalia, de quorũ scilicet obseruatione aliqua ratio reddi poterat, vt de sabbatho, & circumcisione; & alia erãt cæremonialia, de quorum scilicet obseruãtia nulla ad litteram reddi poterat ratio; vt: non arabis in boue, & asino: nõ indueris veste lana, linoque contexta. & nec sacramentalia, nec cæremonialia sunt hodie obseruanda ad litteram, sed sola moralia.

[c] *Significat*] veritas huius vmbræ.

[c] *Operatur*] & ita nõ cessat operari sabbatho.

[d] *Peruenit*] nõ est hodie in corpore Decretalium hæc auctoritas, quæ solebat esse. ext. in tit. de constit. & ideo magisterdicit hic, quod est ext. cod. titulo.

[e] *Iudaismo.*] Si propter reuerẽtiam legis sabbathum obseruetur; secus, si propter reuerẽtiam beatæ Virginis, sicut faciunt quædam mulieres. *Ioan. 5.*

[f] *Can-*

f *Canticis spiritualibus.*] non cantilenis amatoriis, & ꝓuocãtibus ad libidinem. Sed numquid peccant choreatrices mortaliter, ducendo huiusmodi choreas, siue in festis, siue in ꝓfestis diebus? R. credo quod sic, si hoc faciunt causa incitandi, vel se, vel alios ad libidinẽ; aut si choreas ducunt de consuetudine, licet non faciãt hoc corrupta intentione, vt dictum est, mortaliter peccant, siue diebus festis hoc faciant, siue profestis; cum inspiciẽtes adeo prouocent ad libidinem, quod dicit Chrysost. in quadam homelia, quod non credit viro, si dicat se illæsum euasisse à spectaculis talium; cum Dauid viderit Bersabee lauantem se, & ad libidinem prouocatus sit. Si autem aliquis, vel aliqua mulier raro, & sine aliqua corrupta intẽtione immisceat se huiusmodi choreis, non audeo dicere quod sit peccatũ mortale; sed nec audeo eum, vel eam assecurare à peccato mortali; cũ ingerat se periculo prouocandi alios ad libidinẽ; & in ipso facto videat approbare choreas, & exemplo suo auctoritatem aliis faciendi præstare.

§. 4. In diebus festiuis debent homines vacare hymnis, & psalmis, & f canticis spiritualibus. de cons. dist. 3. ieiunia. item prædicationi, & virtutibus, & regulari disciplinæ magis, quam in alijs diebus. ext. de vita, & honest. cleric. cum decorem. ext. de statu monach. cum ad monasterium. ext. de fer. licet. Vt autem in istis possint melius vacare, debent abstinere ab omni opere seruili, non solum à peccato, quod proprie seruile dicitur, eo quod g faciat hominem seruum Diaboli, sed etiam à mechanicis, & h agricultura, & ab aliis secularibus, videlicet vt i mercatum non in pastu hominum laborantium, siue animalium; & quod necessitas paupertatis illius, cui hæc fiunt, hoc videatur exigere. In præcipuis etiam festiuitatibus, credo quod, si non sit prohibitum, vel consuetudini loci contrarium, licet aliquid operari circa ædificationem Ecclesiæ, & sacrorum locorum, & ædificiorum, ad opus ministrorum ecclesiæ pauperum, præsertim eorum, qui reditus non habent, vt si oporteat trahi currus ad ferendos lapides, vel in quadrigis afferri ligna, quaaliter cõmode fieri non pñt: & similia; vt si oporteat trãsferri lapides de loco ad locũ, vel si oporteat mundari locũ aliquẽ; ita tñ quod labor huiusmodi non perueniat vsq; ad multã fatigationem, & tædium ex diuturnitate laborandi; quia cũ huiusmodi festa repræsentent quietem æternæ patriæ, & delectationẽ, non credo quod debeat in eis operari, vel laborari per totũ diem, & vsq; ad nimiam fatigationem, vt dictum est: vel propter hunc laborem dimitti audire missam; quia non debent id dimittere, ad quod tenentur, propter id, ad quod non tenentur.

§. Resp. credo quod sic, si hoc faciunt causa incitandi, vel se, vel alios ad libidinẽ; aut si choreas ducunt de consuetudine, licet non faciãt hoc corrupta intentione, vt dictum est, mortaliter peccant, siue diebus festis hoc faciant, siue profestis; cum inspiciẽtes adeo prouocent ad libidinem, quod dicit Chrysost. in quadam homelia, quod non credit viro, si dicat se illæsum euasisse à spectaculis talium; cum Dauid viderit Bersabee lauantem se, & ad libidinem prouocatus sit. Si autem aliquis, vel aliqua mulier raro, & sine aliqua corrupta intẽtione immisceat se huiusmodi choreis, non audeo dicere quod sit peccatũ mortale; sed nec audeo eum, vel eam assecurare à peccato mortali; cũ ingerat se periculo prouocandi alios ad libidinẽ; & in ipso facto videat approbare choreas, & exemplo suo auctoritatem aliis faciendi præstare.

g *Faciat.*] Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati.

h *Agricultura.*] ad opus propriũ. Sed qd de illis, q diebus festis tñ ꝓ Deo arãt agros pauperũ; vel alias laborãt ad opus eorũ, vel quadrigãdo, vel alio modo, nũquid peccãt? credo quod in dominicis diebus, vel præcipuis, & maioribꝰ solẽnitatibus, scilicet festis Christi, & B. Virginis, aut die passionis Apostolorũ Petri, & Pauli talia nõ liceat fieri: de cæteris aũt festiuitatibus, & diebus feriarũ, & Paschæ, & Pentecostes, quo ad hoc credo qd liceat consuetudinẽ regionis sequi, quam scit Eps loci, & nõ reprobat. Si autem dubitetur vtrũ Eps talia sciat, & sustineat, referre debet sacerdos loci ad Epm, vt super hoc certificetur ab eo. Ad hoc autẽ, vt talia licite sustineantur, aut fiant, oportet quod pro huiusmodi labore nõ reuocentur laborantes ab audiendis diuinis, quæ tenentur audire; & quod principaliter talia fiant propter Deum, & non affectum carnalem, aut spem remunerationis terrenæ, siue

i *Mercatum.*] numquid peccant mortaliter, qui vadunt ad mercata, quæ fiunt die dominica, vel aliis festis, maxime præcipuis? R. si aliquis hoc faciat pro sua necessitate aliquãdo, non consuetudine, non credo quod peccet mortaliter; si autem ducat in consuetudinem, aut huiusmodi faciat ex improba cupiditate lucrandi, sicut faciunt mercatores, qui propter frequentanda mercata, aut nundinas, vix, aut numquam intrant ecclesias, credo quod peccent mortaliter. In locis autem illis, vbi inhibita specialiter sunt ab Episcopis huiusmodi mercata, vel nundinæ, peccat, qui contra hanc inhibitionem facit: & si Episcopus excommunicauit omnes, qui veniunt ad huiusmodi mercata prohibita, etiamsi aliqui de aliena diœcesi scienter venerint, incident in illam excommunicationem; cum ratione delicti efficiantur de iurisdictione illius Episcopi. Mercata tamen, quæ fiunt de victualibus necessarijs ad diem qualemcumque solennem,

Digitized by Google

fiat, nec [k] placitū, nec aliquis ad mortem iudicetur, vel ad pœnā, nec sacramenta p̄stent nisi p̄ pace faciēda, vel alia necessitate. de cō- sec. dist. 3. rogationes, ext. eod. omnes. 15. q. 4. c. 1. 2. & 3. Item de his mechanicis, & se- cularib⁹ expressit Dominus Exod. 20. in- mandato, dicens: sex diebus [l] operaberis, & facies oīa opera tua, septima autē die sab- bathum est Dñi Dei tui: Non facies vllum opus tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tu⁹, & ancilla tua, iumen- tum tuum, & aduena, qui est inter portas tuas. Item non debe- mus [m] flectere genua, nisi in duobus casib⁹; vnus, cum celebratur Epi consecratio, vel ordinatio clericorum; tunc enim consecrās, & consecratus tm̄ ge- nua flectere possunt. secundum quod mo- dus consecrationis re- quirit; alius, cum quis ex deuotione in secre- to vult flectere ge- nua. ext. eod. quo- niam. potest addi ter- tius modus, scili- cet, cum ex deuo- tione flectit quis ge- nua in eleuatione Corporis Christi, quod etiam obtinet de consuetu- dine. *l. 1. 12. p. 4.*

§. 5. [n] De ieiunio autem, quia quædam iura videntur prohibere, quædam vero videntur permittere, dicit Hieron. quod vnaquæque pro- uincia abundat in suo sensu. dist. 76. vtinam omni tempore ieiunare [o] pos- semus. & Aug. interroganti pro ma- tre sua [p] respondit Ambr. Cum Ro- mam venio, ieiuno Sabbatho; cum Mediolani sum nō ieiuno Sabbatho: sic & tu, ad quamcumque forte Ec- clesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. Quando autem de- bemus [q] incipere festum, vel finire? regulariter dicitur, quod à vespera in vesperam. ext. eod. omnes. Tamen fe- storum initium, & finis iuxta eorum qualitatem, & iuxta diuersarum re- gionum consuetudines considerari debent; & sicut magnitudo dierum exigit celebrari, sic prius incipere, & tardius debere terminari vera ra- tione videtur. ext. eod. quoniam.

Hieron. ad Lucinium epist. 28.

Aug. ad Ianuariū epist. 119. cap. 1.

§. 6. Item, numquid tenet sen- tentia, vel processus iudicialis, quis in prædictis feriatis, ob diei reue- rentiam, diebus exercetur? dico. quod non, etiamsi partes consen- tiant, nisi necessitas vrgeat, vel pie- tas suadeat; & hoc in diebus [r] expres- sis. ext. eod. conquestus, quem requi- re inter nou. const.

§. 7. Quid si vrgeat necessitas, vel arare, vel fructus colligere in diebus dominicis, & alijs festis, propter periculum hostium, qui in alijs diebus caperent, vel occide- rent eos? Satis videtur quod tunc

nem, de pane, vi no, carnib⁹, gal- linis, anseribus, & huiusmodi, non credo esse illicita, aut faci le prohibenda; dum tamen p̄- pter hoc non se subtrahant à di uino officio.

k *Placitum.*] nisi hoc exigat necessitas, aut suadeat pietas. vt ext. eod. con- questus.

l *Operaberis.*] arg. quod ope- rari est in præ- cepto, quantum ad dies p̄festos, quod bene cre- do; sed distin- guendum inter opera, quia ad alia opera tenē- tur clerici, ad alia milites, ad alia rustici.

m *Flectere.*] die dominica; quod tamen di- xit, non debe- mus, nō sonat in prohibitionem.

n *De ieiunio.*] diei dominicæ phibitione. 30. dist. si qs tāquā.

o *Possemus.*] prout in actib⁹ Apostolorū. c. 13. Paulum, & cum eo credē- tes fecisse legi- mus, & diebus Pentecostes, & die Dominica.

p *Respondit.*] 12. dist. illa.

q *Incipere.*] quo ad feriationem.

r *Expressis.*] nec loquit illa De- cret. de reuoca- tione ab operi- bus secretis, sed de vacatione à causis.

s *Eccle-*

[r] *Ecclesia.*] Episcopus scilicet loci, si cõmode possit adiri; alias credo quod sufficit dispensatio simplicis sacerdotis discreti: tñ tanta posset esse necessitas,& tam notoria,qđ auctoritate propria possent talia facere.

[t] *Necessitate.*] pro quanta necessitate liceat operari ĩ festis, potius ad arbitrium boni viri limitandum est, quam ꝑ aliquã doctrinam generalem. Credo quod, iacẽtibus segetibus in agris, aut fœno in pratis, si immineat tempestas, aut pluuia, quę corrumpat, aut deterioret multũm talia, si sint à solo separata, prohibendi non sint domini illarum terrarum remouere, & indemnitati suæ cauere. Carnifices,& pincernæ,qui diebus festis præparãt ea, quæ debent vendere in crastinum in mercato, vel in stationibus suis, & cæteri, qui præparant victualia in diebus festis, si die præcedenti non potuerũt commode præparare, aut præparata seruare sine periculo, non credo quod peccent mortaliter. Illi etiam, qui à dominis suis compelluntur operari in festis, si iusto metu inducti hoc faciant, videntur propter necessitem posse excusari. Qui vero, dum debent vecturam bladorum dominis suis, ea afferunt diebus feriandis, vt reliquis diebus profestis possint liberius cõsuetis, & proprijs vacare laboribus, non sunt excusabiles in hoc, nisi forte arcta necessitas ad hoc eos cõpellat. Scholaribus etiã nõ credo quod liceat grãde aliqd trãscribere de quaterno in quaternũ diebus hmõi; lectiones tñ suas, quas sine scriptura non possent memoriæ cõmendare, vel sermones, quos stylo, vel plumbo notauerunt, scribere credo pñt; & lectiones librorũ, quos audiunt corrigere: locare aũt,& conducere operas suas, vel alienas, ꝑ libros huiusmodi diebus corrigendos, non debent. Regulares aũt, & sacerdotes, qui absq; vrgente necessitate dieb⁹ dñicis quadrigãt, vel hmõi faciunt, cum exẽplo suo cæteros corrumpant, non audeo excusare à mortali. Qui autem in vigiliis festiuitatũ feriandarũ mittũt quadrigas, aut equos ad afferenda necessaria in die festo, si ea, q̃ afferuntur, sunt necessaria ad ipsum diẽ, ita qđ fine illis non possint cõmode transire diem illum, nec ante potuerunt super his afferendis sibi prouidere, excusari possunt per necessitatẽ: aliter enim, maxime si hæc fiãt die festo, vt vehicula sua, & iumenta libere habeant ad quotidiana opa exercenda, excusari non possunt. per huiusmodi etiã necessitatẽ excusari credo posse vectores mercium ad loca remota, vel ad nũdinas, & vinorũ, quæ transportãtur ad loca remota, cum sine graui incommodo non possint diebus festiuis vacare abeũdo, & quadrigãdo. De barberijs autẽ, & cursoribus, & vectorib⁹ peregrinorũ in vehiculis suis, & iumentis, & de ferratorib⁹ equorum, credo quod possunt excusari, si in festis feriandis hoc faciant principaliter propter necessitatem eorum, quib⁹ huiusmodi operas impendunt: Si autem principaliter propter quæstum, aut cupiditatem improbam lucrandi talia faciunt, non video quomodo debeant excusari. Illi etiam qui faciunt radi barbas suas, aut equos ferrari in festis huiusmodi, cum non possint ante commode super his prouidere, credo quod sint excusabiles. Viatores etiã & cursores, siue hoc faciant pro pecunia, siue non, non audeo condemnare, si hoc faciant in festis, cum maxime etiam secundum legem concessum fuerit. Ire in Sabbatho non vltra mille passus licet, quod appellabatur iter Sabbathi, Act. 1. Sed quid de molendinis ad ventum, vel ad aquam? R. cum absque maiori opera hominis huiusmodi officiũ possit expleri, credo seruandã esse consuetudinem regionis nõ prohibitã à Prælatis circa feriationẽ à talibus in festis feriandis. De molendinis autem, quę trahuntur per iumenta, credo quod debẽt quiescere diebus feriandis; cum secundum legem, non solum homines, sed etiam iumenta vacare iussa sint in Sabbatho. Exod. 20.

possit [r] Ecclesia indulgere illis, qui iustum habent bellum,& qui tanta [t] necessitate arctantur, [u] operari in diebus dñicis, & aliis festis; præterquam in maioribus anni solennitatibus;& etiã tunc, si maior appareret necessitas ad victum suum, & sustentationem necessariam acquirendã; ita tamen, vt de illis studeant pro posse largiores eleemosinas erogare: ext. eod. licet. 23. q. 8. si nulla.& quia necessitas nõ habet legem. de consecr. dist. 1. sicut [& propter talem necessitatẽ famis, excusatur etiam aliquis à furto, quandoque à toto, quandoque à tanto, prout maior, vel minor est fames. de consec. dist. 5. discipulos. ext. de furt. si quis propter necessitem.

[u] *Operari*] ad muniendum se, & defendendum fossata facere,& muros reparare; si hoc exigat

exigat vitandi periculi necessitas. Illi autem, qui volunt se excusare de hoc, quod laborant in diebus feriandis post celebrationem diuinorum, per hoc quod audierunt diuina, excusationes quærunt in peccatis; cum etiam ante, & post debeant vacare a talibus: non tamen propter quodlibet modicum opus peccant mortaliter; vt si quis forte transeat per vineam suam, aut agrum, & purget in vinea sua aliquid modicum, quod remansit purgandum per incuriam; aut reparet sepem, quæ in quadam sui parte rupta, vel inclinata est: quantumtamen operis, vel laboris possit quis sine peccato facere die feriando, non est determinandum, sed ad arbitrium boni viri recurrendum est.

De Sacrilegiis. 83

[a] *Postquam*,] &c.

[b] *Læditur*] vnde sacrilegium dicitur sacrę rei læsio.

[c] *In sacris*,] id est, circa sacra.

[d] *Disputat*] renocando in dubium: secus, si propter discussionem, aut propter maiorem euidẽtiam illud fiat.

[e] *In*

POstquam dictum est de criminibus, quę in Deum directe, ac principaliter committuntur, consequenter agendum est de his, quæ indirecte cõmittuntur in Deum; & primo de sacrilegio. Videndum est ergo quid sit sacrilegium; quibus modis committatur; & quæ sit pœna sacrilegij.

§. 1. Sacrilegium est sacræ rei violatio, vel eiusdem vsurpatio: dicitur autem sacrilegium, quasi sacrilędium, id est, sacrum lædens, quia sacrum [b] læditur.

§. 2. Committitur autem sacrilegium quandoque ratione loci, quãdoque ratione personæ; quandoque ratione rei. Ratione personæ, cum quis verberat clericũ, vel religiosam personam. 17.q.4.quisquis. Ratione loci, cum ecclesiæ, vel cœmeterij immunitates violantur. Ratione rei, cum res consecrata, vel sacro vsui deputata vsurpatur. Vnde circa hoc membrum vltimum distinguitur sic; sacrilegium committitur auferendo de sacro sacrum, siue non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro. 17.q.4. quisquis. Large tamen dicitur committere sacrilegium transgressor iuris publici, quod consistit [c] in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus; de quo habes dist. 1. ius publicum: Item qui articulos fidei, id est, præcepta, vel prohibitiones Dei negligendo, vel nesciendo violat, & offendit. Item qui [d] disputat de iudicio Principis, vel Iudicis; & hoc, nisi euidenter constaret illud esse contra Deum. Item qui publica officia committit Iudæis. Item quicumque rem datam Ecclesiæ retinuerit, vel acceperit contra eius voluntatem. 17.q.4. qui autem. & nemini. & constituit. & sacrilegium. & 12.q.1. nulli.

§. 3. Pœna sacrilegij secundum leges est decapitatio, si personæ ecclesiasticæ atrox iniuria fiat. C. de Episcopis, & Cler. si quis in hoc. alioquin Iudicis arbitrio reseruatur pro qualitate personæ, rei, temporis, & loci diuersitate moderanda. ff. ad l. Iul. pecul. l. lege. & l. sacrilegij. Secundum Canones duplex est pœna, alia spiritualis, alia pecuniaria.

niaria. Spiritualis, præter pænitentiā, est excōmunicatio; cum distinctione tamen; quia pro sacrilegio [e] in personam commisso est maior excommunicatio ipso iure: pro sacrilegio vero in rebus commisso est minor excommunicatio, exceptis quibusdam casibus, in quibus est maior excommunicatio; vt cum quis incendit ecclesiam, vel [f] frangit, vt plene [g] inuenies infra de sent. excommun. §. vtraque excommunicatio. Pecuniaria vero qualis, & quanta sit, & cui persoluendæ, tam pro sacrilegio commisso in persona, quam commisso in rebus, legitur. 17. q. 4. [h] si quis in atrio. & [i] si quis contumax. & [k] quisquis inuentus. & [l] si quis deinceps.

[e] *In personam*] ecclesiasticam, clericum scilicet, aut regularem: quod dico; quia si in ecclesia, vel cœmeterio aliquis verberaret laicum, non propter hoc esset excommunicatus: vel si inde extraheret eum per violentiam.

[f] *Frangit.*] Quid si venit animo frangendi, & tamen non frāgit; & quid si fractū ab alijs inuenit, & intrat, & aufert aliquid: vel quid de fure, qui facto foramine in pariete, aut fracta vitrea, vel ferratura, aut vectibus ostij, intrat, & aliquid inde asportat, numquid incidit ille in canonē, nisi frāgat eā corporaliter? R; siue aliquis veniat cum proposito frangendi ecclesiam, siue non, non incidit in canonem, nisi frangat eam corporaliter, licet inde aliquid asportet. Vnde si prædones veniant animo frangendi ecclesiam, tamen non frangunt, quia inueniunt eam apertam, & nullum resistentem, quia propter timorem eorum effugiunt custodes, non incidunt in canonem, licet intrent, & aliquid asportent, parati vim inferre, si aliqui resisterent, & credo quod effractor ecclesiæ iudicandus est, qui dolo malo, aut per iniuriam parietem violenter foderit, aut suffoderit, aut vitream, aut ferraturam, aut ostia, aut cardines, aut vectes, dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectum ecclesiæ. De fure autem prædicto, licet possit dici quod non incidit in hanc pœnam, cum Decret. ext. de sent. excomm. conquesti, non videatur loqui, nisi de illis, qui publice frangunt ecclesias, quia tamen lex distinguens inter diurnos fractores, & nocturnos, atrociores dicat nocturnos, vt ff. de effractor. l. 1. & vlt. potest dici probabiliter in fauorem ecclesiæ, quod talis incidit in canonem, sicut publicus effractor; & quod a Papa solo est absoluendus, postquā fuerit per ecclesiam denunciatus.

[g] *Inuenies*] de hac notauimus infra de raptor. §. pœna incendiarij.

[h] *Si quis in atrio.*] Ibi dicit q̄ pœna fractę immunitatis ecclesiæ soluenda est ipsi ecclesiæ.

[i] *Si quis contumax.*] Ibi dicitur quod pœna violatæ ecclesiæ debet esse 900. solidorum cum publica pænitentia.

[k] *Quisquis.*] Dicitur ibi, quod pœna debet esse. 30. lib. examinati argēti soluenda Episcopis, aut Abbatibus, aut alijs personis, quibus, vel ad quas sacrilegij querimonia iuste pertinet.

[l] *Si quis deinceps.*] Illud c. dicit quod bona illius, qui percussit Episcopum tradantur ecclesiæ ipsius episcopi: & si in presbyterum, vel in clericum hoc præsumpserit, pænitentiæ, & depositioni subiaceat: & si contumax fuerit, excommunicetur. Ad solutionem istius contrarietatis dic; quod diuersæ sunt pœnæ, secundum diuersas consuetudines ecclesiarum.

De immu-

De emunitate ecclesiæ, cœmeterij, personarum, et regularum ad eos pertinentium.

[a] Diximus,] &c.

[b] Munia] officia sunt, vel obsequia, de quibus beatus Martinus dixit, Munia tua deuotus implebo, id est, officia, vel obsequia.

[c] Vt nullus] etiãsi sit fur deprehensus cum re furtiua, & cauteriatus alteri pro furto: & si illé inueniatur sarcinatus de furto in ipsa ecclesia, siue nondum, tamen furtum illud nõ commiserit in ecclesia, vel cœmeterio.

[d] Publicus] latro est ille, qui agros militum, vel priuatorum de nocte populatur agros, aut itinera frequentata, scilicet strata publicas, q̃ tanquam loca sacra habentur, insidijs aggressionis obsidet; & talem potest q̃libet auctoritate sua extrahere de ecclesia, & punire, sicut notauit, H. 17. q. 4. sicut antiquitus. & habetur C. quando vnicuique liceat sine iudice se vindicare. l. 1. & 2.

[e] Si quis per industriam] publicus latro, vel populator agrorum nocturnus.

[a] Diximus de sacrilegio, nũc videndũ de emunitate ecclesiæ. Quid ipsa sit, vnde dicatur, quam emunitatem habet ecclesia, vel res ecclesiæ; quæ pœna violãtium emunitatem.

§. 1. Emunitas est priuilegium ecclesiasticæ libertatis, vel personarum, vel regularum ad eam pertinentium.

§. 2. Dicitur emunitas, quia extra [b] munia, id est munera, & officia, a quibus sunt immunes ecclesiæ; vt inf. eod. §. ecclesiarum. Ipsa ecclesia, id est, ipse locus consecratus habet emunitatem, [c] vt nullus ibi per vim abstrahatur, nisi in casibus: videlicet si ille, qui cõfugit ad ecclesiam, sit [d] publicus latro, vel nocturnus populator agrorum; talis enim extrahi potest de ecclesia, etiam non præstita impunitate. 17. q. 4. sicut antiquitus. ext. eod. inter alia. De talibus videtur intelligendum q̃ præcepit Dominus in Exod. 21. [e] si quis per industriã occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euellas eum, vt moriatur. Item si in ipsa ecclesia cõmisit homicidium, vel aliud maleficium: tunc enim non debet defendi [f] ab ecclesia, cum eam violauerit. arg. 12. q. 2. de viro ext. de appell. an sit deferendum. ext. de vsur. quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem; indignum enim est ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari. ext. ne clerici, vel mon. secul. neg. se immisc. sacerdotibus. 17. q. 4. frater. [g] Quidam tamen non admittunt casum istum, propter illam Decret. inter alia. quæ non excipit, nisi [h] duos casus,

[f] Ab ecclesia.] In qua, vel in cuius cœmeterio commisit homicidium, vel aliquod maleficiũ. Sed nũquid defenditur ab ecclesia, in qua hoc non commisit, sed confugit ad illam? Et quod non, quia cum vna sit Ecclesia per totũ orbem terrarũ, iuxta illud Cãt. 6. vna est colũba mea, licet multæ sint particulares ecclesiæ, qui iniuriã facit vni, facit omnibus, licet forte de consuetudine in q̃busdã ecclesijs aliter obseruetur; quia aliter forte videtur eis, q̃d sicut minor vtitur priuilegio suo contra alium minorẽ, ita vna ecclesia contra aliam.

[g] Quidam tamen.] In hac opinione fuit. H. sicut notauit. 17. q. 3. vel super, sed iura, quæ inducit ad hoc, p̃bandum, loquũtur, quando non commiserunt sacrilegium in ecclesia, nec est tenẽda opinio ei⁹ in hac parte.

[h] Duos casus.] Quid de Iudæo, vel Pagano, vel excommunicato, si confugit ad ecclesiam, numquid defenditur ab eccle-

sia a

vt supra in eod. §. sed expressum est hodie quantum ad illos, qui in ecclesia, vel cœmeterio committunt homicidium, vel mutilationem membrorũ; [i] quia sperant se defendi [k] ab ecclesia, alias non commissuri. ext. eod. emunitatem. ℞. inf. inter nou. const. Item si sit seruus, qui præstita a Domino satisdatione de impunitate, non vult inde exire. 17.q.4. id constituimus. ext. eod. inter alia. Item ea, quæ [l] ibidem, id est, in ecclesia posita sunt, nec per vim, nec per furtum inde sunt auferenda, & qui abstulerit, vt sacrilegus iudicatur. 17. q. 4. sicut qui. [m] Item quod nullus mortuus intra ipsam sepeliat, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici. 13. q. 2. nullus. laicos autem fideles intelligit quidam, a fidei virtute, adeo quod faciant miracula: alij de quolibet laico fideli; ita tamen quod eius fides, & bonitas fuerit manifesta. [n] Item quod in choro non morentur laici cum clericis. ext. de vit. & honest. cler. c. 1. & C. de sacros. Eccl. nemo. Item quod in seculare habitaculum de cætero non conuertatur, sicut nec vasa, nec cortinæ, nec vestimenta, nec cætera ornamenta debet pollui nuptiarum conuiuijs, vel alijs [o] secularibus vsibus; ne transgredientes sentiãt vltionem, quę Balthasar Regem percussit. Dan. 5. de cons. dist. 1. ligna. & quinque cap. sequentibus. ext. de relig. dom. ad hæc de aliena. Item quod non possint vendi, nisi pro captiuorũ redemptione. auth. de alien. & emphit. §. de sacris autem. Item in domibus ecclesiarum, & multo magis in [p] ecclesia, placita secularia non sunt facienda, maxime de causa sanguinis. ext. eod. c. 1. & cum ecclesia. Item ludi thea-

sia a mutilatione vel morte? ℞; satis credo quod sic de Iudæo, & pagano; de excõicato autẽ dubiũ est; quia cũ sit extra Ecclesiã numero, & merito, & magis peccauerit in eodem genere peccati, quam Paganus, vel Iudæus, melius est viam veritatis non agnoscere, quam post cognitam retroire, aliud est secundum quosdã quo ad hoc de illo, & aliud de Iudęo, & Pagano. Ego autem credo, quod idẽ debeat esse iudicium de vtrisque; de iure tamen credo consuetudinem regionis approbatam quo ad hoc esse tenendam.

i *Quia sperant*] se defendi. quod credo semp esse præsumendũ, nisi constet cõtrarium per euidẽtia indicia.

k *Ab ecclesia*] in qua hoc commiserunt. Sed cũ sacrilegiũ sit crimen ecclesiasticum, quantumcũque sit atrox, & enorme, & a iudice ecclesiastico iudicandũ, vel puniendum, quare exponit huiusmodi sacrilegum iustitiæ seculari? ℞. quando sacrilegium adeo est enorme, quod non sufficienter puniretur pęna, quam consueuit imponere Ecclesia, quæ non cõsueuit punire ad mortem, vel sanguinem, tacite renunciat iuri suo, quod habet super tali crimine puniẽdo, & dimittit iudici seculari puniendũ, ad terrorem aliorum, & in odiũ criminis; secus vbi leue est sacrilegiũ, sicut est de furto cõmisso in ecclesia, vel iniuria

l *Ibidem*] facta circa mutilationẽ, aut mortẽ, de quibus loquitur illa Decret. emunitatẽ. non credo q Ecclesia deberet exponere huiusmodi sacrilegum iudici seculari, sed per se ipsam deberet ei infligere pęnã ecclesiasticam; quamuis ea cõfidẽtia commisisset sacrilegiũ in ecclesia, quia speraret se defendi ab illa ecclesia, poti' quã ab alia. Vnde quod dicit illa Decret. emunitatem, non credo extendendum ad minora sacrilegia, quam sint illa, de quib' loquitur, scilicet mutilationem, & mortem, sed ad illa tantum, & maiora.

m *Item*] supple habet emunitatem.

n *Item quod in choro*] supple habet emunitatem.

o *Secularibus*] si vero Legatus Apostolicæ sedis, vel Archiepiscopus reciperet ab Epo, vel capitulo alicui' ecclæ, vel monasterio, bñ posset ornari dom' ecclesiastica, ĩ qua reciperetur, cortinis, & ornamẽtis ecclesiæ.

p *Ecclesia*] idẽ credo de

do de

Digitized by Google

tio de cœmeterio.

q *Duobus casibus*,] quia laici mortui possunt sepeliri in cœmeterio cũ clericis, & viuentes possunt ibi stare simul cum eis, siue ad orandum, siue ad officium sepeliendi.

r *Emunitatem*] de omnibus præcedẽtibus intelligе, etiam de cõfugiẽtibus ad easdem defendas ab ijsdẽ ecclesijs.

s *Episcopus*,] ibi dicitur quod Episcopus nõ longe ab ecclesia habeat hospitium.

t *Perangarijs*,] perangaria dicitur perfecta, & maior angaria; & est angaria seruitium impõsum per extorsionem superioris.

u *Collegijs*] clericorum seculariũ, & etiam regularium.

x *In infinitũ*,] id est, quãticũque voluerit quisdonare, siue sit Imperator, siue priuatus; quia in donatione, quæ fit ecclesiæ, modus est, non seruare modum; cæteris autem personis, ab Imperatore, non licet donare, aut donum recipere vltra. 300. sol. secundũ vetera iura, vel 500. secundum

trales cum laruis, & similibus inhonestis p̃hibentur fieri in ecclesia. ext. de vit. & honest. cler. cum decorem. Eandem emunitatem habet cœmeterium ipsius ecclesiæ, vt ex eisdem capitulis colligi potest, nisi in q duobus casibus positis supra eodem §. vers. item quod nullus, & vers. sequenti. Item quod in choro. Item emunitates istæ videtur quod debent intelligi de ecclesijs consecratis. 17. q. 4. quisquis inuentus. 19. q. 3. quæ semel. de cons. dist. 1. ligna. tamen ptopter magnum periculum, quod inde sequeretur, cum paucæ ecclesiæ consecratæ sint respectu aliarum; & quia ex hoc honor ecclesiæ vili fieret, & diminueretur deuotio laicorum, expressum est hodie, etiam de non consecratis. ext. eod. ecclesiæ. quam require inter nou. constit. Hoc autem intelligo, si auctoritate Episcopotum in suis diœcesibus sunt ædificatæ. arg. ext.

de relig. domib. adhæc. Item palatium Episcopi habet eandem r emunitatem quo ad confugientes ad ipsum, vt ibi habeant defensionẽ iuxta formam prædictã. 17. q. 4. id constituimus. quod intelligunt quidam simpliciter; alij quando palatium est iuxta ecclesiam. arg. 41. dist. s Episcopus.

§. 3. Ecclesiarum personæ, clerici, & conuersi, & serui Canonicorum clericorũ non debent fatigari angarijs, id est, seruitutibus personarum, nec t perangarijs, id est seruitutibus personarum, & rerum, scilicet quas facit quis sua persona, & sumptu. C. de Episc. & cleric. omnes presbyteros. 12. q. 2. ecclesiarum. Item donari potest ecclesijs, u & collegijs x in infinitũ, absque insinuatione, auth. de non alien. aut permutand. §. sinimus. Item is, qui ingreditur monasterium, ipso ingressu intelligitur se, & sua y dedicasse Deo. 19. q. 3. quia ingredientibus. Item relictum

nouã, nisi præcedat insinuatio, id est, notificatio, & manifestatio facta iudici per donatorẽ de quantitate, quam vult dare vltra. 500. solid. & de causa donandi, & de persona, cui vult donare; & tunc, si approbauerit iudex, valebit donatio vltra prædictam summam, alias nõ; nisi datum sit ecclesiæ, vt dictum est, vel in redemptionem captiuorum, & in quosdam casus speciales exceptos a iure, in quibus põt quis donare quãtum voluerit, absque insinuatione huiusmodi.

y *Dedicasse*,] id est, dedisse, & appropriasse. Hoc tamen non obseruatur de consuetudine ĩ multis locis, in quibus de consuetudine statim ex quo quis ingressus est monasterium, hæredes eius bona immobilia ingressi occupant, nisi quantum dedit de illis monasterio, secundum consuetudinẽ regionis illius. Idẽ etiam obseruatur alicubi circa mobilia, & credo consuetudinem approbatam, & obtentã per quadraginta annos præiudicare huic iuri; consue-

consuetudinem autem minoris temporis non credo iudicare ecclesiæ, contra quã non currit præscriptio minor, quam quadragenaria.

z *Solenni.*] De solennitate testamenti est secundum leges, quod ibi septem testes sint rogati, & vocati ad hoc specialiter; sed sine huiusmodi solennitate valet testamentum secũdum Canones.

a *In eas,*] id est, ecclesias. Idem credo, quando datur ecclesiasticæ personæ contemplatione ecclesiæ.

b *Solo pacto,*] id est, sola & nuda promissione, absque solennitate stipulationis, & traditiõis; & hoc verũ est de his, q̃ relicta sunt, vel legata, vel fideicõmissa, vel donata, vel vẽdita ecclesijs, vel monasterijs, vel alijs pijs locis; & super his potest ecclesia agere, tã p̃sonali actione, quam reali.

c *Acquirendo*] habet & priuilegium, q̃ quidq̃d emptum fuit de pecunia ipsi⁹ ecclesiæ, ipsius sit. 12. q. 3. c. 1. & q. 5. fixum. q̃ adeo verũ est, quod si clericus habet pecuniã de præbẽda sua, vel ecclesia, & inde emit prædium, licet illam pecuniã potuisset dare consanguineis intuitu pietatis, vel alijs personis, non tñ prædium huiusmodi: quia statim, cum fuit emptum, acquisitum fuit ecclesiæ, siue nomine ecclesiæ fuerit emptum, siue alieno nomine: & propter hoc non potest clericus illud alienare auctoritate propria; licet res mobiles, quas habent clerici de beneficijs ecclesiasticis, ad vsus suos possint alienare auctoritate propria. Quod aũt dictum est de prædio acquisito de pecunia ecclesiæ, speciale est in eccla, sicut speciale est, quod si tutor pupilli, vel curator minoris de pecunia eorum emerit prædium sibi, & suo nomine, & non pupilli, vel minoris, poterit pupillus ille, vel minor vtiliter vendicare prædiũ illud. ff. quã. ex facto tutor. l. 2. Idẽ de milite intelligo, si de pecunia sua ali⁹ emerit prædium ad opus propriũ ipsius ementis, & nomine suo. vt C. de rei vendic. si vt proponis. Idem intelligo, si quis ex pecunia ecclesiæ, quam furatus esset, vel rapuisset, vel depositam habuisset, & ex illa pecunia possessionẽ ad opus suum emisset, quia ecclesia illam vendicare posset, vt dictũ est in primo casu. Sic etiã speciale est de vxore, & marito, quod si alter eorum aliquid emit de pecunia, quam reliquus ei donauit, poterit ille, cuius fuerit pecunia, illud vendicare. ff. de donat. int. vir. & vxor. marito. Sed prædicti casꝰ speciales sũt; alias regulare est generaliter, quod si quis de pecunia aliena quidquã emerit nomine suo, emptori acquiritur, non ei, cuius fuit pecunia. C. de rei vendic. si ea.

d *Varietatem*:] quia Episcopus res ad mensam suam pertinentes, vel res cathedralis ecclesiæ non potest alienare, sine consensu Capituli; nec Abbas res monasterij, sine consensu Epi-

ecclesiæ, vel monasterio, vel ad alias pias causas in testamento, etiam minus [z] solenni voluntate facto, tenet. ext. de testam. cum esses. relatum. i. Item transfertur dominium rei [a] in eas [b] solo pacto; cum in alijs personis sit necessaria corporalis traditio. C. de sacrosanct. Eccles. vt inter diuinum: & sic habent priuilegia multa [c] in acquirendo. Item habent in retinendo; quia, quo casu contra alios currit præscriptio. 30. annorum, vel breuior, contra eas non nisi. 40. annis. ext. de præscript. de quarta. 16. q. 3. §. quas actiones. De hoc ℟. plenius infra de raptorib. §. circa præscriptiones. In amittendo etiam habent priuilegium; quia nõ valet alienatio rei ecclesiæ, nisi in certis casibus, & debita forma seruata. Casus sunt sex, scilicet propter debitum vrgens, propter redemptionem captiuorum, propter pauperes pascendos, propter ecclesiam ædificandam, propter cœmeterium ampliandum, si item propter vtilitatem potest vendere minus vtile, vt emat magis vtile. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. aurum. & sine exceptione. forma variatur iuxta [d] varietatem ecclesiarum, scilicet Episcopalium, monasteriorum, & parochialium; colliguntur tamen omnes formæ. 10. q. 2. hoc ius. & si quis Episcopus. 12. q. 2. placuit. & sine exceptione. & alienationes. & Abbatibus.

§. 4. Prædia vero ecclesiarum hoc priui

Digitized by Google

legio gaudent. non debent grauari sordidis muneribus, id est calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cloacæ purgandæ, & similium, quæ vilia sunt. 16. q. 1. placet. & §. nouellarum: ad honesta autem munera tenentur, sed cum distinctione; quia alia sunt ordinaria, alia extraordinaria. Ordinaria sunt tributa, & superindicta. Ad tributa, [e] tenentur prædia ecclesiarum. 11. q. 1. si tributum. 23. q. vlt. tributum. hoc fallit in decimis, oblationibus, domibus, atrijs, & hortis iuxta ecclesiam positis, & in mãso, in quo ecclesia est sita; vel secundum quosdam, de quo est dotata, de quibus nullum debet dari tributum; de alijs omnibus sic, nisi expresse fuerit remissum ab eo, qui remittere potuit; & hoc ideo, quia res transit cũ onere suo. 23. q. vlt. secundum canonicam. & sancitum. ext. de censib. c. 1. 16. q. 1. si quis laicus. Ad superindicta, id est, quæ propter superuenientem vbertatem præstantur, non tenentur. 16. q. 1. placet. Ad extraordinaria, id est, quæ subito iniungũtur, non tenentur, nisi respiciant pias causas, puta quia Princeps mouet exercitum contra Sarracenos, vel hæreticos, vel petitur aliquid ad cõstructionem pontium, vel aliam similem causam. in talibus, si necessitas hoc exposcat, debent Principes, vel alij seculares nõ auctoritate propria accipere, sed humiliter ab Episcopo, & clericis postulare: & si viderint ipsi tantam necessitatem, vel vtilitatem, vbi laicorum non suppetunt facultates, arbitrio suo poterunt aliqua conferre. ext. eod. non minus. ext. de Censib. cum Apostolus. §. prohibemus.

§. 5. Pœna violantium emunitatem duplex est. Spiritualis, & pecuniaria. Spiritualis est excommunicatio, de qua plenius. inf. de sent. excom. Pœna pecuniaria imponitur quãdoq. maior, quandoq. minor. 17. q. 4. quisquis. & si quis contumax, credo tñ, quod illa pœna hodie [g] arbitrio iudicis relinquatur; & debet dari illi personæ, vel loco, cui facta est iniuria, vel cui[9] emunitas est violata. ext. de sent. excomm. parochianos. ex de sim. de hoc autem. 17. q. 4. si quis in atrio.

§. 6. Quid si imminente persecutione hostili, seculares cum familijs suis, pecoribus, & alijs rebus recipiunt se in ecclesijs, vel clausstris, & ibi comedunt, vel bibunt, & dormiunt? Itẽ quid si vir cognoscat ibi vxorem, vel alio modo sit semen ibi effusum? Itẽ quid si parochiani faciunt ibi propugnacula, & inde pugnant contra hostes, numquid in illis casibus committitur sacrilegium, vel ecclesiastica immunitas violatur? Ad hoc dicas quod ecclesiæ cum oĩbus ornamentis suis debent teneri mundæ, nec debent ibi fieri conuiuia, vel homines iacere, vel sua suppellectilia mittere; nisi propter hostiles incursus, aut incendia repen-

[f] Tenentur] si trãslata sunt ad ecclesiam cum onere tributorũ.

[g] Imponitur] a Principe, q. quãdo superueniebat vbertas fructuum, aliquid exigebat a possessoribus prædiorum, vltra consuetum tributum.

[h] Arbitrio.] Hodie nihil conferre debent in auxilium Principum, nisi consulto Papa, vt ext. eod. aduersus.

repentina, aut alias ne-
necessitates vrgentes, ad eas oporteat habe-
re refugiū; sic tamen, vt necessitate cessante res in loca pristina re-portentur. ext. de cust. euchar. const. relinqui. dist. 42. c. pen. & vlt. Item quod quæritur si vir [h]cognoscat ibi vxo rem. R. infra de sacrament. non itera. §. [i]post p̄dicta. Ad aliud, credo, saluo meliori iudicio, quod nullo modo debeat ecclesia incastellari, vel muniri, vt inde fiat guerra, vel vt ibi recipiātur, q̄ guerram faciunt, & præcipue prædones: alias propter metum prædonum, paganorum, hæreticorum, siue piratarum licite potest incastellari, & muniri; & possunt ibi habere refugiū non solum clerici, sed etiam laici innocentes, & præcipue parochiani; &, si necesse est, possunt, & debent defendere ecclesiam ipsam, & ea quæ intus sunt, sicut potes videre apud Magalonā, & in multis ecclesijs maritimis. arg. ad hoc in præall. const. relinqui. 14. q. 6. si res. & hi qui. 23. q. 5. reos.

§. 7. Item, pone quod ecclesia est [k] fundata in alieno solo, ignorāte domino soli, qui veniens petit solum, vel saltem dari censum pro solo, q̄d fiet? durum enim videtur, quod ipse priuetur re sua, durum etiam, quod ecclesia destruatur, vel efficiatur censualis, vel tributaria. Ad hoc dico, q̄ ecclesia remanebit constructa, nec efficietur censualis, vel tributaria, sed ille, qui cōstruxit, debet dominum soli conseruare indemnem, vel etiam Episcopus, si ponendo primarium lapidem, vel postea in consecratione fuit negligens in examinatione dotis, vel mansi. de con. dist. 1. nemo. 14. q. vlt. comperimus. dist. 70. sanctorum. & hoc, si solum erat priuatæ personæ: si enim erat alterius ecclesiæ, debet ei restitui hoc modo, quod ecclesia sic constructa sit ei subiecta quo ad ius patronatus. 12. q. 2. apostolicos. 17. q. 4. questi.

§. 8. In summa nota, quod aliq̄ reliquiæ [l] non debent ostendi extra capsam, nec exponi [m] venales; quia olim per hoc Christianæ religioni fœpius est detractum. item reliquias de nouo inuentas nullus debet publice venerari, nec Prælati debent permittere eos, qui ad eorum ecclesias accedunt causa venerationis, vanis figmētis, vel falsis decipi documentis, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consueuit. ext. de reliq. & ven. sanctorum. audiuimus. & constit. cū ex eo. & de cons. dist. 1. placuit vt altaria. item si ciuitas sit obsessa, vel timeat capi ab hostibus, non debet pati ecclesia suos rusticos defendi aliquo priuilegio a vigilijs murorum: imo debet eos ad hoc compellere, si necesse est; vt cunctis vigilantibus ciuitas melius custodiatur. ext. eod. peruenit.

[h] *Cognoscat*] in hoc casu reconcilianda est per Episcopum, si ecclesia consecrata est, si non est consecrata, per simplicem sacerdotem,

[i] *Post prædictū*] ibidem hoc plenius inuenies.

[k] *Fundata*] vel cœmeterium cōsecratum.

[l] *Non debent*] verba sunt illius constitutionis, cum ex eo.

[m] *Venales*] sed nūquid furtiue possunt subtrahi, vt in honestiori loco possint reponi? R. non imo sacrilegiū est, quoties aufertur sacrū de sacro, &c. 17. q. 4. quisquis. Credo quod & reliquias emere, & vendere illicitū est, & simoniacum.

Digitized by Google

[a] *Quoniam re tentores,*] &c. & inf.

[b] *Aequalis pars*] id est, tota scilicet decima: hoc enim nomen, talis, qualitatiuũ est; sed hoc nomen, tanta, numerale est in vna sui significatione. Numquid ergo excusabiles sunt, qui non decimam, sed vicesimã, vel quadragesimam soluunt? de hoc dic, vt infra notatum est.

[c] *Et seculares*] non est verũ de secularibus canonicis, quod non teneãtur ad decimas de noualibus soluendas ecclesijs, in quibus sunt terræ eorum sitæ, immo tenentur. arg. ext. eod. quoniam.

[d] *Non liceret*] nisi de monasterijs de nouo fundandis, licet ex dono possint huiusmodi possessionẽ recipere.

[e] *Nouum*] ibi

[a] QVoniam retentores decimarum, & relictorum pro sepultura sacrilegi iudicantur. 17.q.4. sacrilegium. & omnes. merito post tractatum de sacrilegio, de his agendum est; & primo de decimis, primitijs, & oblationibus. Nota igitur quid sit decima, quibus, & a quibus, & de quibus rebus, & qualiter danda, & qualiter diuidenda.

§. 1. Decima est omnium bonorum iuste quæsitorum [b] æqualis pars Deo debita. ext. eod. tua nobis. sũt autem dãdæ ecclesijs, & clericis, in quorum parochia prædia sita sunt; etiam si clerici sint malæ vitæ, & male dispensantes ipsas decimas. ext. eod. quoniam. & tua nobis.

§. 2. Dãtur decimę a laicis. 16.q.7. decimas quas. Sed nũquid a clericis, vel religiosis? videtur quod non. ext. eod. nouum genus exactionis, vt clerici a clericis frugũ decimas, & animalium exigant. licet autẽ circa hoc multa, & varia emanauerint iura, hoc tenet hodie Ecclesia, & hæc est veritas, q̃ Monachi albi, Templarij, & Hospitalarij Hierosolymitani nõ tenentur dare decimas de suis possessionibus, quas proprijs manibus, vel sumptibus excolunt. secus est, si tradunt rusticis excolendas ad firmã. ext. eo. ex parte. 1. & licet. & ad audientiã. Monachi vero nigri, Canonici regulares, & [c] seculares tenentur dare decimas de oĩbus possessionibus, exceptis noualib⁹, hortis, & nutrimẽtis animalium suorũ. ext. eo. ex parte. 1. & hoc verum est, nisi sint ulterius specialiter priuilegiati a Papa; vel nisi possint se præscriptione tueri. item q̃ dictum est de Monachis albis, Templarijs, & Hospitalarijs, intellige de possessionibus, quas habebant ante generale concilium: de illis enim, quæ postea gratis sunt collatæ sibi, vel quas ipsi emerũt pro monasterijs de nouo fundandis, quia aliter [d] non liceret eis emere tales possessiones, de quibus decimæ debebantur ecclesijs, etiamsi illas proprijs manibus, vel sumptibus excolant, tenentur p̃soluere decimas ecclesijs, q̃bus rõne prędiorum antea soluebant. ext. eod. const. nuper Abbates. item q̃ dictum est de clericis seculãribus, restringunt quidã ad mansum ecclesię, de quo habuisti supra tit. prox. §. p̃dia. nã de prędijs patrimonialibus tenent dare illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt. Alij dicunt, q̃ si non recipiunt ecclesiastica sacramenta ab illa ecclesia, non tenentur dare, alias sic. vel dic, q̃ si deseruiunt illi ecclesiæ, nõ tenentur, alias sic; & sm̃ hoc potest legi illa Decret. [e] nouum. item oĩa hæc priuilegia de decimis non dandis, non defendunt in casibus quibusdam, videlicet cum ex transactione, vel pactione

dicitur in fine, quod clerici, qui a clericis labores ſpiritualium miniſteriorum accipiunt, decimas eis debent.

f *Renunciant*] quando, vel quanto tempore, vel quoties quis faciens contra priuilegium, amittit illud in poſterum? R; q- dam dicunt, ꝙ ſi ſemel fecerit cõtra priuilegiũ, ſciẽs ſe tutum ꝑ exceptionem, renunciare præſumitur. C. de iur. domin. impet. l. 2. ext. de offic. deleg. gratũ. in fin. ext. de cõſtit. cum acceſsiſsẽt. & c. ſeq. & ext. de præbend. pro illorum. ꝙ autẽ dicitur ext. de priuil. ſi de terra. & accedentibus. vbi videtur innui, quod non amittitur priuilegium de decimis non ſoluendis minori tẽpore, quam per. 30 vel. 40. annos, ideo dicitur, qa illi, qui petebant decimas, obligauerũt ſe ad probandum, quod pacifice, & quiete decimas receperant tanto tẽpore ab illis, qui dicebãt ſe ſuper hoc priuilegiatos eſſe. Vinc. vero diſtinguit; qđ ſi priuilegiũ datur ad faciendũ, ꝑditur non vtendo per. 10. annos. ff. de nũdinis. l. 1. at ſi datur ad non faciẽdum, & Papa retinet ſibi aliqd iuris in eo, non poteſt renunciari huiuſmodi priuilegio expreſſe. ext. de arbitr. cum tẽpore. Io. vero diſtinxit, quod ſi quis directe faciat contra priuilegium impetratum, etiã ſemel, perdit ipſum: ſi vero non ſeruat priuilegium, vel non tuetur ſe illo, tunc nõ perditur, niſi legitimo tempore, vt ext. de priuileg. accedẽtibus. & hæc diuerſitas ideo contingit, qa plus peccat, qui directe venit contra priuilegium, quam qui non vtitur illo. Alij dicunt, quod ſi priuilegium eſt odioſum, perditur ꝑ vnum contrarium actum; ſed ſi fauorabile, non perditur, niſi legitimo tpe præſcribat. Alij diſtinguunt, ꝙ ſi datum fuit in fauorẽ ꝑſonæ, vel perſonarũ perditur ſemel veniẽdo contra; ſi aũt in fauorẽ eccleſiæ, nõ perditur, niſi contra illud fuerit præſcriptum legitimo tẽpore, ſcilicet ſpatio. 40. annorum. vt ext. de priuil. accedentibus. vel ad minus ſpatio. 30. annorũ vt ext. de priuil. ſi de terra.

tenentur ad eas ſoluendas. ext. eod. de multiplici, vel cũ parochialis eccleſia, in cuius parochia ꝑdia ſita ſunt, enormiter lęditur. ext. eod. ſuggeſtum. ext. de verb. ſignif. quid per nouale. vel cum eas ſoluendo, f renunciant tacite priuilegio. ext. de priuileg. ſi de terra. ext. de conſt. cum acceſſiſſent, & cum m. ferrarienſis. Item ſupradicta intelligas eſſe vera, quando monaſteria non habent populum: ſi enim haberent populum poſſent recipere decimas ſine diſtinctione, tam perſonales, quã prædiales. ext. eod. dilecti. & ſuggeſtum. Item leproſi non tenentur dare decimas, g niſi de hortis, & nutrimentis animalium. ext. de eccleſ. ædif. c. 2.

§. 3. Item h debent dari decimæ de omnibus fructibus terrarum, pomis arborum, herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, i fictis, piſcationibus, venationibus, penſionibus, molendinis, etiam de vento, balneis, k fullonicis, argentarijs, metallarijs, lapidicinis. Item de negotijs, & artificijs, & l cæteris bonis, etiam de tempore. de cõſecr. diſt. 5. quadrageſima. 16. q. 1. decimæ. & q. 7. quicumq; recognouerit. & omnes decimæ. ext. eod. commiſſum. & nuncios. & nõ eſt in poteſtate.

§. 4. Decimæ vero dandæ ſunt non deductis expenſis, indiſtincte, ſi ſint ꝑdiales. ext. eod. cum homines. & tua nobis. ſi vero ſunt ꝑſonales, id eſt de negotio, artificio, vel de alijs, quæ nõ cõputant in fructibus terræ, diſtinguitur, vtrum exurgãt ex rebꝰ decimatis, an non. In primo caſu

g *Niſi de hortis*] ſolos illos leproſos intelligo nõ teneri ad ſoluendas decimas de hortis, & animalibus, q viuũt in cõmuni: ſi aũt viuat ſolitarius in domo ſua, maxime ſi ſit diues, nõ credo ꝙ gaudẽt iſto priuilegio.

h *Debent dari*] de iure cõi, licet in multis locis aliter obtineaẽ de conſuetudine, q̃ vtrum excuſet, vel non, dicetur infra.

i *Fictis*,] ficta appellat firmas ſm̃ vulgare alicuius regionis.

k *Fullonicis*,] id eſt, dictis a fullonibus.

l *Cæteris bonis*] numquid de rebus donatis, vel legatis, vel inuentis, vel iure ſucceſsionis acquiſitis debent dari decimæ? R. Alanus notauit

notauit. ext. de decim. peruenit, quod non, & q̃ ex his tantum, quę naturaliter, vel ex operibus ſuis q̃s acquiſierit, tenet̃ ſoluere decimas; de alijs autem non reperitur: probabilius tamen videtur notaſſe. H. 16. q. 1. decimæ. ſcilicet quod legatarius, vel donatari' tenetur dare decimas de re donata, vł legata, licet decimata fuerit a legatore, vel donatore: filius tamen, quia omnia bona patris pertinent ad ipſum, & ipſius ſunt quodãmodo quoad proprietatem, ſi ſuccedat patri, non tenetur ea decimare, ſi decimata ſint a patre: ſed hæres extraneus tenetur ad hoc, ſicut legatarius, & donatarius, qui omne lucrum, vel emolumentum, quod ad ipſos peruenit tenentur decimare; dicit etiam ibidem. & 16. q. 7. quicũque fur, & raptor, & vſurarius, ſi non velint male ablata in totum reſtituere, tenentur humõi res decimare; q̃d tamen intelligit, vt credo, ſi res illæ non fuerint a domino decimatæ.

m *Deducuntur*] deducuntur expenſæ, in ſecundo non. ext. eod. paſtoralis. Item debent dari prędiales, ſtatim cum fructus percipiuntur, & antequã ſeparetur inde cenſus, vel tributũ, vel ſimile: ſi tamen facta fuerit primo talis ſeparatio; ſicut ruſticus tenetur decimare, quod ſibi remanet, ita dominus hoc, q̃d de aceruo indecimato accepit. ext. eod. tua nobis. & conſt. cũ nõ ſit in homine. Perſonales autem poſſunt dari in fine anni, vt ſic maior vtilitas proueniat eccleſiæ, quam ſi per minutias ſolueren' tur. arg. ext. de pignor. ex litteris. Agnos autem, pullos, vitulos, & huiuſmodi nec debẽt dare optimos, nec debent deteriores, ſed mediocres; vel ſicut tranſierunt ſub n virga paſtoris, quod decimũ venerit, ſanctificetur Domino. Leuit. vlt. indignum enim eſt dare Deo, quod dedignatur homo. diſt. 49. c. vlt. 16. q. 7. omnes decimæ: & nota, quod quicumque tenetur ad decimas perſoluendas, ſi canonice admonitus noluerit perſoluere, compellendus eſt per cenſuram eccleſiaſticam, id eſt per excommunicationem. ext. eod. tua nobis. & conſt. cum non ſit.

§. 5. Reſtat qualiter decimæ ſint diuidendæ, diuiſionem canonicam habes. 12. q. 2. o quatuor. ext. de teſtam. requiſiſti. verum quia illud in paucis eccleſijs obſeruatur, credo in talibus conſuetudini ſtãdum eſſe. ext. de ſepult. certificari.

§. 6. Quæritur vtrum de iniuſte, vel turpiter acquiſitis teneatur quis dare decimas; vt de meretricio, fœnore, rapina, & ſimilibus: videtur quod non. Salomon Eccleſ. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. item in Deuter. 23. non offeres mercedem proſtibuli. & Iſaias: p non accipies mercedem meretricis, nec pretium ſanguinis. item q honora Dñm de tuis iuſtis laboribus. hæc, & multa alia habes. 1. q. 1. non eſt putanda. Itẽ Celeſtinus. III. fidelis homo de oĩbus, quæ licite poteſt acquirere, ſine murmuratione decimas erogare tenetur.

numquid deducendæ ſunt expẽſæ de lucro aduocationis? Dicũt quidã quod ſic, maxime cũ talia lucra vix ſufficiant aliquando ad expenſas. Ego credo quod nõ ſunt deducendæ, niſi cõſueuerint ſolui decimæ de aduocatione; ſicut qui locant operas ſuas, non deducunt expenſas.

n *Virga paſtoris*] & hoc videtur ſumptum eſſe de Ier. 34. vbi dicitur: adhuc greges trãſibũt ad manum numerantis.

o *Quatuor.*] Ibi dicitur q̃d vna quarta Epiſcopo, alia clericis, alia fabriçe, alia pauperibus eſt applicanda.

p *Non accipies*] nõ recolo quod ſit in Iſaia hoc ſecundum tranſlationem noſtram.

q *Honora*] Prou. 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, &c.

r *Simo-*

Aug. ad Aureliũ Epist. 76.

r *Simoniaco.*] Secundum H. in simonia, & vsura non transfertur dominium, secundum alios transfertur; sed secũdum omnes competit repetitio; quia data potest repetere ab vsurario. Ecclesia vero, in cuius iniuriam cõmissa est simonia, potest repetere a simoniaco.

s *In eo,*] id est, peccatore pœnitente.

t *Debet recipere:*] videtur cõtra ext. de vsur. quanto. vbi dicitur quod Iudæi ꝓ decimis, & oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus, & possessionibus alijs recipere consueuerant ecclesiæ, antequam ad Iudæos quocumque titulo deuenissent, satisfacere sunt compellendi. Si ergo Iudæi, ne ecclesiæ damnificentur ad oblationes huiusmodi tenentẽ, quare non tenentur ad decimas personales, cum similiter debeantur? Respondeo; credo quod quãdo Iudæi nihil habent, nisi de vsura, Ecclesia non debet ab eis recipere oblationes, ne videatur cõicare peccatis eorũ: at vbi habẽt cũ iusto titulo ꝓt Ecclesia ab eis exigere oblationes debitas, quia illæ sũt quasi prædiales; & in hoc casu loquitur illa decretalis quanto. decimas autem personales exigere non debet ab eis, cum non recipiant Iudæi ab ea Ecclesiastica sacramenta, nec audiant diuina, nec facile sit ęstimare quãtum interfit Ecclesiæ parochiali, Iudęos habitare in illa parochia, quãtum ad decimas personales, quæ ꝓueniũt ex industria hominis. Nec obstat, ꝙ Iudæi compellẽdi sunt ad decimas & tenentur oẽs alios prouentus recompensare, quos consequerent parochiales Ecclesiæ singulis annis de parochianis fidelibus, si ibi habitarent; quia sicut notauit Lat. hoc intelligendum est de prouẽtibus prædialibus, non personalibus, ad quos Iudæi non tenentur, vt dicitur: quod tamen intellexit, vt credo, quando Iudæi non occupant in parochia loca vbi Christiani solebant habitare, & a quibus Ecclesia consueuit oblationes, & huiusmodi decimas

Greg. lib. 18. moralium cap. 16. ad c. 28. Iob.

ext. eod. ex transmissa. Econtra videtur, quia meretrix, licet turpiter meretricetur, non tamen turpiter accipit. ff. de condit. obtur. cau. idem & si. §. quoties. item delictum nõ debet immunitatem tribuere. vt ait Aug. 16. q. 1. legi epistolã. item nihil obedientia prodesset hominibus, si contemptus contumacibus non obesset. ext. de postul. prælatorum ad hæc. Solutio. Decimarũ aliæ prædiales, aliæ personales. In personalibus distingue, quia aut est trãslatum dominium pecuniæ decimãdæ in accipientem, & non competit repetitio, vt in meretrice, & histrione; aut non, vt in fure, raptore, simoniaco, vsurario. In primo casu ille tenetur dare, sed ecclesia non debet recipere, quamdiu est ille in scelere; ne videatur approbare delictum eius: sicut & quãdoq. respuit ecclesia oblationes aliquorum, ob detestationẽ criminis, in quo iacẽt, vtputa notorie dissidentium: item eorũ, qui opprimunt pauperes. dist. 90. oblationes. item raptorum, & vsurariorum. ext. de raptor. super eo. & de vsur. quia in omnibus. item meretricis; vel propter aliud crimen notorium, & horrendum. 17. q. 4. miror. Sed postquã pœnitentias acceperint, potest ecclesia decimas etiã prẽteritas accipere; ꝙa vt ait Gregorius; non debet despici in eo, quod fuit, quia iam incipit esse, quod non fuit. dist. 50. ferrum. In secundo casu, scilicet cum non transfertur dominiũ; vel transfertur, sed competit repetitio, nec ille potest facere, nec ecclesia debet recipere, per iura supradicta in prima parte. Ad prædiales autem soluendas tenetur quilibet indistincte, etiam inuasor, & iudæus, & ecclesia potest licite recipere. ext. eod. de terris. & est ratio, quia illæ non intuitur personæ, sed prædiorum dantur; quidam tamen dicunt quod si constaret ecclesiæ, quod prædium fuisset seminatum de semine rapinæ, vel vsuræ

mas recipere; alioquin ecclesiæ poterunt ab ijs quentus exigere: de hoc tamen dic vt supra de Iudæis. §. vltimo.

u *Qui seminant*] hoc sumptū est de 2. ad Corint. 9. vbi dicitur, q̄ seminat in benedictionibus, &c.

x *Prima opinio*] scilicet quod ad prædiales tenetur quilibet indistincte, etiam inuasor, & quod ecclesia pōt eas petere à quolibet.

y *Aperuero.*] sequitur cataractas cæli, & effudero vobis benedictionē vsque ad abundantiam.

z *Oportuit.*] arg. contra Græcos, quod præceptū de decimis morale est, quia datum est in veteri testamento; & hoc confirmatur in nouo, cū dicitur: oportuit. Sed Græci, qui dicunt illud præceptum esse ceremoniale, sicut præceptum est de primitiis, respondēt bene dici, oportuit, scilicet tempore veteris testamenti; sed, non oportuit, tempore noui, quando euacuata sunt cærimonialia.

a *Decimas.*] Lucæ 18.

b *Acceperint.*] in perpetuum sine iusto titulo.

vel simili, nō deberet recipere decimam de fructib⁹; alias sic: u nā qui seminant in maledictione, de maledictione metent. x prima opinio magis placet.

§.7. Item quid de militibus, & aliis laicis, qui recipiunt decimas fere vbique terrarum, possunt ne eas recipere in aliquo casu sine mortali? videtur quod non; Dominus enim præcepit in Leuitico cap. vlt. eas dari Leuitis, dicens: Omnes decimæ terræ, siue de pomis, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Item per Malachiam 3. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Domin⁹ exercituum, & dixistis: in quo reuertemur? si affliget homo Deum, quia vos configitis me, & dixistis, in quo cōfiximus te? In decimis, & in primitijs; & in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me, si non y aperuero vobis &c. Item Dominus in Lucæ 11. & Matth. 23. Væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei, hæc autem z oportuit facere, & illa non omittere. Itē decimas do omniū, quæ possideo. Item Gregorius: Laici, siue ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis a decimas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant se sagrilegij crimen committere, & æternæ damnationis crimen incurrere. 16. q. 7. decimas. Item Alex. III. in Concilio Lateranensi: Prohibem⁹, ne laici, decimas cum animarum suarum b periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre; si quis vero receperit, & ecclesiæ suæ non reddiderit, Christiana sepultura priuetur. ext. eod. prohibemus. Item laici nō possunt decimas c possidere. ext. de præscrip. causam. Econtra videtur quod possunt eas tenere in feudum ab Ecclesia, quia possunt vendi, etiam à laico. arg. ext. ne prælati vices suas. querelam. item expresse videtur hoc dicere Innocentius III. ext. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capit. cum Apostolica. in fine. vers. hoc autem. de his decimis intelligimus, q̄ ppetuo sunt laicis in feudū d cōcessæ.

b *Periculo*] qđ est, cum nomine suo, & auctoritate propria eas detinent: secus est, si in feudum eas ab eccła tenēt mediate; dū tamen sint datæ eis in feudum ante Concilium ab Alexādro celebratum, sicut dicit Magister.

c *Possidere.*] nec præscribere, vt ibi dicitur.

d *Concessæ.*] nō distinguitur a quibus cōcessæ, vtrum ab ecclesia, vel à laicis; vnde credo qđ siue ab ecclesia, siue a laicis ppetuo sūt in feudum concessæ, sufficit solius Episcopi consensus

Greg. 7. in Cōc. Lateranē. cap. 7. lib. 6. re gesti.

Item

sus absq: auctoritate capituli, adhoc qđ conferãtur alicui ecclesiæ, vel religioso loco; qđ tñ verũ est, si ab illo tẽpore, ex quo non extat memoria, taliter sint concessæ, & ante Concilium Lateraneñ. ab Alexandro celebratum. prædicta tamen capitula quærelam. & cũ Apostolica. non cogunt dicere, qđ decimæ possunt dari in feudum; quia illud capitulum, querelam. loquitur de affirmatione fructuum ecclesiæ: in illo vero capitulo, cum apostolica. recitatur factũ, non constituitur ius.

e *Cadere possunt*] & iure hæreditario ad successores transferri; aut ex donatione, vel alio titulo transire ad extraneos, ad similitudinem aliorum feudorum secundum quosdam; sed secũdũ alios laici non possunt eas transferre in laicos, & laicus, q ab eis illa recipit, Christiana dđ carere sepultura. ext. eo. phibem°. prima opinio benignior ẽ.

f *Perceptionem.*] non suo nomine principaliter, sed nomine Ecclesiæ habenda, penes quam remansit ius, & proprietas pcipiẽdi decimas.

Item hoc habet consuetudo generalis, quę optima est legum interpres. ext. de consuetud. cum dilectus. alias totus mundus fere esset in damnatione. Solutio. Ad hoc, saluo meliori iudicio, dico cum Io. & T. quod decimæ duplici iure debentur ecclesijs, scilicet intuitu diuini obsequij in eis præstiti. 12. q. 1. §. si ergo. 16. q. 1. quæsti. ext. eod. nouum. hoc iure, cum sit mere spirituale, non possunt à laico detineri, quia tale ius non cadit in laicum. arg. 10. q. 1. hanc consuetudinem. ext. de institut. in ecclesia. Itẽ debentur in signum vniuersalis salutem dominij. 16. q. 1. reuertimini. ext. eod. tua nobis. & cõst. cum non sit. & hoc iure, cum sit ciuile, e cadere possunt in laicum; non tamen vniuersaliter, id est non quo ad proprietatem, sed quoad fructuum perceptionem: hodie tamen à tempore Lateraneñ. Concilij celebrati sub Alexandro nullo modo valet collatio decimarum facta eis, cum talis alienatio, vel g infeudatio ibi fuerit prælatis penitus h interdicta. ext. eod. prohibemus. ext. de feud. c. 1. vnde si ius non spirituale, nec proprietatis, sed percipiendi fructus temporales, fuit concessum i ante dictum Concilium milites in feudum, & ipse bene viuat, & defendit Ecclesiam, sicut fidelis vassallus, potest excusari: aliter, si k vnum istorum defuerit, in periculo animæ suæ tenet. l vel dic quod nullo tempore poterunt dari in feudum, etiam quo ad ius temporale, seu ciuile, ita quod Episcopus facile recuperare non possit, forte potest Episcopus illud in feudũ alicui laico concedere, qui illud recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat. arg. ext. de feud. ex parte. & idẽ potest concedi probabiliter de decimis illis, quæ à tpe, ex quo non extat memoria, tenẽtur à laicis, nec eas recognoscunt se tenere ab Ecclesia. põt dici quod Eps possit de eis laicos infeudare. arg. pdictæ decret. ex parte. cũ per hoc ipsũ procuretur vtilitas Ecclesiæ; qa possessio directi dñij restituitur Ecclesiæ p infeudationẽ hmõi.

g *Infeudatio*] decimarum, in quarum possessione est Ecclesia ab antiquo, & de quibus non fuerat infeudatus laicus; quod dico, quia si feudatarius laicus decesserit, forte poterit Episcopus hæredem eius, vel extraneum, si hæredem non habet, de illis infeudare; aut si huiusmodi feudum à feudatario sit alienatũ,

h *Interdicta*] & deponendi sunt transgressores. ext. eod. quãuis.

i *Ante dictum*] quid si vescit de decima hmõdi quã tenet miles, vtrũ sit de antiquis datis ante Conciliũ, vel de datis de nouo in feudũ post Conciliũ? Dic quod si à tpe, ex quo nõ extat memoria, Miles humõdi, & antecessores eius quiete, & pacifice tenuerunt, recognoscentes se eã tenere ab Ecclesia mediate, vel immediate, & reddẽtes inde debitũ obsequiũ ipsi Ecclesię, vel alij nomine eius, præsumẽdum est benigna interpretatione, qđ sit de antiquis. arg. 12. dist. illa. alias non est præsumendũ quod iuste teneat.

k *Vnũ istorũ*] scilicet q̃ vel nõ ante dictũ Cõcilũ data fuerit ei in feudũ pceptio decimarũ, vel qđ nõ seruiat eccl̃æ sicut fidelis vassallus.

l *Vel dic*] prima opinio benignior est, & ideo magis

magis amplectenda.

m *Inutiliter*] allegãdo dicit, quia ex quo eccl'a recipit seruitium debitũ a vassallo, nõ inutiliter remansit penes eam ius spirituale.

n *Expressum*] sed decretalis illa forte loquitur de decimis datis in feudum post dictũ Concilium, vel de illis, quę nõ erant datę in feudum, sed gratis, & simpliciter absque omni seruitio datæ erant iure hæreditario possidendæ.

o *Indulto*] eodem modo dicunt quidã, qđ cum olim annis elapsis, vel circa tempus Machometi Saraceni inuasissent terrã Christianorum, concessit ecclesia laicis in feudũ decimas terrarum illarum, quas liberarent de manu Saracenorũ; sed non cõcessit, vt dicunt, quod in alios laicos trãsferre possent. arg. ext. eod. ꝓhibemus. sed nõ probant isti qđ dicunt, vnde nõ oportet illorum opinionem tenere.

p *Apostolica sede.*] auctoritas enim Episcopi hodie non sufficit ad talem infeudationem faciendam.

quod transirent ad hę redes, sicut & feudũ: [m] inutiliter enim esset tunc ius spirituale apud Ecclesiam; quia sicut anima non potest viuere sine corpore corporaliter, ita spiritualia sine temporalibus non possunt cõsistere. 1. q. 3. si quis obiecerit. & videtur [n] expressum. ext. eod. ad hæc.

§ 8. Sed quid de militibus Cataloniæ, qui nituntur se defendere priuilegio Apostolicæ Sedis [o] indulto, vt dicunt, quondam Comiti Barchinoneñ. in fauorem Christianitatis, & fidei Catholicæ, vt scilicet decimas omniũ locorum, quæ Paganis expulsis reducentur ad cultũ Dei, posset licite retinere; & inter principes, & milites terræ suæ, qui ipsum iuuarent ad hoc, diuidere, nũquid possunt tales decimas licite tenere? Item nũquid liberantur, & excusantur rustici à peccato, soluendo militibus? Item posito qđ possint retinere, numquid ex illa generali perceptione ex priuilegio poterunt petere decimas noualium, quę postea facta sunt, vel fiunt, vel illarum rerum de quibus antiquitus non consuerunt dari decimæ, vt de oliuis, & similibus? Solutio. Ad primum dico, saluo meliori iudicio, quod si priuilegium fuit cõcessum in perpetuũ sibi, & suis successoribus, ita ꝙ fuit reale, & non ꝑsonalę & ꝓpter hanc tam fauorabilẽ causam, & à Sede [p] Apostolica, possunt licite tenere, vel ad tempus, vel in perpetuum, iuxta formam in priuilegio expressam. dist. 63. Adrianus. & in Synodo. [q] Fallit tamen hoc in quatuor casibus. Primus, si postea sunt abusi priuilegio, impugnando, scilicet Ecclesiam, quam defendere tenebantur, vel non iuuando pro posse, ad ampliandum contra Paganos cultum fidei Christianæ, ꝓpter quod priuilegium est concessum. Secũdus, si fecerunt postea [r] scienter contra priuilegium. Tertius, si per illud priuilegium grauatur enormiter ecclesia, in cuius parochia prædia sita sunt. Quartus, si renunciauerint illi priuilegio. 11. q. 3. priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. dist. 63. §. verum. ext. de const. cum accessissent. in fine. & c. sequenti. ext. eod. suggestum. 7. q. 1. quam periculosum. Adde quintum casum, si commiserint aliquod enorme scelus contra ecclesiam, a qua tenebant feudum, videlicet occidendo, vel mutilando ausu temerario per se, vel per alios, Rectorẽ, vel alium clericum

q *Fallit tamen*] qđ scilicet possint retinere licite huiusmodi decimas.

r *Scienter contra priuilegium*] non recipiendo huiusmodi decimas: de hoc tamen dic, vt notatum est supra eod. §. dãtur decimæ.

s *Libe-*

ricum eiusdem eccle-
siæ. 25. q. 2. ita nos.
ext. de pœn. ad au-
res. & constit. in qui-
busdam. Ad secun-
dum dico, quod si ru-
stici sciunt, vel credũt
milites licite, vel au-
ctoritate ecclesiæ re-
cipere, excusantur,
præsertim cum eccle-
sia nõ petit ab eis, nec
cõtradicit militibus,
quos scit, & videt re-
cipere decimas; alias,
si scirent eos illicite
recipere, non [r] libera-
rentur. Si autem pro-
pter metum persolue
rent; excusarentur à
peccato, nõ à toto, sed
à tanto. 32. q. 5. ita ne.
ext. quod met. causa.
sacris. Ad tertium di-
co, quod non possunt
petere decimas no-
ualiũ; immo debent
solui ecclesiæ, quia ta-
lia priuilegia arctan-
da sunt, non amplian
da. ext. eod. tua. secus
dico in priuilegio p-
sonæ religiosæ cõces-
so. ext. eod. [t] ex parte
tua. Decimas autem
illarum rerum, quæ
non cõsueuerunt de-
cimari, videtur quod
possint petere ipsi mi
lites, eo quod eis terra
illa ab antiquo fuerit
decimalis, & vna ea-

demque res non de-
beat duplici iure cen-
seri. ext. eod. cum in-
tua. sed illud verum
est in monasterio, vel
ecclesia. [t] secus forte
posset [u] dici ī laico, ad
similitudinẽ eius, qđ
dictũ est de noualib⁹.
& est optimum. arg.
ff. de contrahen. emp.
in lege, vbi dicitur qđ
fundo vendito, excep-
tis lapicidinis, non vi
dentur per illam ex-
ceptionem exceptæ,
nisi lapicidinæ, quæ
tunc [x] apparebant, li-
cet plures aliæ essent
in fundo, quæ non ap-
parebant. item quia
in ambiguo semper
tutior via est eligen-
da. ext. de homic. ad
audientiam. vnde cõ-
sulendum est vt sol-
uantur ecclesiæ paro-
chiali.

Item posito circa
idem, quod monaste-
rium, vel ecclesia [y] p̃-
scripserit decimas ali-
cuius parochiæ, ibi
dico, quod decimæ
monialium, & illarũ
rerum, quæ non con-
sueuerant decimari, debent, non ob-
stante tali præscriptione, solui [z] ec-
clesiæ parochiali, ad quam de iure
communi spectat perceptio decima-
rum. ext. eod. cum contingat. & per
hoc notatur plerosque Episcopos
male

forte, vel nucũ,
vel glandiũ, vel
salicum, scilicet,
quod possũt exi
gi decimæ illa-
rum rerum, quæ
non consueue-
runt decimari.

[t] *Secus*] scili-
cet quod nõ pos
sit eas petere.

[u] *Dici*] in hoc
credo verum
esse.

[x] *Apparebant*] eodem modo il-
le solæ decimæ
videntur esse
concessæ laicis,
& de rebus illis
solum, de quib⁹
soluebantur cõ-
cessionis tem-
pore.

[y] *Perscripserit*] non habens su-
per hoc priuile-
gium, vel dona-
tionem canoni-
cam.

[z] *Ecclesiæ paro
chiali.*] eodem
modo credo, q
si miles aliquis,
vel laicus, qui
hactenus non
consueuit deci-
mas persoluere
de terris suis,
rediens ad cor
velit eas perso-
luere, debet so-
luere eas paro-
chiali ecclesiæ,
non illis, qui ex
sola p̃scriptione
decimas hacte-
nus perceperũt.

[a] *Ad*

[r] *Liberarentur*] credo sine veritatis p̃iudicio, quod vbi ecclesia non petit ab huiusmodi rusticis decimas, sed permittit tolli à militibus, liberant rustici omnino, nec peccãt taliter soluẽdo, nisi placeat eis taliter ecclesiã defraudare iure suo.

[t] *Ex parte tua*] vbi dicitur cuidam Abbati, qđ cum concessum sit ei maius, scilicet vt decimas de laboribus terræ parochiarum suarũ integre percipiat, de noualibus etiam exigere potest; quia vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur. Illud tamen intelligunt quidã de ecclesijs pleno iure subiectis monasteriis, vel de illis, quæ sunt eis concessæ in vsus proprios; quia tunc ratione ecclesiarum percipiunt decimas. Alias, vbi nihil habent iuris in ecclesijs, sed in decimis aliquã portionem, dicunt priuilegiũ huiusmodi non esse extendendum, sed potius restringendum. arg. ext. eo. tua. 1. Veri⁹ tamen credo quod dicit Magister, illarum rerum, sicut oliuarum

Digitized by Google

male facere, qui omnes decimas noualiũ suæ diœcesis, & alias, quascumque possunt à militibus recuperare, sibi vsurpant, quod non licet de iure, nisi cum illa noualia, vel alia non sunt infra terminos alicuius parochiæ; vel nisi aliam causam rationabilem ostendant, vt in prealleg. decret. cum in tua. & extr. eod. quoniam.

§. 9. Item aliquis habens domicilium in vna parochia colit prædia in alia parochia; alius pascit pecora in vna parochia, sed habet caulam, siue ouile in alia, cui ecclesiæ soluentur decimæ? Solutio. Ad primum dico, quod decimas psonales debet persoluere illi ecclesiæ, vbi per totum annum, siue frequentius audit diuina, & recipit ecclesiastica sacramenta. 16. q. 1. questi. prædiales vero debent semper persolui illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia. 16. q. 1. si quis laicus. ext. eod. quoniam. Hanc distinctionem facit decret. ext. eod. ad Apostolicæ. si tamen super hoc esset certa consuetudo, standum esset ei per illam decret. ad Apostolicæ. & ext. eod. cum sint homines. Item si dubitetur de consuetudine, vtrum decimæ prædiales dandæ sint cappellis, vbi audiuntur diuina, vel ecclesiæ baptismali: ratione baptismi debent dari prædiales baptismali; personales vero cappellæ. ext. eod. nuncios. [a] Ad aliud dico, quod de lacte, fœno, & lana detur decima illi ecclesiæ, in cuius parochia pascua sita sunt; quia cum inde suscipiant totum nutrimentũ, tales decimæ [b] prædiales censentur. arg. ext. eod. commissum.

§. 10. Quid de clericis, qui habentes sufficiens patrimonium recipiunt decimas? de talibus dicit Hieronymus; qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt. 16. q. 1. quoniam quicquid. Ad hoc dicas, quod si isti deseruiant ecclesiæ, sicut debent, & has decimas non recipiunt, vt eas in malos vsus consumant, sed vt inde pauperibus prouideant, non peccant, alias committunt sacrilegium, vt dixit Hieronymus, & Prosper. 1. q. 2. pastor. item si illo recipiente aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidij. 14. q. 5. immolantis. in fine. vers. panis egentium. &c.

§. 11. Quid si miles [c] iniuste detinet decimas, nec potest ecclesia recuperare ab eo, numquid poterit eas redimere sine periculo simoniæ? videtur quod non; quia sicut non possunt vendi, ita nec redimi. ext. de simon. querelam. expressius. 16. q. 7. decimas quas populus. 1. q. 3. altare. item non possunt permutari cum re temporali. ext. de rerum permut. ad quæstio-

[a] *Ad aliud*] de illo scilicet, qui pascit pecora in vna parochia, & habet caulas in alia.

[b] *Prædiales censentur.*] Sed qd si per medietatem anni pascãtur in vna parochia, & per aliã medietatem in alia? Respõdeo: Alanus notauit ext. eod. ad Apostolicæ, quod in hoc casu æquũ est diuidere decimas. eodem modo, si continue iaceant in vna parochia, & continue pascãtur in alia; consuetudo tamen tenenda est in talibus.

[c] *Iniuste detinet*] quod forte nõ tenet eas ab Ecclesia in feudum mediate, vel immediate; aut si tenet eas in feudum, & infeudatus est ab eccl'a post Concilium Alexandri.

[d] *Au-*

Hieronymus ad Damasũ Papam.

Hieronymus ad Damasũ Papam.

Prosper de contemplatiua vita lib. 2. c. 9. & 10.

[d] *Auctoritate Episcopi*] ego credo, quod si parochialis ecclesia velit redimere huiusmodi decimas ab iniusto detentore, non est necessaria auctoritas Episcopi; quia cuilibet licet ius suum redimere: nec est aliqua simonia ex parte redimentis; quia nō dat temporale p spirituali, sed tantum temporale pro temporali, scilicet pro fructibus decimæ detentæ iniuste à milite; iusque spirituale percipiendi decimas remanet semper penes ecclesiam, à quocunq; fructus iniuste vsurpentur. sed nec huiusmodi miles, licet alias peccet, committit simoniā accipiendo inde pecuniam; quia nihil spirituale vēdit: potest tamen esse simoniacus intentione sola, & voluntate in re ipsa, si scilicet intendat vendere aliquod spirituale. Si autem aliqua ecclesia parochialis velit huiusmodi decimas redimere, non nociua est auctoritas Episcopi: & credo quod sufficiat auctoritas eius sine consensu capituli, quando redimuntur decimæ laicis in feudum perpetuo concessæ; sicut sufficit in gratuita concessione. vt ext. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capit. cum Apostolica. vbi tamen fieret huiusmodi redemptio ab alia ecclesia, quam à parochiali, tutius esset, quod omnia ponerentur in manu Episcopi, & postea Episcopus aliquid faceret dari laico ab illa ecclesia. arg. ext. de præb. nisi. & infra de rer. permut. ad quæstiones.

quæstiones. potest tamen dici contrarium, scilicet quod possint redimi; dum tamen fiat [d] auctoritate Episcopi, ad cuius dispensationem spectant decimæ; & quia auctoritas iudicis multum excusat de talibus. ext. de præben. nisi. ext. de rer. permut. quæsitū. idem credo in pignore, quod potest eas recipere in pignus; sicut & quamlibet aliā possessionem, quam miles similiter detinet violenter, & iniuste: nec tenetur in talibus fructibus computare in sortē; dum tamen non pertineāt huiusmodi decimę ad [e] alienas ecclesias, quas non debet recipere in pignus parochialium ecclesiarū, licet in eis habeant ius patronatus; nec aliqua alia ecclesia, quā parochialis, vel quam illa, ad quam pertinent huiusmodi decimæ de speciali priuilegio. nec potest Episcopus hodie in hac parte præstare auctoritatem, sed antequam edita esset illa decret. ext. eod. interdicimus. permittebatur Episcopis præstare super hoc auctoritatem quantum ad decimas perpetuo in feudum laicis concessas, vel detētas ab eis ab eo tempore, à quo nō extat memoria, nisi quantum ad illas, quæ post Cōcilium Alexandri vsurpatæ sunt ab eis de nouo; in qua scilicet alienatione non sufficit sola auctoritas Episcopi. Quid ergo de illis, qui ante hanc prohibitionem receperunt huiusmodi decimas in pignus auctoritate Episcopi, numquid possūt eas retinere, modo facta prohibitione, ita qđ non computentur fructus in sortem? Respōdeo. sine præiudicio, quod sic, cum constitutiones nouæ nō extendantur ad præterita; sed ad futura, licet alibi contrarium docuerim. Sed quare facta est huiusmodi prohibitio; & quare non potest Episcopus præstare auctoritatem super huiusmodi impignoratione, cum possit auctoritatem præstare in perpetua alienatione, quod maius est, vt in prædicta decret. cum apostolica? Respondent quidam, quod huiusmodi prohibitio facta est, vt sic facilius reuerterentur decimæ ad parochiales ecclesias. Ego credo, quod ideo facta est, quia semper malū fuit, vel ad minus species mali propter vsuram, vel speciem vsuræ; cum creditor intenderet aliquid non suum recipere vltra sortem, aliter mutuum non daturus, contra illud Lucæ 11. Date mutuum nihil inde sperantes: sed in perpetua alienatione non est malum hoc, vel species mali; & propterea potest Episcopus præstare auctoritatem super huiusmodi alienatione perpetua, sed non in pignoratione. Si autem cum auctoritate Episcopi, ante prohibitionem prædictam, aliqua persona ecclesiastica receperit huiusmodi decimas in pignus, tenetur fructus omnes, quos inde recepit, restituere, non laico, qui nullum ius ibi habuit, sed ecclesiæ parochiali; vel cum ea bona fide componere. bonam fidem dico, cum ille, qui facit restitutionem exponit se ad plenariam restitutionem faciendam, nisi ius fuerit ei remissum liberaliter, & spontanee. Si autem miles, aut laicus ille iuste tenebat decimas illas in feudum, credo quod creditor, qui sine auctoritate Episcopi illas recepit in pignus, tenetur fructus computare in sortem,

[e] *Alienas Ecclesias*] alienam esse à quocunque creditore credo ecclesiam, nisi ille creditor sit sacerdos parochialis, vel talis persona, ad quam pertineant huiusmodi decimæ de speciali priuilegio, vel canonica donatione. Vnde credo, quod nec Episcopus, nec cathedralis ecclesia hodie potest recipere decimas in pignus parochialium ecclesiarū, licet in eis habeant ius patronatus; nec aliqua alia ecclesia, quā parochialis, vel quam illa, ad quam pertinent huiusmodi decimæ de speciali priuilegio. nec potest Episcopus hodie in hac parte præstare auctoritatem, sed antequam edita esset illa decret. ext. eod. interdicimus. permittebatur Episcopis præstare super hoc auctoritatem quantum ad decimas perpetuo in feudum laicis concessas, vel detētas ab eis ab eo tempore, à quo nō extat memoria, nisi quantum ad illas, quæ post Cōcilium Alexandri vsurpatæ sunt ab eis de nouo; in qua scilicet alienatione non sufficit sola auctoritas Episcopi. Quid ergo de illis, qui ante hanc prohibitionem receperunt huiusmodi decimas in pignus auctoritate Episcopi, numquid possūt eas retinere, modo facta prohibitione, ita qđ non computentur fructus in sortem? Respōdeo. sine præiudicio, quod sic, cum constitutiones nouæ nō extendantur ad præterita; sed ad futura, licet alibi contrarium docuerim. Sed quare facta est huiusmodi prohibitio; & quare non potest Episcopus præstare auctoritatem super huiusmodi impignoratione, cum possit auctoritatem præstare in perpetua alienatione, quod maius est, vt in prædicta decret. cum apostolica? Respondent quidam, quod huiusmodi prohibitio facta est, vt sic facilius reuerterentur decimæ ad parochiales ecclesias. Ego credo, quod ideo facta est, quia semper malū fuit, vel ad minus species mali propter vsuram, vel speciem vsuræ; cum creditor intenderet aliquid non suum recipere vltra sortem, aliter mutuum non daturus, contra illud Lucæ 11. Date mutuum nihil inde sperantes: sed in perpetua alienatione non est malum hoc, vel species mali; & propterea potest Episcopus præstare auctoritatem super huiusmodi alienatione perpetua, sed non in pignoratione. Si autem cum auctoritate Episcopi, ante prohibitionem prædictam, aliqua persona ecclesiastica receperit huiusmodi decimas in pignus, tenetur fructus omnes, quos inde recepit, restituere, non laico, qui nullum ius ibi habuit, sed ecclesiæ parochiali; vel cum ea bona fide componere. bonam fidem dico, cum ille, qui facit restitutionem exponit se ad plenariam restitutionem faciendam, nisi ius fuerit ei remissum liberaliter, & spontanee. Si autem miles, aut laicus ille iuste tenebat decimas illas in feudum, credo quod creditor, qui sine auctoritate Episcopi illas recepit in pignus, tenetur fructus computare in sortem,

& quod

Digitized by Google

& quod vltra sortem receperit, tenetur restituere prædicto laico.

f *Interdicimus*] vniuersis personis ecclesiasticis, vt decimas detentas à laicis, ad alienas ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdē laicis non præsumāt. Quid si miles de consensu Epi dedit proprietatē decimæ alienæ ecclesiæ, retēto sibi vsufructu, nūquid illa ecclesia poterit recipere illū vsumfructū in pign', non computatis fructibus in sortem? R. ex quo huiusmodi donatio facta est inter viuos, ita quod proprietas iam est ecclesiæ acquisita, cum vsusfruct' debeat sequi proprietatem regulariter, si miles ille propria auctoritate retinuit vsumfructum, potest ecclesia illa recipere in pignus, nō computatis fructib' in sortem; quia nihil recipit, nisi quod suum est, ecclesia. Si autem auctoritate Episcopi illius ecclesiæ cōcessus est ei vsusfructus, cum eo ipso illum iuste possideat, tenetur ecclesia fructus cōputare in sortem, si illum recipit in pignus.

pere à laicis. ext. eod. interdicimus. quā require infra inter nouas constitutiones. & sic intelligo ext. de vsur. c. 1. g & idem intelligo de omnibus, h possessionibus emptis de illis fructibus iniuste perceptis. in hoc tamen est differentia; quia non concederem ista de decimis, nisi cum aliter i non possunt recuperari. ext. de his, quæ fiunt à præl. sine cons. capit. k cum apostolica. sed in aliis possessionib' l nō requiritur aliud, nisi quod miles iniuste detineat. De feudo dico, quod si ecclesia recipit in pignore feudum, quod miles tenet per eam, si durante pignore recipit ab eo seruitium feudi, tenetur fructus computare in sortē, m alias non. ext. de feud. c. 1. & sic intelligo ext. de vsur. conquestus. vbi simpliciter dicitur, qđ fructus feudi non tenentur computari in sortem. Hoc autem, n quod dictum est de feudis volunt quidam extendere ad colonias rusticorum, quod non approbo; immo dico quod si ecclesia recipit coloniam coloni sui in pignore, debet fructus in sortem computare deducto iure, & laboribus, & expensis; quia super hoc priuilegium nullum video ecclesiæ o concessum.

g *Idem intelligo*] scilicet qđ huiusmodi possessiones recipi possunt in pignus, non computatis fructibus in sortem.

h *Possessionibus*] non vr̄ tutum hoc dicere, cum huiusmodi possessiones sic emptę videātur esse emptoris; quia sicut empta res de furto, non est furtiua; nec res empta de vsura est vsuraria, ita nec possessio empta de fructibus iniuste perceptis possideri videtur iniuste. vt C. de rei vend. si ex ea. sed ideo dicit hoc Magister, quia priuilegium est ecclesiæ: quia res emptæ de pecunia ecclesiæ acquiruntur ecclesiæ, sicut contingit in milite, & minore, vt notatū est supra de emun. eccl. vel dic, quod speciale priuilegium est ecclesiæ, quod huiusmodi possessiones possit in pignus recipere, fructibus non cōputatis in sortē. prima tn rnsio verior est, scilicet, quod possent redimi, aut in pignus recipi.

i *Non possunt*] commode, aut de facili.

k *Cum Apostolica.*] ibi dr̄ qđ primo laicus est monēdus, quod restituat eccl'æ parochiali decimas; q̄ si nolit, tunc pñt dari alij eccl'æ de consensu Epi. Quid si omittatur pdicta admonitio; nūquid tenebit alienatio? R. q̄ sic, licet male faciat Eps, qui eā prætermittit, sicut peccat regularis, qui nō petita licētia facit professionem in arctiori religione, & tn̄ pfessio taliter facta tenet, vt credo.

l *Non requiritur.*] quantū ad hoc qđ ecclesia, ad quā pertinēt, possit eas redimere ab iniusto detētore, vel in pign' accipere.

m *Alias non.*] credo quod hoc est speciale priuilegiū eccl'æ, vnde nō est extendendū ad Reges, & principes seculares quantū ad feuda, q̄ tenentur ab eis. Sed quomodo pōt habere priuilegiū illud ecclesia, cū videatur contra ius diuinum esse, quod prohibet in mutuo aliquid recipere vltra sortem? R. ecclesia intelligitur, siue fingitur sub tali onere, vel conditione concessisse feuda sua; quod potuit facere; quia licet cuilibet ab initio imponere rei suæ onus quod voluerit.

n *Quod dictum est*] scilicet quod ecclesia tenetur fructus computare in sortem.

o *Concessum.*] arg. q̄ hoc est speciale priuilegium ecclesiæ, & ita non est extendendum ad principes seculares, vel alios laicos; & hoc credo verum esse, vt dictum est.

§. 12. Quid si aliquis longo tempore [p] recepit, & retinuit decimas, nunc venit ad sanctificationem, asserens se ignorantia, & simplicitate peccasse, vel etiam scienter, & postulat sibi remitti intuitu Dei, & Ecclesiæ, quod accepit, vel retinuit in præterito tempore; cum alias oporteret eum cum sua familia mendicare? Ad hoc dico, quod potest ecclesia petere [q] omnes decimas p̃teriti temporis. 16.q.7.quicumque recognouerit: sed si videat istum contritum, & preces eius niti [r] veritate, debet ei tanquam [s] pauperi dimittere vnde viuat; cum hoc idem esset ei datura postea. arg. 16.q.1.quoniam. Hoc tamen debet facere [t] Episcopus, & potest etiam sine cõsensu capituli; cum sic decimæ ad ecclesiam reuertãtur. ext. de his, quæ fiunt à præl. sine cons. capit. cum apostolica.

§. 13. Item quæritur, vtrum omnes decimę sint in prȩcepto, an prædiales tantum. videtur quod omnes per ea, quæ dixi supra eod. §. item quid de militibus? in contrarium videtur tenere totus orbis, quia vix alicubi dantur decimæ personales: præterea in lege Dñi non videntur p̃ceptæ, nisi p̃diales; vt patet per ipsam [u] literam. item dicit Innocen. illę q̃ppe decimæ necessario sunt soluendę, q̃ debẽtur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. ext. eod. cõst. in aliquibus. Nec mireris, q̃a est tanta vis cõsuetudinis, quod etiã in matrimonio personas de iure ad cõtrahendum legitimas facit illegitimas. ext. de cogn. spir. super eo. itẽ consuetudo astringit ad cõtinentiam clericos constitutos in minoribus ordinibus, cum tamen de iure ad hoc non teneantur. dist. 32. placuit. item secundum ecclesiæ cuiusque consuetudinem, vel trina, vel vnica debet in baptismo fieri immersio. de consecrat. dist. 4. de trina. item consuetudo non potest tollere ius naturale, siue diuinũ, id est præcepta, & prohibitiones Dñi; immo talis cõsuetudo abrogatur à lege. 32.q.7.flagitia. dist. 8.c.3. & sex cap. seqq. ext. de simon. cum in ecclesiæ. ius vero positiuum, siue humanum tollit consuetudo; vel in totũ, si est generalis. dist. 4.§. leges, vel in partem, si est particularis. dist. 12. consuetudo. ita tamen quod ipsa consuetudo; non sit contra ius naturale, vt dictum est, quia tunc nec ius positiuũ [x] posset tollere. dist. 12. illud. Si er-

[p] *Recepit, vel retinuit*] iniuste, nõ tenens eas in feudũ ab ecclesia mediate, vel immediate.

[q] *Omnes decimas*] tãm ab ipso, quam à prædecessorib' eius mala fide receptas, quas omnes iste tenetur restituere ad æstimationem tot' hæreditatis, quam habet ab illis antecessoribus.

[r] *Veritate*] scilicet, quod oporteret eũ mendicare, si totum restitueret.

[s] *Pauperi*.] credo quod si diues sit, potest ei gratis dimittere, vl in totum, vel in partem, q̃d male acceptum est, ex quo in posterũ vult cessare à tali receptione, & ecclesiam restituere iuri suo.

[t] *Episcopus, & potest*] quia sola auctoritas presbyteri parochialis ad hoc nõ sufficeret. satis autẽ credo, q̃ potest Episcopus in hoc casu quietare, vel remittere fructus perceptos propter vtilitatẽ ecclesię parochialis, ad quam taliter decimæ reuertuntur. Illa tamen decretalis, cum Apostolica, quã Magister inducit hic, loquitur de decimis, quæ cessæ sunt laicis in feudum in perpetuum, sicut sępe dictum est, non de illis, quæ de nouo vsurpatæ sunt à laicis.

[u] *Literam*.] Leuit. vlt. omnes decimę terrę vestræ, siue de frugibus, siue de pomis. Dñi sunt.

[x] *Posset tollere*] quia in hoc casu nulla esset ipso iure.

[y] *Deben-*

Si ergo personales decimæ non Dei, sed hominũ præcepto [y] debẽtur, [z] videtur quod consuetudo contraria à culpa liberet non soluentes; maxime vero per illam constit. [a] in aliquib⁹, quæ multum [b] mouet me; hoc tamen diffinire formido, audire magis

[y] *Debentur*] quod verũ est, quia in lege Dñi nihil præcipitur de personalibus decimis, & ideo nõ debentur; q̃ enim de vno præcipitur, de alio negari videtur; sicut econtra quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. dist. qualis. 44. dist. disciplina. vbi exponit populus tu⁹ quasi nõ meus.

[z] *Videtur*] & hoc credo verũ esse, maxime vbi ecclesia non consueuit huiusmodi decimas exigere. Sed quid de illis, qui non soluunt decimam de vineis, & quibusdam aliis prædiis, sed vigesimam, vel aliam quotam minorem decimæ; quid etiam de illis, qui de oliuis, & nucibus, vel quibusdam aliis terræ fructibus ecclesiæ nihil soluũt pro decima; numquid excusantur per consuetudinem, cum talis consuetudo cõtraria videatur esse legi diuinæ? credo quod sola cõsuetudo non excusat in prædictis casibus: si tamen compositio auctoritate Epi, & Ecclæ cuius interest decimas hmõdi solui facta est cũ illis, q̃ debẽt decimas, de minori parte soluenda quã sit decima, vel si ita obtentũ est à tpe, cuius non extat memoria, excusantur qui minus soluũt, quã decimã. nec possunt auctoritate propria illi, qui fecerũt compositionem, aut sine contradictione sustinuerunt huiusmodi cõsuetudinem, vel successores eorum aliquid plus solito exigere; vel de rebus, de quibus non consueuerunt decimæ solui, de nouo aliquid exigere; nec domini prædiorum vltra solitum tenentur aliquid soluere, nisi ecclesia ad inopiam redigatur; vel nisi auctoritate domini propter hoc fiat ex certa scientia reuocatio compositionis prædictæ, vel cõsuetudinis. Verum est tamen, quod sola consuetudo non liberat debitorem decimarum in prædicto casu, vel in prædictis casibus, sed compositio, vel remissio, siue quietatio facta ab ecclesia expresse, vel tacite, siue præsumpte, ex hoc, quod per tantum tempus pacifice sustinuit, quod aut nihil pro decima solueretur, aut minus, quã decima. Sed quomodo potest ecclesia absoluere aliquem tacite, vel expresse à legitima præstatione decimarum, cũ debeãtur de iure diuino? itẽ quomodo põt Papa priuilegiũ alicui dare de nõ dãdis decimis? R. ad primũ dic, q̃ eccla reuera non põt aliquẽ absoluere, vel alicui remittere ius soluẽdi decimas, ad qđ semper tenentur dñi prædiorũ, sed bene põt absoluere, vel remittere ipsã pstationẽ, vel actũ præstandi decimas, sicut cõcedo, qđ ex quo matrimoniũ est cõsummatũ inter fideles, neuter potest absoluere reliquũ a vinculo matrimoniali, vel a iure mutuę seruitutis, licet posset absoluere illũ ab actu, vel excõicatione illius iuris, cum de cõi consensu transeũt ad religionẽ. põt etiã dici qđ in pdictis casibus fingitur à iure qđ dñi prædiorum breui manu soluerunt ecclesiæ decimas, & rursus eccla redonauerit eis, vel ĩ totũ, qñ scilicet eccla nihil consueuit recipere q̃ decima, vl in partẽ, qñ cõsueuit recipere minus quã decimã. Ad aliud potest dici qđ Papa non dat alicui priuilegium de decimis non soluendis, sed solũ ius administrãdi pauperibus, & retinendi sibi necessaria ex eis; qđ põt facere Papa, non solũ de decimis, quas de iure cõi debent monachi, sed etiã de illis, quas debẽt alij ecclesijs parochialibus. vt 15. q. 6. c. 1. vel dic, qđ Papa super his, quæ nõ pertinẽt ad articulos fidei, põt dispensare, & priuilegia alicui concedere, non tñ canonem generalem contrariũ constituere: vnde notauit Alanus. ext. eod. licet. quod Papa posset alicui laico concedere, quod non solueret decimas, vel quod eas reciperet ab alio; non tamen omnibus laicis hoc posse concedere, nisi forte ex causa ad tempus, sicut dicitur fuisse concessum Gallicis.

[a] *In aliquibus*] vbi dicitur. illæ quippe decimę necessario sunt soluendæ. & c. vt supra. eo. §. quod tamen. ibi dicitur, quod necessario soluendæ sunt decimæ, quæ debentur lege diuina, intelligo, quando nulla facta est compotio inter ecclesiam, & dominos prædiorum; vel quando ecclesia nõ remisit eas tacite, vel expresse, vl dictum est supra; vel quando ecclesia indiget; vel quando exiguntur auctoritate Papæ scienter reuocantis compositionem, vel consuetudinem contrariam.

[b] *Mouet*] ad dicendũ, q̃ in personalibus decimis consuetudo à culpa liberet nõ soluẽtes; circa primitias autem soluendas, vel non, secundum quod primitiæ dñr quædam aliquotæ inter quadragesimam, & sexagesimam, vt ext. eod. c. 1. credo standum esse cõsuetudini; & credo, qđ nusquã, aut in in paucis locis hodie exigũtur hmõi primitiæ, aut redduntur. Vnde dicunt quidã, quod præceptũ de primitiis cæremoniale fuit; quod etiã quidã dicunt de decimis; vel adminus, qđ fuit partim morale, partim cæremoniale. morale, quantũ ad hoc, quod dñi prædiorũ necessaria ministrent Leuitis, & seruientib⁹ in templo; cæremoniale, quantũ ad illã aliquotam, quæ decima appellatur: sicut dicunt quidam, quod præceptũ

de sabbatho morale est quo ad hoc, quod semel in septimana cessetur à laboribus, vt vacetur Deo: cæremoniale, quātū ad hoc, quod p̄ceptum est hoc fieri septima die. Vnde dicūt quod vbi eccl'a abundaret aliis redditib', & possessionibus, nullus hodie teneret soluere decimā, vel aliquotam de fructib' suis, nisi præceptū de decimis soluendis fuisset per canones innouatum. Sed huic opinioni contradicit illa decretalis in aliqoibus, quæ dicit, quod quædā decimę debētur ex lege diuina, & quædam ex loci consuetudine approbata.

c *Consilium*] bene dicit consilium, eo quod in hoc casu teneat venditor in foro pœnitentiali ad restituēdum emptori, qđ' solui t ecclesiæ, qa non est necessarium hoc fieri, cum cōsuetudo reuera in hac parte excuset.

d *Absit enim*] hoc sumptū est. 12. q. 2. fraternitas, quia bonæ fides non patitur, vt bis idem exigatur, vt dicit regula iuris.

e *Tenetur ei*] in foro causarum; si tamen per sen

cupiens, quam audiri: c consilium tamen sanū esset, vt soluerent; vel saltē auctoritate Ep̄i, & ecclesiarū, quibus essent persoluēdę, erogaret quilibet, vel simul, vel per quotidianas eleemosynas ī vsus pauperum. Idem etiam faceret de decimis, quas retinuit prę teritis temporibus, vel peteret saltem à prædictis personis sibi remitti intuitu Dei, & ecclesiæ.

§. 14. Item quid si aliquis vendidit aceruum ante solutionem decimæ, quis tenetur ad solutionem. Solutio. Dico quod vterque tenetur; venditor, propter dolum, quem commisit; & quia habet pretium, quod succedit loco rei. 12. q. 2. monemus. & statuimus. cū duobus cap. sequentib. ff. de petit. hæredit. si & rem, & pretium. emptor tenetur, quia res transiuit ad eum cum onere decimarum. expressum est hoc. ext. eod. pastoralis. 12. q. 2. Augustino. & ita potest ecclesia petere, à quo maluerit. credo tñ, quod si obtinuit à venditore, liberat' est emptor, vel econtra: d absit enim quod ecclesia suum recipiat cum augmento. Vtrū tñ ecclesia poterit petere pœnam. require infra de vsur. §. licet autem. & §. item quid si pœna. Item si emptor fuit bonæ fidei, & soluit decimam, e tenetur ei venditor; si fuerit malę fidei, nō tenetur, nisi expresse dictum, & cautū fuerit: debet tñ vterque agere pœnitentiam de dolo, & quasi furto; quia contrectauerunt decimam inuito dño. In foro tñ pœnitentiali tutum est, q̄ si emptor persoluit decimam, venditor sibi restituat, nisi forte in casu, scilicet si emptor non inuenitur deceptus in re, quia bene valet adhuc pretium.

§. 15. Item, quid si aliquis furtiue, vel etiam violenter armata manu rapuit totum aceruum, vel partem de area rustici ante solutionem decimarū, numquid tenetur rustic' ecclesiæ? Solutio. Dñium decimæ residet iuxta ecclesiā, etiam ante separationē. 16. q. 1. moderamine. & decimæ. item statim collectis fructib' debent dari. 16. q. 1. decimę. ext. eod. cū hoies. ergo, si nō soluant statim, cum cōpetenter solui p̄nt, in mora est rusticus; ergo periculū spectat ad ipsum: quare tenetur ecclesiæ. si vero non erat adhuc in mora, & violenter sibi abla-

tentiam fuerit condēnatus, vt ff. de euiction. si dictum.

f *Bene valet*] videtur tñ quibusdam, & probabiliter, quod in hoc casu teneatur venditor in foro pœnitentiali ad restituendum emptori, quod soluit ecclesiæ, cum sit licitū contrahentibus sese inuicem decipere; dū tamen absit fraus, & dolus, & non vltra dimidium iusti p̄tij fiat deceptio ff. de minorib'. in causæ. §. vlt. C. de rescind. vend. l. 2. & l. si volūtate. & ext. de emp. & vend. cum dilecti.

g *Sine*

Digitized by Google

ablatum est ab extraneo, cui non potuit prohibere, non tenetur, sed aget ecclesia contra raptorem. ff. locari. si in lege .§. item vtiliter. & hoc teneas pro regula, quod semper posterior mora nocet ei, per quem fit. ff. de peri. & commo. rei vend. illud. ff. de vsur. debitor. & secundum hoc dico, qđ si rusticus erat in mora tempore violentiæ, tenetur ad totalem decimam totius acerui; dabit tamen ecclesia rustico suas actiones cõtra violentum: si vero ecclesia erat in mora, de residuo tantum recipiet decimã, nisi in casu, scilicet, si propter moram ecclesiæ, [g] sine qua non audebat tangere fructus, rusticus non reposuerat fructus, quos alias reposuisset in locis securis, tunc quicquid perditur, cedit in periculum ecclesię, ad minus vsque [h] ad complementum decimæ; ecclesia enim non debet petere lucra cum damnis aliorum. 12.q.2. fraternitas.

§. 16. In summa nota quod ille, qui bene, & fideliter dat decimã, quadrupliciter remuneratur à Deo. Prima remuneratio est abundantia fructuum; secunda sanitas corporis; tertia indulgentia peccatorum; quarta cæleste regnum. De primis duabus Aug. [i] si decimam dederis nõ solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis cõsequeris. *Aug. ser. 219. de tempore.*

Itẽ de duabus vltimis [k] idem Aug. Qui præmium corporale, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouem partibus eleemosinam dare studeat pauperibus; qui vero nõ dat, punitur in oppositis: vnde Dñs [m] per Malachiam: Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias, idcirco in fame, & penuria maledicti estis. Idem loquens illis, qui dant decimas: Increpabo pro vobis deuorantes. exponit Hieronymus videlicet, locustã, brucum, eruginem, & erucã, & multa, sicut in Malachia. *Aug. ser. 219. de tempore.* *Hiero. sup Malach. cap. 3.*

[n] item Aug. cum decimas dando, & terrena, & cælestia possis promereri, pro auaritia duplicem benedictionẽ fraudas, id est, subtrahis tibi: hæc est Dñi iustissima cõsuetudo, vt si tu illi decimã non dederis, tu ad decimam [o] reuoceris: dabis impio militi, quod nõ vis dare sacerdoti. item Dñs Deus nõ præmium postulat, sed honorem; Deus enim noster, qui dignat[p] est totum dare, decimã à nobis dignatur recipere, nõ sibi, sed nobis sine dubio profuturã. Vnde, sicut idem subiungit, decimæ ex debito requiruntur; & qui eas dare nolunt res alienas inuadunt. & [p] quanti pauperes in locis suis, ibi, vbi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, ipse tantorum homicidiorum reus ante

Aug. ser. 219. de tempore.

g *Sine qua*] id est sine cuius ec clesiæ licentia.

h *Complementum*] quod si pl', vel tantũ asportatum est, quantũ videlicet est decima, totam decimam amittit ecclesia; si minus asportatũ, quam sit decima, illud minus cedit in periculũ ecclesiæ. credo tamen, quod si de consuetudine, aut constitutione aliqua non licebat rustico tollere, & reponere fruct' suos, nisi de licẽtia eccl'æ; si eccl'a fuerit in mora dandi licentiã; ecclesia tenebitur ad restitutionẽm damni rustico.

i *Si decimam.*] 15.q.1. decimæ.

k *Idem Augustinus.*] 16.q.1. decimæ.

l *In oppositis.*] quatuor prædictorum.

m *Malachiam*] cap. 8.

n *Item Augustinus*] omnia fere, quæ sequuntur, dicit Augustin'. 16.q.1. decimæ. & q.7. maiores. auctoritas etiam Malachiæ habet. 16. q.1. reuertimini.

o *Reuoceris*] id est amittas nouem partes.

p *Quanti*] id est quot.

q *Re-*

Digitized by Google

æterni Iudicis tribunal apparebit ; quia rem à Domino pauperibus delegatam, ſuis vſibus [q] reſeruauit. Item maiores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant ; modo autem, quia diſceſſit deuotio Dei , acceſſit [r] indictio Fiſci. nolumus cum Deo partiri decimas, hoc tollit Fiſcus, quod nõ accipit Chriſtus. [s] Patet ex pmiſſis, quod iſte talis committit rapinam, & homicidium. item ſacrilegium. Hieronymus: amico rapere quidpiam , furtum eſt; eccleſiam fraudare, ſacrilegiũ eſt; aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, exinde aliqd ſubtrahere, omnium prædonum crudelitem ſuperat, & dixi ſupra eod. §. item quid de militibus. Item nota, quod qui non dat decimam, niſi ſit exemptus, ſecundum ea, quæ diximus, non videtur eſſe in ſtatu ſaluandorum , & debet [x] anathematizari, præmiſſa canonica admonitione, vſque ad ſatisfactionem, & emendationem congruam. 16. q. 7. omnes decimæ.

§. 17. Sequitur de primitijs, vbi videndum eſt , quid ſit primitia, cui danda, & quanta debeat eſſe.

Primitia eſt [y] prima pars frugum Domino offerenda; hoc autem debetur ex præcepto Domini, qui in Exodo 22. inuenitur præcepiſſe dicens: decimas, & primitias non tardabis offerre. item in eodem 23. primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. item per Malachiam. 3. require ſupra eod. §. item quid de militibus. & §. in ſumma. item per Ezechielem 20. Quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris. item in canone dicitur: Præcipientes ſtatuimus, vt decimæ, & primitiæ , ſiue oblationes viuorum , & mortuorum eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis ; vt in diſpoſitione Epiſcoporum ſint; quas, qui retinuerint, à ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur. diſt. 32. præter hoc.

§. 18. Eſt autem danda ſacerdoti parochiali. 16. q. 1. doctos. & moderamine. Quanta debeat eſſe, non inuenitur expreſſum in libris Moyſi: dicit tamen Hieronymus: maiorum traditione introductum eſt, quod, qui plurimum, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam, & ſic inter quadrageſimam, & ſexageſimam licebat offerre quodcumque voluiſſent: & hoc in aridis, & liquidis. ext. eod. decimã. in fœtibus autem primogenitum dabatur. H. tamen dicit, quod de ducentis [z] vnum. Laur. & Io. dicunt, quod [a] cente-

[q] *Reſeruauit.*] huc vſque ſunt verba illius. c. decimæ.

[r] *Indictio Fiſci*] id eſt extorſio facta per Fiſcũ, id eſt, per actores rerum Fiſcalium, id eſt, rerũ pertinẽtium ad Imperatorẽ, vel Regem, vel aliũ principem; vel Rempublicã Romanam, vel ad commune alicuius ciuitatis.

[s] *Patet*] huc vſque ſunt verba Auguſtini.

[t] *Hieronymus*] 12. q. 2. gloria.

[u] *Exemptus*] vel priuilegiat⁹, aut infeudatus legitime, aut aliter cum legitima exceptione, ſiue propter compoſitionem factam cum eccleſia, ſiue propter tacitam, aut expreſſam eccleſiæ remiſsionẽ, vt notatum eſt ſupra.

[x] *Anathematizari*] hoc dr̃ expreſſe in illo c. omnes decimæ.

[y] *Prima pars frugum*] id eſt primo Deo offerendum.

[z] *Vnum*] dandum ſcilicet.

[a] *Cente-*

Hiero. ad cap. 3. epiſtolæ ad Titum.

Hiero. ad cap. 3. epiſ. ad Titum.

Digitized by Google

[a] centeſimus. ego credo ſtandum eſſe conſuetudini, vt quælibet eccleſia ſeruet conſuetudinẽ ſuã ſi habet; ſi non habet recurrat ad conſuetudinem vicinarum eccleſiarum: ſi inueniat ibi diuerſas conſuetudines, illam ſequatur, quæ magis tendit ad mediocritatẽ, vel quæ a pluribus obſeruatur. arg. ext. de ſepult. certificari. ext. de cogn. ſpirit. ſuper eo. ext. de ſimon. conſt. ad apoſtolicam. diſt. 16. placet. verſ. Iſidorus. & diſt. 19. in canonicis. Si tamen Eccleſia eſſet tenuis, nec haberet ſacerdos vnde poſſet ſuſtentari ſatis, tunc dicerem illam conſuetudinem [b] eligendam, quæ amplius ſoluit, vel ſaltem medium inter illas. arg. 10. q. 2. hoc ius. & inf. §. oblationes.

§. 19. De oblationibus autem videndũ quot ſint ſpecies, cui dandæ, & an neceſſario ſint perſoluẽdæ.

Species oblationũ ſunt tres quantum ad preſentem materiam. Vna eſt alicui[9] rei donatio gratis facta inter viuos Deo, vel eccleſiæ. Alia eſt alicuius rei donatio Deo, vel eccleſiæ [c] facta cauſa mortis, quæ hodie ad exemplum, & [d] inſtar legatorũ redacta eſt, vt idem ius ſit [e] vtrobique. inſtit. de donat. §. 2. Tertia eſt quotidiana, & vſualis, quã faciunt fideles ad altare, vel manum ſacerdotis. [f] Sunt dandę ſacerdoti parochiali tãtum, quia pro peccatis offeruntur, & ille ex officio tenetur orare pro populo; vel ſi alij Eccleſiæ offerantur, [g] prelato eiuſdem Eccleſiæ dandæ ſunt. 10. q. 1. quia ſacerdotes. & hanc conſuetudinem. 16. q. 1. doctos Oblationes in 1. & 2. ſpecie neceſſario ſunt ſoluendæ, adeo quod qui non ſoluunt, & maxime oblationes defunctorum, ſacrilegi iudicantur. 12. q. 2. nulli, & qui abſtulerit. & egentium necatores, & infideles. 13. q. 2. qui oblationes defunctorum, aut negant eccleſijs, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. & in duobus. c. ſequentibus. In 3. vero ſpecie, ſcilicet oblationes quotidianæ, dicit. H. quod neceſſario ſunt ſoluendæ, & qui non ſoluerit, debet excommunicari. de conſ. diſt. 1. omnis Chriſtianus procuret ad miſſarũ ſolennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſen dixit. Exod. 34. non apparebis in conſpectu meo vacuus. 16. q. 1. ſta-

oblatio oblatio

[a] *Centeſimus.*] fructus ſcilicet, vel fętus dãdus eſt,

[b] *Eligenda.*] credo etiam, ꝙ vbi eſt conſuetudo, vt non ſoluatur, vel exigatur de huiuſmodi primitijs, excuſantur a peccato non ſoluentes; ſi tamen huiuſmodi conſuetudo ſine contradictione obtenta eſt a tempore, a quo non extat memoria.

[c] *Cauſa mortis.*] donatio cauſa mortis eſt, cum quis magis vult ſe habere, quam eum cui donat, magisq. eũ cui donat, quam hæredem ſuum. ff. de donat. cauſa mortis. l. 1. & inſtit. de donat. §. 2. quod autem dictũ eſt in prædicta definitione, cum quis magis vult ſe habere, quam eum, cui donat, ſubaudi tradendo rem donatã, vel ſe obligãdo, ne illa definitio contineat legatum.

[d] *Inſtar*] differentia eſt inter legatum, & donationem cauſa mortis in quibuſdam: quia legatum ab hærede ſemper traditur; donatio vero cauſa mortis quandoque ab hærede, quandoq. a teſtatore traditur. item in donatione cauſa mortis obligatur donans, & non in legato. Item ſi quis accuſat teſtamentum vt falſum, amittit legatum, nõ donationem cauſa mortis.

[e] *Vtrobique*] legato ſcilicet, & donanti cauſa mortis.

[f] *Sunt dandæ*] huiuſmodi oblationes, quæ fiũt eccleſijs parochialibus.

[g] *Prælato,*] niſi conſtiterit in donatione cauſa mortis donatorem aliud voluiſſe.

[9] *Alia*

Digitized by Google

h *Aliæ duo*,] scilicet statuimus, & præter hoc.

i *Alijs oblationibus*,] id est, donationibus, q̃ fiũt inter viuos, vel quæ fiũt causa mortis.

k *Posset*] non sua tamen, sed Episcopi auctoritate, vt infra dicitur.

l *Clericus victum*.] ibi dicitur: clericus victum, & vestitũ sibi artificio, vel agricultura, absque officij sui dumtaxat detrimẽto præparet. potest tamẽ dici quod capitulũ istud, si intelligitur de p̃sbytero parochiali, intelligendũ est quando parochiani pauperes sunt, nec possunt ei prouidere.

m *Sunt sex*,] scilicet notorie diffidentes, oppressores, pauperũ, raptores, vsurarij, meretrices, & iacentes in horrẽdo aliquo crimine notorio.

1. statuimus. dist. 32. præter hoc. Alij, cum quibus sentio, intelligunt illud. c. omnis. de oblatione interiori, vel bonorum operũ, vel de consilio. [h] alia duo. c. intelliguntur de [i] alijs oblationibus, de quibus supradictũ est. In hoc tamen concordant omnes, quod si esset pauper sacerdos, nec haberet vnde sustentaretur, [k] posset eis subtrahere diuina officia; quia nemo cogitur, vt ait Apostolus. ad Corint. 9. suis stipendijs militare. ext. de simon. cum sit. Arg. contra. dist. 91. [l] clericus victum.

Ideo credo, quod si de consuetudine solent parochiani in certis, & præcipuis aliquibus festis offerre, possunt cogi ad tenendam piam consuetudinem, non a presbytero per officij subtractionem, sed ab Episcopo, cuius officium in talibus est implorandum. ext. de simonia. const. ad apostolicam. In summa nota, quod quædam personæ sceleratæ, & criminosæ sunt, a quibus sacerdos non debet recipere oblationes, in criminis detestationem: [m] & sunt sex, quas require sup. eod. §. quæritur vtrum de iniuste. circa medium.

De sepulturis.

a *Nunc agendum est*,] &c. & infra.

b *Excommunicatione minori*.] hoc intelligo de his, qui sic notorie sunt excommunicati.

c *Sane quod*.] ibi dicitur: quia prædict' vir neque excommunicatus nominatiue, neque communicans cum excommunicatis ex nomine exijt, sed in domini sui fide, atque seruitio permansit, licet nobis dispensatiue, id est, quãdiu eos patimur, eorũ eleemosynis communicare, & defuncti animã Christianæ religioni omnibus modis adiuuare.

d *Sa-*

[a] Nunc agẽdum est de sepulturis, quid sit ius sepulturæ, quæ ecclesia habeat hoc ius, quibus prohibeatur in cœmeterio sepeliri, apud quam ecclesiam debeat quis sepeliri; & quando quis alibi, quam in sua ecclesia, eligit sepulturam, quam partem bonorum Ecclesia sua debet habere.

§. 1. Ius sepulturæ est ius competens ecclesiæ ad sepeliendos aliquos in cœmeterio suo: prouenit autem ex Pontificis assignatione. arg. 13. q. 1. ecclesias. & competit ecclesijs parochialibus, & alijs, quibus a iure, vel priuilegio est concessum, vt infra dicetur; cappellis autem priuatis nullo modo competit.

§. 2. Prohibentur in cœmeterio sepeliri omnes hæretici, & excommunicati, etiam [b] excõicatione minori. ext. de hæret. sicut. 1. & 24. q. 2. [c] sane quod

quod super. qui, etiam si per violentiam sepulti fuerunt, debent postea cum opportunitas fuerit exhumari, si possunt discerni ab alijs non excommunicatis. ext. eod. [d] sacris. Item ij, qui in torneamentis moriuntur, licet pæniteant, & Eucharistia non deneget eis post pænitentiam, tamen carebunt eccle siastica sepultura ad terrorem. ext. de tornea. c. 1. hoc tamen intelligas de illo, qui iuerat causa [e] exercendi se in torneamento, non de alijs. ext. eod. c. 2.

Item prohibentur vsurarij manifesti. ext. de vsur. quia. Item prędones manifesti, etiã si pænitentes moriantur; dum tamen habeant vnde satisfaciãt, & hæredes nolint satisfacere: & hoc fit in confusionem hæredũ, vt facilius compellantur. ext. de rapt. super eo. vel dic vtramque localem; vel dic, quãdo illos non pænituerit: videtur enim iure nouo, quod si aliquis esset etiam pro huiusmodi criminibus excommunicatus, & dũ in extremis ageret iuxta formam ecclesiæ absolutus, non debent ei cœmeterium, & alia ecclesiæ suffragia denegari, sed eius hæredes, & propinqui, ad quos bona ipsius peruenerunt, vt pro eo satisfaciant, sunt censura ecclesiastica cõpellendi. ext. eod. parochiano. quam require infra inter nouas constitutiones.

Item prohibentur omnes, quos notorium est in mortali peccato decessisse, puta quia suspenderunt, vel præcipitauerunt, vel gladio seipsos [g] peremerunt, vel alio simili modo, 13. q. 2. quibus. & pro obeuntibus. 23. q. 5. placuit. & q. 8. quicumque clericus. & quod ibi dicitur, sepultura non priuetur, intelligendum est de [h] asinina. Hæc autem omnia intelligas, nisi in morte apparuerint manifesta signa pænitẽtiæ, quia clamauit pẽs byterum, vel pænitentiã; vel alia signa certa, si forte iam amiserat loquelam; tunc enim etiã post mortẽ deberet absolui, & recipi ad orationes, & ad alia ecclesiastica suffragia. ext. de sent. excomm. a nobis. 2. & in hoc casu sufficeret, vt dicunt fere omnes doctores, vnus testis probans huiusmodi signa. 26. q. 6. qui recedũt. & c. sequenti. [i] alias secundum regulam Leonis: cui communicauimus viuo, debemus communicare & mortuo; nisi sit hæreticus, qui etiam post mortem possit accusari de hæresi, qua probata, licet per ignorantiam sibi viuo communicauimus, non communicabimus sibi mortuo. 24. q. 2. sane profertur.

§. 3. Nunc videndum apud quã ecclesiam defunctus debeat sepeliri. De hac materia varie loquuntur iura, & di-

[d] *Sacris.*] sequitur ibi. si autem discerni nõ potest, non expedit vt cum excommunicatorum ossibus extumulẽtur corpora fidelium.

[e] *Exercendi.*] quod intelligo tam de militibus, quam de armigeris eorũ, qui ibidem se in armis exercent.

[f] *De alijs.*] qui illuc vadũt causa curiositatis ad videndũ, vel propter exigendum debita, vel videndos amicos, & similia.

[g] *Peremerunt*] ex desperatione, vel indignatione, vel iracũdia; secus si ex furore, vel a casu.

[h] *Asinina*] & loquitur ibi de clerico, qui in rixa, aut in bello, aut gentiliũ ludo mortuus fuerit. q aũt dictũ est, de illis, q se suspenderũt sciẽter, aut peremerunt intelligo; & de omnibus, qui in quocumque peccato mortali notorio absq. signo pænitẽtiæ decesserint.

[i] *Alias,*] id est in casibus alijs a prædictis hæreticis; scilicet excommunicatis minori excõmunicatione, & torneatoribus, & ceteris suprapositis.

[k] *Præ-*

diuersæ sunt opiniones, inter quas eligens meo iudicio veriorem dico cũ Laur. H. Vincent. Io. & multis alijs, quod quilibet adult[o], & discretus viuens potest eligere sepulturã vbicumque voluerit, ext. eod. nos instituta. 13.q.2. vltima. etiam apud locum minus religiosum. ext. eod. in nostra. & omnia contraria intelligo, quando, vel est clericus, vel ex contemptu, vel ex temeritate deseruit suam Ecclesiam, vel non vult ei relinquere legitimã portionem: semper autem [k] præsumo ipsum ex temeritate transire ad sepulturam alterius Ecclesiæ, nisi appareant aliqua signa probabilia, quare alibi elegerit, vel quia ibi maior religio, vel quia ipse erat ibi patronus, vel ibi erant sepulchra patrum suorum, vel alia similia. Patres tamen non possunt filijs suis [l] impuberibus eligere sepulturam, nisi hoc habeat consuetudo. ext. eod. de vxore. §. vtrum. si autem [m] decesserit nulla sepultura electa, si est indigena in sepulchro parentũ [m] debet sepeliri, exemplo Patriarcharum. 13.q.2. Ebrõ. ext. eod. nos instituta. & fraternitatem. Si vero [n] incola, vel viator, debet sepeliri apud ecclesiã parochialem, in cuius parochia mortuus est. 13.q.1. ecclesias.

De vxore, cuius maritus defunctus est, dico quod potest eligere sepulturam etiam alibi, quam in sepulchro viri. ext. eod. de vxore. si tamen moriatur nõ electa sepultura, credo quod debet sepeliri [o] cum viro. arg. 13.q.2. [p] vnaquæque mulier sequatur virum suum siue [q] in vita, siue in morte. Item qui receperit alienum corpus in casu non concesso, etiã sepultum cũ pĩbus, quæ occasione illius recepit, cogitur reddere. ext. eod. fraternitatem. in fine. & ex parte. & cũ liberũ.

§.4. Cum quis elegit sibi sepulturã alibi quam in ecclesia sua parochiali, debet ecclesia sua parochialis habere canonicã portionem de relictis ab ipso defuncto pro anima sua [r] alteri ecclesiæ, mortis suæ; aut si est vidua, illius, quem vltimo habuit: sic & vltima eccla, quam habet clericus, succedet ei. arg. 18.q.1.c. vnico.

[k] *Præsumo*] potius videtur psumendũ in contrarium; quia de quolibet præsumendũ est potius in bonum, quam in malũ. ext. de scrutinio. in ord. facien. c. 1. Item nõ est verisimile quod aliquis sit immemor suæ salutis. ext. de pcur. in nostra.

[l] *Impuberibus*] de hoc notauit. Laur. quod pater filio impuberi potest eligere sepulturam, si sibi ipsi eligat: sicut & testamentum potest ei facere, si etiam sibi faciat, alias non. instit. de pupil. subst. §. liberis.

[m] *Debet sepeliri*] verius credo qđ in parochia propria. arg. 13.q.1.c.1. sup hoc tamen credo cõsuetudinem esse seruandam.

[n] *Incola*.] vel inquilinus, alienigena tamen.

[o] *Cum viro*.] nisi consuetudo loci repugnet, q̃ in talib[o] est obseruanda. Quid si plures habuerit viros, cuius sepulturam sequetur? secundũ ius cõmune respondeo, quod. H. notauit. 13.q.2. vnaquęque, quod vxor debet sequi sepulturam mariti vltimi, illius scilicet, quem habuit tempore

[p] *Vnaquæque*.] Aliqui non habent pro capitulo hoc, sed habẽt sub illo capitulo Ebron.

[q] *In vita*,] scilicet cum transit vir de prouincia in prouinciã, vel de loco ad locum, etiam si sit leprosus, & reddere ei debitum tenetur. notauit etiam. H. super hoc loco, q̃ tenetur sequi virum ioculatorem, lasciuientem per diuersã loca, non ad exercendum talia, cum ibi peccetur mortaliter, sed vt reddat ei debitum, & seruiat ei tãquam marito. credo etiam quod tenetur sequi, si deportetur, aut ponatur in carcere, aut in exilium, aut captiuetur ab hostibus, aut vadat ad negociationem, aut in peregrinationem, aut in exercitum, si maritus velit.

[r] *Alteri Ecclesiæ*] scilicet in qua elegit sepulturam, non aliarum. videtur tamẽ notasse Alanus. ext. de sepult. relatum. q̃ debet

debet habere canonicam portionem de relictis cuicũque alij eccl'a. vbi etiã notauit idẽ Alanus, quod si pauperibus, vel consanguineis suis pro salute animæ suæ aliquid decreuisset illius tempore, ecclesia sua petere non posset. videtur etiam quod per decret. ext. de testã. officij. & ext. de sepult. nos instituta. regulariter de oĩ iudicio defuncti debet ecclesia parochialis habere canonicam portionem. Sed quid si invita sua sacramenta percepit in vna ecclesia, & in alia ecclesia est sua sepultura; vl quid si in cappella audit diuina, & in baptismali ecclesia percipit sacramenta, quæ istarum ecclesiarum habebit canonicam portionem, si sibi eligat alibi sepulturam? ℟. H. notauit. 13. q. 2. §. sed aliud. q̃ si aliquis audit diuina in vna ecclesia, & de iure habeat sepulturam in alia, si eligit sibi sepulturam in monasterio, illa ecclesia, in qua debebat sepeliri, de iure habebit canonicam portionem; quia nulla iniuria fit ecclesiæ, in qua audiuit diuina, propter sepulturam alibi electam: si tamen ecclesia illa, in qua audiuit diuina, solebat aliquid percipere de iudicio sui parochiani, cum sepeliebatur in illa ecclesia, vbi de iure, vel de consuetudine habebat sepulturam, dicit idem. H. quod pro rata eius, quam solet accipere, accipiet de canonica portione illa ecclesia, in qua audiuit diuina. Alanus vero notauit. ext. eod. de ijs. quod in vtroque casuum positorum in quæstione proposita, diuidere debent istam canonicam portionem. cui consensit. T. nisi

sepultura

Canonica vero portio est secundum varias consuetudines; nã alicubi medietas, alicubi tertia, alicubi quarta datur: & ideo consuetudini stãdum est. ext. eod. certificari.

§. 5. Quid si sit consuetudo, quod nihil percipiat, nũquid tenebit consuetudo talis? Credo quod non, quia est contra rationem, & naturalem æquitatem; quia dicit Apostolus 2. ad Cor. 1. socios passionum debere esse socios consolationum. ext. eod. nos instituta. & relatũ. item quia auferretur primæ ecclesiæ tota cõmoditas rei suæ, id est parochialis, quarta q̃ esse non debet. arg. ext. eod. certificari. & loci consuetudo repugnet. arg. ext. de paroch. significauit. & ext. eod. certificari. & de vxore.

sepultura

optimi. ff. communia prędiorum. [f] venditor fundi Geroniani. in fi.

§. 6. Item de quibus rebus erit canonica hæc portio deducenda, [t] de mortuarijs tantum, an etiam [u] de omnibus? ℟: de omnibus. ext. eod. in nostra præsentia. excipiuntur ornamenta, vel pecuniæ pro eis, vel fabrica, luminaribus, anniuersario septimo, vigesimo, trigesimo die, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, legata ecclesijs, vel alijs [x] pijs locis, de quibus canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, [y] vt ea Episcopus, siue parochialis ecclesia debeat defraudari) deduci non debet. ext. de testa. de his.

[f] *Venditor*] ibi dicitur: ita lapides cædere debent, quod nec lapidis vsus necessarius intercludatur, neque commoditas rei domino auferatur.

[t] *De mortuarijs*,] id est de oblationibus, & certis alijs, quæ ecclesia recipit, in qua sepelitur, recipit inquam in die funeris.

[u] *De omnibus*,] scilicet delegatis, & alijs, quæ defunct⁹ p̃ anima sua in vltima sua dispositiõe reliquit, vt in illa decret. in nostra.

[x] *Pijs locis*.] excipiũtur etiã equi, & arma, quæ dantur Hospitalarijs, & Templarijs ad subsidium Terræ Sanctæ.

[y] *Vt ea Episcopus*] si de consuetudine solet accipere canonicam portionẽ in iudicio defuncti. Quid de quibusdam regionibus, vbi ecclesia parochialis de omnibus mobilibus, quæ potest moriens in testamento relinquere, exigit tertiam partẽ, & morienti iniungit, quod sacerdoti reuelet omnia mobilia sua, vt inde suam tertiam partem possit habere, sicut fit alicubi, scilicet in Britannia minori, numquid valere debet huiusmodi consuetudo; aut peccant morientes, si ad mandatum sacerdotum non reuelant in morte omnia mobilia ad eorum dispositionẽ pertinentia? ℟. non credo quod huiusmodi consuetudo debeat præiudicare iuri communi, nisi pacifice, & legitimo tempore fuerit præscripta, vel in contradictorio iudicio obtenta, vel auctoritate sedis Apostolicæ confirmata:

Digitized by Google

mata: nec credo constitutionem Archiepiscoporum illius loci ad hoc sufficere, nisi adsit voluntas, & consensus subditorũ, quos tangit huiusmodi consuetudo. & idem credo de pcepto, quo præcipiũt sacerdotes parochia. nis suis reuelare omnia mobilia sua; quia non tenentur moriẽtes in hoc eis obedire, nisi, vt dictum est, præscriptum fuerit legitime, aut in cõtradictorio iudicio obtentũ; vel per sedem Apostolicã confirmatum, vel de voluntate parochianorũ introductum.

quam require infra inter nouas constitutiones.

§. 7. Item pone q reliquit ecclesiæ suæ decẽ. & alij ecclesiæ, i qua sepulturã elegit, reliquit mille, vel castrum, quæro an prima ecclesia debeat esse contenta illis decẽ, an possit petere integram portionem de relictis alij ecclesiæ, an etiam teneatur in illa portione computare decem sibi relicta. Solutio. Si [2] non recepit illa decem potest petere integram portionem; si recepit, & defunctus tali conditione legauerat sibi illa decem, quod illis esset contentus, & ipse sciuit conditionem, videtur renunciasse, & non poterit vlterius de cæteris petere aliquã portionem. quod si absolute sibi reliquerat illa decem, & ipse [3] absolute recepit, poterit nihilominus sibi de cæteris portionem canonicam vendicare. ext. de testam. officij. vel saltem aget ad supplementum, computatis illis decem, quẽadmodum dicit lex in filio instituto in mino ri parte sibi debita; quia potest agere tantum ad supplementũ legitimæ. C. de inoff. testam. si quando; §. illud. & l. omnimodo, & arg. ext. de empt. & vend. cum dilecti.

§. 8. Item elegit aliquis sepulturam in propria ecclesia, & nihil ibi reliquit; alijs tamen ecclesijs multa legauit; quæritur an propria ecclesia possit aliquid petere ab alijs ecclesijs, vel ab hæredibus. R; si est consuetudo regionis, quod eligentes sepulturam in propria ecclesia aliquid ibi relinquant, poterit illud petere ab hæredibus, non iure actionis, nec differendo propter hoc sepulturam, sed implorando officium Episcopi, vel superioris. ext. de simon. constitutione ad apostolicam. si vero non est consuetudo, nihil potest petere; quia tenetur ex officio suo illũ sepelire. ext. de simon. nõ satis. & cum in ecclesiæ. posset tamen attentari, vt etiã in hoc casu imploraret propria ecclesia officium iudicis aduersus hæredes, si deprehendatur [b] dolus testatoris, vel ipsorum in hoc; vel etiã aduersus aliarum ecclesiarum prælatos, [c] si & illorum dolus deprehendatur: nam etiam circa talia dolus est puniendus. 30. q. 1. constituit. ext. eod. in nostra. & de testam. officij.

§. 9. Esto quod populo excrescente ecclesia de nouo construitur, quæritur, vtrum possit petere medietatẽ, vel tertiam, vel quartam. Ad hoc potest dici recurrendum esse ad cõsuetudinem Metropolitanæ Ecclesiæ. arg. dist. 12. de jus. ext. de cogn. spir.

[2] *Non recepit.*] Ecclesia parochialis. non recepit inquam, nec approbauit hoc iudicium.

[3] *Absolute*] nõ apponendo dictam conditionem.

[b] *Dolus testatoris*] qui videtur prima facie præsumendus; cum alijs ecclesijs multa legauerit, & nihil propriæ ecclesiæ reliquerit.

[c] *Si & illorum*] ex his verbis videtur magis innuere, quod parochialis ecclesia non poterit exigere canonicam portionem de illis, quæ legauerit defunctus cuicumque ecclesiæ, nisi in ea ecclesia sibi elegerit sepulturam. nisi dolus deprehendatur in prælato ecclesiæ, cui legatum est.

[d] *Iu-*

Digitized by Google

super eo. vel forte verius ad cõsuetudinem vicinarum ecclesiarũ. arg. ext. de cens. ecclesijs. Sed quid si consuetudines vicinarum ecclesiarum variæ sunt, & diuersæ; quam sequetur hæc noua ecclesia? R. sequetur illam, quæ a pluribus & ab his, qui sunt maioris auctoritatis tenetur. dist. 19. in canonicis. dist. 16. placuit. vers. Isidorus. si autem non inuenitur maior pars, eligat viam mediam, & iuri magis consonam. arg. 10. q. 2. hoc ius. vers. sit tamen ea res mediocris. ext. de fide instrum. pastoralis. vel accipiat tunc consuetudinem Metropolitanæ ecclesiæ, si ista est episcopalis; vel si est parochialis, accipiet consuetudinem suæ episcopalis. dist. 12. de ijs.

§. 10. Quid de his, qui eligunt sepulturam apud aliquam religionem, facto inde publico instrumento, [d]iuramento etiam roborato, numquid poterunt postea eligere alibi sepulturam? videtur quod non, quia hoc iuramentum seruatum non vergit in interitum salutis æternæ, ergo est seruandum. ext. de iureiur. si vero. item redditio iuramenti est de iure naturali, & in præcepto, ergo nullo modo frangendum. 32. q. 7. flagitia. ext. de regul. iur. qui scandalizauerit. ext. de noui. operi. nunc. cum ex iniuncto. E contra videtur, quod possit, quia voluntas cuiuslibet ambulatoria est vsque in finem, adeo quod semper standum est vltimæ voluntati quantum ad testamentum, & sui corporis ordinationem. Gregorius: vltima voluntas defuncti modis omnibus conseruetur. 13. q. 2. vltima: & ideo dicit Apostolus ad Hebr. 9. testamentum morte confirmari. & ext. de celebr. miss. cum Marthæ. item nullus potest in talibus inducere legem, vel pactum, vt non liceat sibi recedere a priori voluntate. ff. de leg. 3. si quis in principio. Solutio. licet forte de subtilitate iuris posset dici, quod semper teneret vltima electio, vt supra dictum est per iura vltimo allegata, credo tamen secundum Deum, & canonicam æquitatem, [e]quod non potest mutare propter vim iuramenti, nisi postea emergeret aliquid de nouo, de quo ille non cogitaret; quia forte ingrederetur religionem, vel simile. Require. sup. de iuramento. §. in summa. Tamen nullo modo approbo, quod iuramenta inde [f]exigantur, propter multa pericula animarum, quæ inde sequuntur, & quotidie possumus in libro experientiæ legere: nec vltra prosequor, ne videar aliquam religionem notare; sed diligens indagator facile poterit suo ingenio inuenire.

Item quid si aliquis in vita sua intrat religionem illam, vbi elegit sepulturam, numquid & tunc poterit ecclesia parochialis petere canonicam portionem? Ad hoc dico, quod si in

Greg. lib. 3. Epist. 9.

d *Iuramento*] quod scilicet ibi sepeliantur.

e *Quod non potest*] de iure qđ tamen si de facto mutauerit, numquid tenebitur? Respondeo, sic, secundum quosdam, sicut post votum simplex non debet contrahi matrimonium; contractum tamen tenet.

f *Exigantur*.] arg. quod non debet aliquis iuramento astringi per fratres alicuius religionis, ad intrandũ eorum religionem.

g De

si in sanitate transit, vel in infirmitate, [g] de qua non moritur, non potest aliquid petere; secus si in infirmitate, & de illa moritur. ext. eod. de ijs. & idem credo, si infirmus in vna parochia facit se mutari in aliam parochiam, & moritur de illa ægritudine; quia prima ecclesia non priuabitur sua portione argumento præallegatæ [h] decretalis. Quædam alia de sepulturis, quæ pertinent ad simoniam, require sup. de simonia. §. item per quæstionem. & §. quæritur hic consequenter.

[g] *De qua non moritur.*] quid de leprosis, qui intrant ad domum leprosorū, numquid sacerdos parochialis potest petere canonicā portionem? credo q̄ non potest de iure, quia perinde est, ac si sani transirent ad religionem; nisi forte moriantur ex violentia lepræ: multi enim moriuntur cum lepra, sed non ex lepra: in hac parte tamen tenenda est consuetudo regionis.

[h] *Decretalis.*] ext. eod. de ijs, & sumitur argumentum ex illo verbo, dummodo de ægritudine illa decedant.

Finis Libri Primi.

SVMMAE
SANCTI RAYMVNDI
LIBER SECVNDVS.

1 *De homicidio.*
2 *De torneamentis.*
3 *De duello.*
4 *De baliſtrarijs, & ſagittarijs.*
5 *De raptoribus, prædonibus, & incendiarijs.*
6 *De furtis.*
7 *De vſuris.*
8 *De negotijs ſecularibus: & vtrum de illicite acquiſitis poßit fieri eleemoſyna: & de aleatoribus.*

De homicidio. Tit. I.

IN prima parte dictum eſt de quibuſdã criminibus, quæ principaliter in Deum committuntur; in hac ſecunda parte de ijs, quæ in proximum ſpecialius committuntur, agendum eſt: & primo de homicidio. Videndum ergo quid ſit homicidium, & vnde dicatur; quæ eius ſpecies; qua pœna homicidæ puniantur, & quæ diſpenſatio fiat erga clericum homicidam.

§. 1. Homicidium eſt hominis occiſio ab homine facta: ſi enim a boue, vel a cane, vel huiuſmodi, non proprie dicitur homicidium. Eſt autem dictum homicidium ab homine, & cædo cædis, quaſi hominis cædiũ.

§. 2. Species homicidij ſunt plures: nam aliud ſpirituale, aliud corporale. Spirituale, quo q̃s ſpiritualiter, & quadam iuris fictione occiditur; quod fit quinque modis, odiendo, detrahendo, male conſulendo, nocendo, victum ſubtrahendo. de primo Io. in c. 3. omnis, q̃ odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt. de primis tribus habes de pen. diſt. 1. homicidiorum. & [b] omnis iniquitas. & noli putare. &

[a] IN *prima parte,*] &c. & infra. *Homicidiorum.* ibi dicitur, quod detractio, & odium homicidiũ eſt.

[b] *Omnis iniquitas*] & iniuſta oppoſitio iudiciũ ſanguinis eſt; & licet gladio non occidas, voluntate tamen interficis.

Noli putare.] ibi dicit ſi fratri tuo male perſuadeas, occidis.

[c] *Homi-*

Digitized by Google

homicidiū. De quinto dist. 86. pasce fame morientem, &c. & responsum est supra de decimis. §. in summa nota quod ille oblationes. Quodlibet istorum est mortale.

§. 3. Corporale, quo homo occiditur corporaliter, & hoc committitur dupliciter; scilicet lingua, & facto: lingua tribus modis, scilicet præcepto, [d] consilio, & [e] defensione. dist. 50. si quis viduã. de pæn. dist. 1. periculose. Quodlibet istorum [f] similiter mortale. Facto quatuor modis, scilicet iustitia, necessitate, casu, & voluntate. Iustitia, vt cum Iudex, vel [g] minister reum iuste condemnatum occidit: hoc homicidium, si fit ex liuore, vel delectatione fundendi humanum sanguinem, licet ille iuste occidatur, iste tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam: si vero fit ex amore iustitiæ, non peccat Iudex ipsum condemnando ad mortem, & præcipiendo ministro, vt occidat eum; nec minister, si missus a iudice occidit condemnatum: peccaret tamen vterque mortaliter, si faceret iuris ordine non seruato. probantur hæc ad Rom. 13. omis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.

[c] *Homicidium*] ibi dicitur, quod iniquus motus ad nocendum fratri in homicidij genere deputatur.

[d] *Consilio.*] pone, quod aliqui custodientes laborantē in extremis, de consilio alicuius trãstulerunt eum, vel verterunt ipsum super aliud latus, vt citius moreretur, num quid sunt irregulares? R. si ex tali translatione, vel transuersione citius moritur, quia forte præcluditur via anhelitus, & rũpitur apostema ex violentia motus, & sufiocatur sic cor ex sanie influente, vel ex consimilibus casibus, irregulares sũt, & qui cõsuluit, & q fecit; nec dispensari possunt per Episcopum, licet de peccato possint absolui a prælatis suis, siue sint religiosi, siue seculares, hoc saluo, quod simplices sacerdotes de talibus absoluere non possunt; quia talia retinẽtur ab Episcopis: si autem non citius moritur ex hac causa, non incurritur irregularitas, sed sufficit pœnitere de peccato, & mala intentione, nec est præsumendum fieri vt citius moriatur; si huiusmodi transuersiones fiant secundum sortilegium vetulārum, sicut quando faciunt securim apponi ad caput morientis, vel aliquid aliud friuolum, cum virtutem huiusmodi non habeant hæc sortilegia, agi tamen debet pœnitentia de peccato. Quid de illo, qui volenti fugere propter timorem mortis cõsuluit, quod remaneret, & ipse procuraret pacem ei cum illis, qui volebant eum interficere, & ille sic remanens interfectus est ab eis, numquid est irregularis? R. si ille, qui consuluit, habuit probabilem causam credendi, quod de huiusmodi consilio non immineret periculũ, puta quia habebat patriam, vel dominicam potestatẽ in illis, qui quærebant eum interficere, & ita ꝓpinqua amicitia, cõsanguinitate, vel familiaritate ei coniuncti erant, q̃ iure merito potuit præsumere, qđ eos posset ab inferẽda illi iniuria cohibere, nõ incurrit irregularitatem; aliter incurrit, si nõ habuit probabilẽ credulitatem; sed fuit in culpa præsumptionis temerariæ, & maxime, si lata fuit culpa, vel negligentia, quæ ꝓpe dolum est. Quod tamen dicitur, q̃ aliquis sit homicida consilio, intelligo de consilio exhortationis, vel approbationis, non de cõsilio simplicis opinionis, siue opinationis: si enim alicui q̃renti in genere, an liceret Christiano, clerico, vel laico paganum occidere, non animo persuadendi, sed exponendi, quid in hoc casu sentiret, hoc esse licitum responderet, non credo quod fieret irregularis, licet ille, cui taliter respondisset, paganum postea interficeret ex confidentia illius respõsionis; & licet ille etiam errasset in respõdendo: de hoc tamen dicetur plenius infra eod. tit. §. Item quid si clericus. in fine.

[e] *Defensione.*] de hoc pone casum, sicut ponit Magister infra §. pœnia homicidij; vel pone casum in defensione rei in causa criminali per aduocatum, vbi accusator, si non probauerit, tenetur ad talionem.

[f] *Similiter mortale*] in genere supple quod dico, quia ex causa potest fieri si ne peccato.

[g] *Minister*] i. officialis iudicis, siue executor.

g Obse-

g *Obsecro.*] & hoc, vt quietam, & tranquillam vitam agamus.

h *Necessitate*] supple, si fiat homicidium.

i *Euitabilis*] ita quod potuit aliter euitare periculum, vel ante præcauere, ne in illam necessitatē inciderēt.

k *Se, & sua liberando.*] hoc licet sine dubio laico, qui potest patriam, & res suas armis tueri, & pugnare inferendo. Sed nūquid licet clerico propter res suas temporales aliquē occidere? R. non. sicut notauit Laurē. ext. de homic. suscepimus, vbi dicitur, quod licet clericus latronem possit capere, vt res suas recuperet, non tamen eum ligare ei licet, aut tenere; cum res suas alias saluas habere possit: & si aliquis cum armis impetit, & spoliat; non debet propter res trāsitorias armis se tueri, & spoliatorem interficere, arg. 23. q. 8. c. 1. & conuenior. & expresius ext. de homic. suscepimus, vbi irregularis iudicatur quidā, qui captos a se, & socio suo latrones ligauit, quos sic ligatos postmodum interfecit timens, ne ab eis interficeretur. Sed numquid fratribus Prædicatoribus, aut Minoribus, vel alijs regularibus, licet sua defendere, cum aliquis vult eos spoliare. videtur quod sic, quia licet hominibus vim vi in contenenti repellere, & ab aliorum violentia iura sua tueri, vt ext. de sent. excomm. si vero. & dist. 1. ius naturale. Sed videtur contra, quia videntur teneri ad illud præceptum; si quis te percusserit ad vnam maxillam, præbe ei & alteram, & volenti tunicam tollere dimitte ei & pallium. R. cuilibet vim vi repellere licet in continenti, & cum moderamine, incultatæ tutelæ animo defendendi; non vlciscendi, nisi huiusmodi iuri renunciauerit, per votum se obligando ad oppositum, vel alio modo ad hoc teneatur. dixerunt tamen quidam, qđ non repercutere est præceptū perfectis, imperfectis consilium. Sed qui debeant dici perfecti quantum ad hoc, non est determinatum; H. tamen notauit. dist. 1. ius naturale. qđ mortaliter peccant, qui aliquo modo repercutiunt, nisi hoc faciant auctoritate iudicis: & qđ dicitur vim vi licet repellere, exponitur, licet, idest permittitur, id est non punitur per legem; vel licet repellere, id est, remouere, nō repercutiendo, sed opponendo aliquod obstaculū brachij, vel manus, vel alterius rei. Sed hæc opinio nimis dura est, & ideo non tenenda.

& infra; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui male agit; &c. & 1. ad Timot. c. 2. [g] Obsecro igitur, &c. & in canonica Petri. 1. c. 2. subiecti igitur estote, &c. vsque ad vers. vindictam malorum, laudem vero bonorum. Ad idem 23. q. 4. §. potest. & q. 5. miles. & cum minister. & officia. & nō est iniquitatis. & lex æterna. Qui percutit [h] necessitate: distingue, qa aut illa necessitas fuit, [i] euitabilis; poterat enim euadere absque occisione, & tunc est reus homicidij; & tāquam pro mortali debet agere pœnitentiā; aut fuit ineuitabilis, qa occidit hominem sine odij meditatione, immo cum dolore animi, [k] & se, & sua liberando, cum aliter non posset euadere, dicitur nō peccare; nec astringitur ad pœnitentiam, nisi ad cautelam, & propter [l] ambiguum duplicitatis, interiorem tamen pœnitentiam debet semper habere, & quasi suis peccatis ascribere, quia in tantam potuit venire necessitatem; [m] bonarum enim mentium est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa nō est. ext. eod. interfecisti. [n] Casu, vt cum aliquis proijcit lapidem ad auem, vel alias, & alius transiens ex insperato percutitur, & moritur; vel incidit arborem, & casu arboris aliquis opprimitur, & similia. hic distīgue; aut dabat operā illicitæ rei, aut licitæ; si illicitæ, vt puta, pijciebat lapidem versus locum vnde cōsueuerunt homines transitum facere, vel

l *Ambiguum duplicitatis*] quia potest timeri, ne in aliquo excesserit; vt ne ex indignatione, vel ex iracundia; aut libidine vindictæ motus fuerit, non ex sola defendendi se necessitate.

m *Bonarum enim*] auctoritas est Aug. dist. 5. ad eius. in fi.

n *Casu.*] supple committitur homicidium.

dum furabatur equũ, vel bouem, aliquis a boue, vel equo percussus est, & similia, sic imputatur ei. 15. q. 1. §. [o] itaque vt ex præmissis. dist. 50. [p] clerico iaciẽte lapidẽ puer dicitur interemptus, [q] & si quis voluntate; ext. de præsumpt. [r] c. 1. si vero licitę rei dabat operam, vt quia magister causa disciplinæ verberabat discipulũ; vel deponebat aliquis fænum de curru; vel arborem propriam sibi necessariam incidebat, & similia; hic, si adhibuit diligentiam, quam potuit, videlicet respiciendo, & proclamando, non nimis tarde, vel demisse, sed tempore congruo, & alte, ita quod, si aliquis erat ibi, & veniebat, poterat fugere, & sibi cauere, vel magister nõ excedendo modum in verberando discipulum, [s] nõ imputatur ei: alias si dabat operam rei licitæ, & non adhibuit diligentiam debitam, vt dictum est, imputatur ei. hæc distinctio probatur. dist. 50. [t] sæpe contingit. & si duo fratres. ext. eod. quidã vt asseris. Voluntate. in hoc dic sine distinctione, quod homicidium voluntariũ semper est mortale peccatum, & enorme. dist. 50. si quis voluntate.

§. 4. Pœna homicidij spiritualis tollitur per pænitentiam; vnde circa pœnam corporaliter insistamus. Pœna homicidij commissi lingua, id est, præcepto iniusto, nam de iusto dicam infra, consilio, vel defensione, vtputa, [u] si dissuadet, & sic dissuadendo retrahit a bono proposito hominem volẽtem, alium liberare a morte, & sic quod a modo indirecte defendit homicidã, pœna inquam est irregularitas, quæ etiam post peractam pænitentiã impedit promouendum, & deijcit iã ꝓmotum de pæn. dist. 1. periculose. dist. 50. si quis viduam. Pœna vero homicidij commissi facto variatur; nam pro homicidio iustitiæ iusta, & recta intentione facto nõ inuenio, nec dico pęnam aliquam imponendã, excepta sola irregularitate, quam contrahunt, quæ impedit promouendũ, & deijcit promotum. dist. 51. aliquantos. & hoc secundum B. etiã si ante baptismum cõmisit tale homicidium, quia secundum eum in baptismo deletur omnis irregularitas, quã quis proprio peccato cõtraxerat; sed illa, q̃ sine peccato, non; baptismus enim nõ tollit nisi peccata, & sequelas peccatorũ. ꝓ eo facit dist. 26. deinde. & vna tãtum. Alij doctores oẽs dñt, q̃ siue cũ peccato, siue absque

[o] *Itaque*] ibi dicitur quod cæcus, si credens reddere vxori debitum, alienam polluit, nõ est reus adulterij; si autem ludo, vel exercitatione viriũ, vel venatione iaculum mittẽs alium perimat, quia hoc ab eo debet esse penitus alienum, homicidij reus habetur.

[p] *Clerico*] ibi agitur de homicidio casuali ꝑiactum lapidis, & quia iaciens nõ fuit in culpa nõ imputatur ei homicidium.

[q] *Si quis voluntate*] ibi dicitur quod pænitentia septem annorũ, vel vnius, secundum nouũ canonem, imponenda est illi, qui casualiter interfecit; sed illud intelligit, quando occisor fuit in culpa.

[r] *C. 1.*] sumptum ex Prou. 26. vbi sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit, ludens feci.

[s] *Non imputatur*] homicidiũ, si casu cõtingat.

[t] *Sæpe contingit*] ibi agitur de casuali homicidio per casum arboris, quod imputatur, si voluntate, vel negligentia incidẽtis acciderit, alias non.

[u] *Si dissuadet.*] corrupta intentione. quod dico, quia, si mater filium volentem aliquem a periculo mortis retrahere dissuadeat, qa timet, ne ibi filius interficiatur, vel parum peccat, vel non peccat.

[x] *Tenet*

* *Tenet Ecclesia*] quia irregularitas homicidij non est ex defectu sacramenti, sicut irregularitas bigamiæ: & quia irregularitas bigamiæ est ex defectu sacramenti, non tollitur in baptismo; sed irregularitas homicidij tollitur.

Quidam tamen dixerunt, & videtur H. concordare, quod homicidæ nō propter irregularitatem repelluntur ab ordinib', sed propter horrorem facti; qa horribile est fundere sanguinem humanum, & ad hoc niti, & operam dare: repelluntur etiā propter p̄sumptionem duplicitatis, quæ in huiusmodi actibus solet interuenire, etiam cū iudex, vel officialis, vel miles interficit aliquem, etiam secūdum legem; & quia præsumitur ista facere potius pro salario, quam propter iustitiam.

absq. peccato, vt si Iudex, vel Officialis occidisset mille homines ante baptismum, non impediretur post baptismum: pro eis est dist. 51. aliquantos. & hanc vltimā opinionem approbo, & ita *tenet Ecclesia. Nota ergo; quod quicumque post baptismum in causa sanguinis fuerit Iudex, Aduocatus, siue pro accusatore, siue pro reo; licet B. contrarium dixerit, y in Aduocato rei, item Assessor, Officialis, testis, Notarius sententiam scribens, vel proferens; & idem credo in alijs actibus, vel actis, vt puta si scribat attestationes, vel legat in examinatione causæ: item qui scripserit, & dictauerit litteras pro vindicta sanguinis destinandas, omnes tales * efficiuntur irregulares, vt dictum est, & probatur in præalleg. c. si quis post. & aliquantos. ext. ne clerici, vel mon. secul. negot. se immis. cōstitut. * sententiam sanguinis. Similiter pro homicidio necessitatis euitabilis (in qua intelligo non solum eum, qui tempore occisionis poterat euitare; sed etiam illum, qui irregularis efficitur, si interfuerit? R. si ex sola curiositate interfuerit suspēsioni latronis; vel vbi quis interficitur in duello, licet multum grauiter peccet, non efficitur irregularis; si nec auxilium, nec consilium, nec auctoritatem præstiterit. Quid de milite, siue Iudice, siue Officiali, vel Aduocato, qui susceperunt huiusmodi officia, sed tamen non sunt ea exequuti, numquid sunt irregulares? R. secundum quosdam, sic, propter voluntatem, & propositum exercēdi, quod habuerunt, quia in maleficiis volūtas spectatur, non opus. H. tamen notauit, & bene. 51. dist. si quis. quod huiusmodi personæ non repelluntur ab ordinibus, si nō exequuntur officia huiusmodi, quæ receperūt. De milite dicit, quod si fuit in bello, & per eū non stetit quin occideret, repellendus videtur propter duplicitatem, quam in tali facto habere potuit; si autem non percussit in bello, nec ad hoc operam dedit, licet ibi fuerit, non repellit. Idem credo esse dicendum de Iudice, scilicet, quod sit irregularis, qui examinauit causam sanguinis; & de Aduocato, qui stetit in ea; & de Officiali, qui dedit operam ad effundendum sanguinem ex officio, licet non fuerit sequutus effectus mortis, vel sanguinis effusio: vbi tamen non est sequuta mors, vel sanguinis effusio, credo simplicem Episcopum posse dispensare cum talibus; & cum illo similiter, qui non ex officio, sed ex odio, vel rancore operam dedit, & fecit quod potuit, vt occideret aliquem, sed tamen non occidit, nec mutilauit; si tamen tali dispensatione indiget. Quid de illis clericis, qui iuris ignari, & zelo fidei, & pro indulgentia habenda, quæ dabatur eis, qui portarent ligna ad cremandos hæreticos damnatos, portaue-

y *In aduocato rei.*] de quo dicit Bauarius, q̄ non incurrit irregularitatem; quia, & si accusator teneatur ad talionem, & deficit, Aduocatus tamen rei non intendit ad hoc, sed ad liberandum reum tantum; & sententia eius potest teneri, vbi de consuetudine accusator non tenetur ad talionem, si deficiat, vel ad pœnam sanguinis. H. tamen notauit. 51. dist. aliquantos. quod etsi accusator non semper puniatur de calumnia, sæpe tamen contingit, & facile potest accidere; & ad ea, quæ solent contingere, iura adaptantur; etsi quandoque possint non contingere; & propter hoc Aduocatus rei in causa sanguinis non deberet promoueri.

* *Efficiuntur irregulares*] si tamen non sequatur mors, vel effusio sanguinis, poterit simplex Episcopus dispensare, vt iam dicitur.

* *Sententiam sanguinis*] ibi inter alia multa dicitur, quod clericus non debet interesse, vbi exercetur vindicta sanguinis; sed numquid

Digitized by Google

tauerunt ligna, numquid sunt irregulares? R. si materia, quã portauerũt, operata, & cooperata est ad cremationem, & mortem, irregulares sunt, nec dispẽsabitur cũ eis, nisi per Papam; si autẽ nõ est operata, vel cooperata, quia forte iam mortui erant, antequam inijcerent incendio materiam illam, aut si ante mortem iniecerant, sed antequam materia illa accenderetur mortui sunt, non efficiuntur irregulares; aut si indigent dispẽsatione, sufficit Episcopi dispensatio. Quid si nesciunt vtrum sic, vel sic acciderit, certi sunt tamen quod ingesserint materiam? R. si probabiliter dubitant, teneatur certum, & dimittatur incertum, vt absque dispẽsatione Papæ nõ ministrent, nec promoueantur; quia non in sublimitate graduũ, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnũ Dei. ext. de tempor. ordin. ad aures: & satius est in hac vita dño sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo, damnabiliter in profundum inferni demergi.

se culpa sua in talem necessitatem ingessit, puta vidit exercitum venientem ad obsidendum castrum, & cum posset fugere, inclusit se in castrũ, qđ in nullo [b] pertinebat ad ipsum, & postea sequuta est necessitas, vel simile) contrahitur irregularitas, quæ impedit promouendum, & deijcit promotum. si autem fuit necessitas prorsus ineuitabilis, nec culpa sua processit, [c] toleratur in susceptis, sed non promouetur ad maiores ordines. dist. 50. de his clericis, pro quibus. & de clericis, qui in obsidionis. ext. eod. [d] interfeciſti. Pro homicidio casuali, si occisor dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, sed non adhibuit diligentiam, quam debuit, irregularitas cõtracta impedit promouendum, & deijcit promotum: si vero dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, licet omnes casus fortuitos, qui præuideri

dist. 50. de his. 1. Videtur idẽ posse dici de clericis, qui trahũt cũ aliis ad manganellos, & ex lapide proiecto aliquis interficitur, aut probabiliter creditur interfectus; nisi fortedicatur, q. etsi illicitũ sit clerico pugnare particulariter contra hostẽ, licet tñ ei turrim, vel murum impetere, & machinis impugnare, aut suffodere; quod si verum est, si aliud non intendat, non est imputandum ei homicidiũ ex hoc facto casu contingens præter eius intentionẽ, & voluntatem: quod tamen primo dictum est, credo verius eẽ.

non possunt, forsitan non præuidit, in nullo tenetur; & potest de iure, non solum in susceptis ordinibus remanere, sed etiam ad superiores ordines promoueri. Prima pars huius distinctionis probatur dist. 50. clerico. & hi qui arborem. ext. eod. presbyterum. & continebatur. Secunda pars probatur ext. eod. dilectus. & ex litteris. & significasti. & Petrus. & dist. 50. sæpe. & si duo. Pœna homicidij voluntarij in clerico est depositio. dist. 50. si quis viduam. & si quis voluntate. has pœnas intelligas omnes præter pœnitentiam: item præter pœnas legales, quas non sum prosecutus, quia non pertinent ad nos.

§. 5. Dispensatur in istis homicidijs hoc modo: circa homicidium iustitiæ non dispensatur, vt possit promoueri; sed si iam erat promotus, [e] dispensatiue in illis ordinib⁹ tolerari [f] potest. arg. dist. 51. aliquantos. circa homicidiũ

[b] *Pertinebat ad ipsum,*] hoc dicit, quia si ibi habebat domicilium, vel res suas, quas volebat, secus esset.

[c] *Toleratur*] ex dispẽsatione secundũ quosdã; & sufficit epi dispensatio, secundum alios toleratur de iure cõmuni sine dispẽsatione.

[d] *Interfeciſti*] ibi dr quod presbyter si eadẽ fecerit, non deponatur, & loquitur de illo, qui occidit latronẽ ppdefensionẽ rerũ suarũ, & sui.

[e] *Dispensatiue*] ex dispensatione tamen Papæ.

[f] *Põt*] de iure, sine hominis dispensatione.

Digitized by Google

necessitatis euitabilis [g] non facile dispensatur; sed in homicidio necessitatis ineuitabilis datur consilium, vt non ministret homicida, etiam in susceptis ordinibus. vt dist. 50. de his clericis. nō tamen deponitur, sed in suo ordine toleratur de iure, & absque dispensatione secundum Lau. cum quo sentio. ext. eod. c. 2. [h] sed H. dicit quod nō absque dispensatione. Circa homicidium casuale, quod nulla culpa præcessit, non est necessaria dispēsatio, vt dictum est supra eod. §. proximo. Sed circa homicidium casuale culpa precedente commissum fit dispensatio magna, maior, maxima. Magna, vt promotus ad maiorem gradum, non in ipso, sed in inferioribus toleretur. ext. eo. continebatur. Maior, vt etiam in ipso gradu toleretur. vt dist. 50. clerico. Maxima, vt etiam promoueatur. ext. eod. lator. Circa homicidium voluntarium non inuenitur cum aliquo dispensatum, sed potius depositio cum aspera pœnitentia. dist. 50. miror. & si quis viduam. & hoc verum est de voluntario, tam manu, quam lingua commisso. supra eod. §. pœna. in princ. Si quæras quis potest dispensare. R. infra in tit. generali de dispensat. §. [i] circa prædictas. item, qualis pœnitentia sit iniungenda talibus. R. infra de pœnitent. §. sequitur de tertio. vers. matricida.

§. 6. Quid si aliquis percutit mulierem prægnantem, vel dat ei venenum, vel ipsamet accipit, vt abortiuū faciat, vel vt non concipiat, numquid talis iudicabitur homicida, aut irregularis? R. si puerperium erat iam formatum, siue animatum, homicida est recte, si abortiuum fecit mulier [k] ex illa percussione, siue potatione, quia hominem interfecit; si vero nondum erat animatum, nō dicitur homicida, quantum ad irregularitatem, sed vt homicida habebitur, quantum ad pœnitentiam. & idem de illo, qui dat, vel accipit venenum, vel simile, ne fiat generatio, vel conceptio. 32. q. 2. quod non formatum puerperium. & Moyses. ext. eod. si aliquis. & sicut ex literarum.

§. 7. Quid si plures inter se rixati sunt, vel in conflictu fuerunt, & aliquis est ibi interfectus, nec apparet, a quo, vel ex cuius vulnere, numquid omnes iudicabuntur homicidę, vel irregulares, vel nullus? R. quantum ad peccatum dicuntur homicidæ omnes, qui percusserunt, & etiam omnes, qui voluntate occidendi venerunt,

[g] *Non facile*] dispensatur, etiā per Papam.

[h] *Sed H. dicit*] q notauit 50. dist. §. si autē, quod mortaliter peccat tam cleric⁹, quam laicus, q ob defensionem sui, vel rerum suarū aliquē auctoritate sua interficit; cum potius debeat mortem incurrere, quam inferre. arg. 22. q. 5. ita ne. & quia dñs dicit: mihi vindictā, & ego retribuā: & Apostolus ad Rom. 12. non vosmetipsos defendentes. sed hæc opinio nimis dura est.

[i] *Circa Prædictas.*] ibi dicitur quod indistincte secundum quosdam solus Papa dispensat in homicidio, & in hoc concordat generalis cōsuetudo: alij hoc intelligunt de homicidio voluntario.

[k] *Ex illa percussione*] Quid si dubitatur, vtrum sit mortuus, vel abortiuus fact⁹ ex illa percussione, necne, vel vtrum fuerit animatus, necne? R. si probabiliter dubitat, vel credit ille, qui percussit, in hoc dubio à ministerio, & à promotione se debet abstinere, ne periculo se committat, quandiu fuerit in hoc dubio; si autem leuem aut temerariam habet opinionem, deponat eam, si potest, & sic poterit ministrare, & promoueri, alias non.

[l] *Non*

Digitized by Google

nerunt, licet non percusserint: item & illi, qui nec occiderunt, nec voluntatem occidendi habuerunt, sed venerunt, vt præstarent auxilium occisoribus, si forte violentia ipsorum repelleretur; discretus tamen sacerdos minorem pœnitentiam debet imponere secundis, quam primis; & tertijs, quam secundis, & primis: illi enim non sunt immunes à culpa, nec debent esse immunes à pœna, qui, cū possent, hominem [l] non liberauerunt à morte. 23. q. vlt. si quatuor. ext. eod. sicut dignum. 23. q. 3. [m] non inferenda. & c. vlt. & hoc intelligas in bello iniusto; [n] nam tales in bello iusto [o] non reprobo, nisi sit ibi [p] corrupta intentio, vel talis persona cum armis, cui non liceat arma deferre, vt clericus, vel religiosus. ℟. infra de cleric. percuss. Quantum ad irregularitatem dico omnes indistincte repellendos, qui fuerunt ex parte iniuriantium, & etiam ex parte illorū, quibus fiebat iniuria, [q] si clerici erant, & ibi mouerunt arma. dist. 51. si quis post acceptum. ext. de cler. percuss. præsentium. & cōtinentia. Arguo cōtra. ex. eod. petitio. vbi non impeditur quidā presbyter a ministerio altaris, licet ī quodam conflictu, in quo hinc inde aliqui sunt occisi, aliquos percussisset; dum tamen ipsum non remordeat conscientia de interfectione cuiusquam: sed illud quando inuadebātur grauiter ab infidelib⁹. alia de hac materia require infra de cler. percuss. & infra de rapt. §. circa principes.

§. 8. Quid de physicis, & chirurgis? dic quod si periti erant in physica, & chirurgia, & nihil omiserunt secundū artem de contingentibus, & habēt super hoc probabiliter serenam conscientiam, [r] poterunt promoueri, alias non. ext. quem flebotomat, aut secat, & inde moritur? ℟. si peritus est, & adhibet omnem diligentiam, quam debet, non tenetur in aliquo; quia potius casu, & culpa flebotomati, aut medicinati, siue secti euenisse mors p̄sumitur. arg. 23. q. 5. de occidendis. Quid de illis, qui de morte eorum, quos infirmantes custodierunt scrupulosam habent conscientiā, pro eo quod ad petitionem eorum vocauerunt minutorem, qui minuit eos; vel dederunt eis vinū, aut aquam, aut carnes; aut nimis coarctauerūt eos ad prouocandum sudorem, vel seruandum; vel cū deberent seruare, dimiserunt eos, & sic biberūt vinum, vel discooperuerunt se, & exierunt de lecto; vel cum essent phrenetici, p̄cipitauerūt se in aquam, & sic mortui sunt? ℟. in talibus, vbi bona fide fuerint circa ægrotos, non debet aliquis de facili scrupulosam gerere conscientiam, licet in aliquo erratum fuerit, si non sit ibi lata, & euidens culpa, aut negligentia dissoluta, quæ prope dolum est; & huiusmodi scrupulositatem ad consilium boni viri, si eam habet, facile debet deponere, vt si, in prin.

[l] *Non liberauerunt à morte.*] hoc intelligas, quando sciebant eum iniuste occidi.

[m] *Non inferenda.*] ibi dicit Ambrosius, qui à socio non repellit iniuriam, si potest, tam in vitio est, quam ille, qui facit.

[n] *Nam tales*] scilicet, qui occidunt, vel percutiunt, vel occidere volunt.

[o] *Non reprobo.*] quoad culpam.

[p] *Corrupta intentio*] per odiū, vel cupiditatē.

[q] *Si clerici erant.*] hoc intelligo, quādo erāt in culpa: & hoc satis notatur p hoc, quod dicitur, mouerunt arma, quasi voluntarie, sine necessitate: si em̄ defenderunt se, vel socios necessario, licet aliqs esset a defendentibus interfectus ex alia parte, reliqui, q nō interfuissent, non essent irregulares, licet voluntatem occidēdi habuissent; quia lex promotionis factum requirit. 15. q. 1. si quis non iratus. non obstat 50. dist. si quis post. quia intelligitur de milite, qui sæpe interfuit bellis, vl̄ de officiali: nec obstat ext. de cleri. percuss. p̄sentium. qa ad tempus fuit suspensus propter ambiguum duplicitatis.

[r] *Poterunt promoueri.*] Quid de illo, qui alī-

Digitized by Google

in principio ægritudinis, quãdo adhuc nesciebatur cuiusmodi morbus erat, vocauit minutorem, quod ẽt medici quandoque facere solent; vel si nimis coarctauerit ad prouocandum, vel seruandum sudorem; aut si tunc dedit ei bibere aquã, aut etiam vinũ lymphatũ, cũ esset in horrore ægritudo; aut si, cum grauatus vigilijs dormiuit, non propter ebrietatem, aut crapulam, exiliit patiens, & præcipitans se, mortuus est. Si autem lata fuerit culpa, aut negligentia dissoluta, & certum est quod inde mors prouenerit, quia patiens forte se præcipitauit, credo qđ irregularitas cõtrahitur; vt si custos infirmi furiosi, vel phrenetici dimisit eũ, vt iret ludere in plateam, vel aliter daret operãrei illicitæ; aut ex nimia ebrietate, aut crapula vigilare non potuit, maxime cũ solus esset deputatus ad custodiam: si autem non est certum, quod inde mors prouenerit, aut inde probabiliter dubitatur secundum iudiciũ medicorum, aut de ęta. & qualit. & ordin. præfic. ad aures. ff. de varijs, & extraord. cogn. si medicus. Hoc etiã nota, quod operari de physica nõ licet clericis in sacris ordinibus constitutis, vel etiam in minoribus; dum tamen sufficiẽter beneficiati sint; & nisi gratis pro miserabilibus personis; vel suis confratribus, vel cõsanguineis; nec etiam tunc, si posset ibi esse periculum; quod longe strictius est in clausura libꝰ obseruãdum. Officium autem chyrurgiæ, qđ adustionem, vel abscissionem inducit, est sine omni exceptione talibus interdictum. ext. ne cler. vel monachi secul. negot. sententiam. & super specula. ext. eod. tua nos. & arg. ext. de postul. c. 1.

§. 9. Quid de his, qui amputant sibi genitalia, vt possint cõtinẽter viuere, & amputant sibi digitum, vel membrũ aliquod ppter deformitatem; vel dolorem intolerabilem, quem ibi patiuntur? Ad intelligentiam istius notã, quod corpore vitiati prohibentur promoueri propter deformitatem, ex qua timetur scãdalum; & propter debilitatem, ex qua timetur periculum: inter eos tamen aliqui sunt, qui possunt ordinari; nam alij sunt debilitati, alij mutilati. Debilitatũ dico, qui habet membrum, sed inefficax, vt oculum cæcum, manum aridã, crus contractum. Mutilatum, qui aliquo membrorũ caret. Ex debilitate claudum admittit consuetudo, nisi sit talis, qui sine baculo ante altare stare non possit. arg. de consec. dist. 1. nullus Episcopus. & dist. 45. disciplina. Cæcum, vel habentem in oculo maculam, quæ generet deformitatem, similiter non admittit [f] ius, vel consuetudo. ext. de corpor. vitiat. cum de tua. & idem credo in habente manum aridam. Circa mutilatos distingue; quia aut sunt mutilati sponte, aut inuiti: item in membro occulto, aut manifesto; paruo, vel magno: & intelligas magnum decore, vt oculum, vel nasum; & quantitate, vt pedem, vel manum. Mutilati ergo sponte, si sine iusta causa, vel etiam ex iusta, videlicet ægritudine magna, [t] seu ex indignatione, indistincte in quocunque membro, siue à se, siue ab alio fuerint mutilati, repelluntur à promotione, & deijciuntur promoti, etiam si credebant obsequium se præstare Deo, amputando forte virilia,

non, in primo casu abstinendum est ab officio, & promotione: in secundo deposita erronea conscientia postea poterit ministrare, vel promoueri, alias non.

[f] *Ius, vel consuetudo.*] nisi in religione, vbi tales habẽtes maculam in ecclesijs facilius promouẽtur, quam in sæculo.

[t] *Seu ex indignatione.*] ppter impatientiã, vel superbiam.

[u] *Pro-*

rilia, vt possent caste viuere, ext. de corp. vit. significauit nobis, quia tales homicidæ sui iudicātur, dist. 55. si quis absciderit: & qui partem. 33. dist. maritum. Qui verò non ex indignatione, & ex iusta causa, videlicet [u] propter lepræ periculum, fecerunt sibi amputari, vel ipsimet, quia boni chirurgi erant, amputauerunt sibi virilia; vel aliquod membrū putridum, ne reliqua sana putrescerent; ij, si membrum erat occultum, vel etiam manifestum, si paruum, videlicet vnus digit⁹, non tamen de illis, cū quibus fit signum crucis, vel simile, nec repelluntur, nec deijciuntur: & idem, si taliter sunt nati; idem etiam, si inuiti, id est a dominis, vel ab hostibus capti sic mutilati sunt. Item si casu fortuito, dum dabant operam licitæ rei, adhibita debita diligentia tale quid sibi acciderit, tales nec repelluntur, nec deijciuntur. secus est, si illicitæ rei dabant operam. dist. 55. si quis absciderit. & qui partem. & si quis à medicis. & eunuchus. & si quis pro ægritudine. & lator. & præcepta. ext. de corp. vitiat. ex parte. Si autē membrum erat magnum, & manifestū, & sine culpa sua amisit, impeditur à promotione propter deformitatem, & scandalum; & si promotus est, debet cessare à Missa, & alijs solennibus officijs propter easdem causas, à beneficio tamen non remouebitur; quia nō debet addi afflictis afflictio. dist. 55. si euangelica. 7. q. 1. cum percussio. dabitur tamen sibi coadiutor, si tale beneficium est, cui nō possit per se deseruire. ext. de cleri. ægrot. c. 2. quod autem per iura ista antiqua videtur sibi permitti se ipsum mutilare propter causam iustam, & non ex indignatione, si sit chirurgus, nō approbo, per ea, quæ dixi supra eod. §. proximo, nisi forte summa vrgeret necessitas, nec posset alium habere.

§. 10. Item quid

[u] *Propter lepræ periculum.*] nūquid sacerdos leprosus debet celebrare missam? ℞. populo non debet celebrare propter scandalū: si autem velit celebrare priuatim; dum tamen non sit nimis debilis, aut deformis, credo ꝙ nō sit prohibēdus; quia sicut notauit. H. 49. dist. §. hinc etiam. leprosi, cum expellātur à communi cohabitatione, multo forti⁹ à sacris ordinibus; si tamen sit presbyter, & fiat leprosus, cessabit à ministerio quo ad sacros; sed leprosus cātare, & administrare poterit diuina. Quid de gibbosis, & de illis, qui habent digitos coniunctos? ℞. quod talia, & consimilia corporis vitia, nisi nimiam inducant deformitatem, aut debilitatem, non repellunt ab ordinibus: si tamen est deformitas in pede, quia plures habēt digitos, quam debent, vel pauciores, talis deformitas non repellit ab ordinibus, si veste, vel socculari hmōi deformitas velari possit. Quid de furiosis, lunaticis, & dæmoniacis, vel caducis? ℞. nullus talis debet promoueri, etiam postquam fuerit ex toto liberatus: si autem huiusmodi ꝑsonę iam sint promotæ, & non sunt ex toto liberatæ, distingue, quia dęmoniacus debet cessare à celebratione missæ, donec plene fuerit curatus. 33. dist. communiter. & vsque adeo. furiosi vero, lunatici, & epileptici, siue caduci, si frequenter eis acciderint huiusmodi passiones omnino cessare debent ab officio missæ. 7. q. 2. in litteris. Item si raro, & cum spumæ iactatione, & vocis confusæ emissione, si autē sine spumæ iactatione, & vocis confusæ emissione, non prohibentur ab officio missæ; dū tamen habeant iuxta se alium sacerdotem, qui cępta officia suppleat, si illi deficiant, vel ad terram collidātur. vt 7. q. 1. illud. quanto autem tempore debeāt probari huiusmodi personæ, vtrum sint ex toto liberatæ, & qualiter, colligitur ex illo c. cōmuniter. & 7. q. 2. c. vlt. & potest dici quod tempus probationis arbitrariū est, pensa-

pensatis circunstantiis psonę, dignitatis, & aliis.

x *Ciuilem querimoniam*] apponere non criminalē ad sanguinem, vel mutilationē, vel mortē. Sed numquid potest eū capere? & Iudici tradere? R. si alias pōt res suas recuperare, nō debet eum capere, vel ligare, vt Iudici tradere. ext. de homic. fu scepimus. si aūt teneat furem, ne fugiat cū rebus suis, quas alias recuperare non pōt, donec exhibeat eū Iudici, vt inuocet auxilium eius ad res illas recuperandas, credo q̄ nō efficietur irregularis, si talis fur postea corporaliter puniatur a Iudice; dum tn̄ non sit corrupta intentio ipsius clerici.

Aug. ad Publicolā epist. 154.

y *Propter nostram voluntatē.*] Quid si aliquis impellit me in alium, vel alium in me, & ille moritur, nūquid teneor. item aliquis me impellit, & ex suo impulsu retro cadit, & moritur. itē aliquis vult me percutere, & dū declino ictū percutit alium, & moritur. item ferit vngulam equi, ille, qui est in equo, cadit, & moritur, nūquid in his casib⁹ incurrit irregularitatem ille, p̄ter cuius voluntatem homicidiū accidit? R. notauit H. dist. 50. sępe. qđ non, nisi fuerit ī fraude quantum ad prędictos casus, vel in culpa.

z *Non vt occidant*] hoc enim ita expresse dicere non debent; quia hoc esset directe homicidiū prouocare.

m *Condere testamentum*] de rigore iuris: de consuetudine tamen clerici alicubi faciunt testamentum de rebus mobilib' de fructibus ecclesiæ acquisitis. sed quare nō possunt de iure testamenta de talibus facere, nō ne fructus ecclesiæ percipiēdo faciunt illos suos; & etiam illa, quæ comparant ex illis fructibus, siue sint mobilia, siue immobilia? R. sufficit quod est sic statutum. H. tamen notault 12. q. 1. expedit, q̄ proprietas rerū ecclesiasticarum ipsius ecclesiæ est, vel dicitur, non clericorū; & quod clerici percipiendo fructus præbendarum suarum, non faciunt eos suos, quoad p̄prietatem; & in hoc conueniunt cum fructuarijs, qui p̄cipiēdo fructus faciunt eos suos quoad vsū, & quo ad transmissionē illorū bonorum ad illos, qui succedent sibi in beneficijs: sed in hoc differunt, q̄ non faciunt eos suos quo ad p̄prietatem; & q̄ nō licet illis eos expendere, nisi

lum potest m condere testamentum; tamen de fructibus perceptis, & cæteris mobilibus poterit in ægritudine constitutus, dum tamen compos mentis sit, & moderate, non ratione testamenti, sed eleemosynæ; & pietatis conferre pauperibus, locis religiosis, & illis, qui sibi viuenti honeste seruierunt, siue sint consanguinei, siue alij. ext. de testam. ad hæc præsentibus. & relatum. 2.

§. 8. De meretricibus autem, & histrionibus, de quibus quæsitum est, dico Prælatos, & clericos, qui res Ecclesiæ talibus, vel similibus turpibus personis cōferunt, vel etiam consanguineis, non propter naturam sustendandam, sed vt n faciant eos diuites de patrimonio Crucifixi? item diuitibus, & potentibus, non propter aliquam causam licitam, vel honestam, sed propter fauorem seculi, & pompam; tales inquam prælatos, & clericos, qui talibus conferunt bona ecclesiastica o pauperibus debita, dico esse raptores, & per consequens teneri ad p restitutionem omnium. Hieron. Ecclesiam fraudare sacrilegium est; accepisse pauperibus erogandū, & esurientibus plurimis illud reseruare; vel cautum, vel timidum est; aut, quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. 12. q. 2. gloria Episcopi. Item Cōcilium Toletanum: Si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus distribuunt, æterni Iudicis voce condemnabuntur in futurō, quāto magis ij, qui auferunt pauperibus, quod non dederunt? 12. q. 2. & si illi. item nedum clericus male consumens, vel, quod minus malum est, seruans res ecclesiasticas, sed quilibet etiam laicus res proprias seruans vltra sumptus suos, cum sciat, vel videat pauperes indigere, violentiam, & rapinam dicitur committere.

in vsus domesticos, & causa pietatis, nec inde possunt condere testamentum; sed fructuarius suos facit, & potest eos dare cui vult, & inde testari. *Hieron. ad Nepotianum.*

n *Faciant eos diuites*] notabiliter vltra statum conditionis generis eorum, vel parentelæ, vt cū Episcopi, vel alij de humili genere nati consanguineas suas maritant baronibus, & similia.

o *Pauperibus*] debita, inquantum superfunt domesticis vsibus clericorum.

p *Restitutionem omnium.*] numqd tenenturhāc restitutionem facere etiam de bonis patrimonialibus, si ea habeant; aut sufficit, quod illam faciant restitutionem de fructibus Ecclesiæ, quos iā habent, vel habituri sunt? R. cum, quidquid supereſt eorum vsibus deprouentibus ecclesiarum, debeatur pauperibus, nō sufficit facere restitutionem de talibus fructibus ecclæ, cum habeāt bona patrimonialia, vel aliunde, quam de Ecclesia acquisita, nisi quatenus subtrahe-

Ambros. serm. 81.

traherēt sibi de necessarijs, vel quatenus expenderēt circa vtilitatem Ecclesiæ de bonis patrimonialibus, aut aliunde, quam per ecclesiam acquisitis.

[q] *Quod est commune*,] id est, communicandū est indigentib⁹; vel commune de iure naturali violenter obtentum, id est perinde est, ac si raptum esset.

[r] *Esurientium est panis*,] id est debitus esurientibus.

[s] *Quod velis*,] id est velle debes; vel quod velis, id est quod facile est ad libitum tuū; vel supple, vtinam velis. sed alia littera habet, q̄ vales.

[t] *Taliter retinet*] bona Ecclesiæ.

[u] *Ablatum*] huc vsque sunt verba Augustini.

[x] *Tenentur restituere*] quæ habuerunt de bonis Eccl'æ. Quid si aliūde datum est eis? quid etiam de omnibus illis, qui turpiter acquirunt aliquid, nūquid possunt sibi in aliquo casu illud retinere? R. vbi translatum est dominium in accipientem, & non cōpetit repetitio illi, cuius fuit res illa, distingui potest, quia in his, quæ

Aug. tract. 100. ad ca. 15. Io.

Ambr. super illum locum Lucæ 12. Hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit. Proprium nemo dicat,[q] quod est commune; plusquam sufficeret sumptum, & violenter obtentum est: neque enim minus est criminis habenti tollere, quam, cum possis, & abundas, indigentibus denegare. [r] Esurientium est panis, quem tu detines; nudorum indumentum est, quod tu recludis; miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis: tot te ergo scias bona inuadere, quot possis præstare [s] quod velis, 47. dist. sicut ij. Item peccant mortaliter, nō solum qui pauperibus subtrahunt, sed etiam qui talibus turpibus personis conferunt, & indignis. Augustinus: donare res suas histrionibus, & meretricibus vitium est immane, id est magnum. Item qui venatoribus donant, quare donant qui donant histrionibus, qui donant meretricibus, quare donant? non naturam, ibi attendunt opera Dei, sed nequitiam operis humani; non homini donant, sed arti nequissimæ. 86. dist. donare. & qui venatoribus. 1. & 2. item qui [t] taliter retinent, vel consumunt, tot homicidiorum rei sunt, quot pauperes in locis, vbi habitant, fame mortui sunt. R. supra de decim. §. in summa.

§. 9. Sed quid de Focarijs, & huiusmodi turpibus personis, & alijs supradictis, quæ sic pascuntur, vel ditantur de rebus Ecclesiæ, numquid & ipsi tenentur ad restitutionem? vtique. 14. q. 6. si res aliena, propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, peniten tia non agitur, sed simulatur; si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur [u] ablatum: sed differenter. nam turpes personæ indistincte [x] tenentur restituere, si possunt; vt dictum est, nisi forte fuerit eis datum causa eleemosinæ, cū essent in necessitate, sunt prohibita; quia mala, quædam sunt, quæ non puniuntur a iure ciuili in forma iudicij, nisi pœna infamiæ, vt histrionatus, & exercitium illorum, qui pugnant in arena, vel opera meretricum solutarum: in talibus turpiter acquisita res retineri potest ad vsum acquirētis. Quædam sunt, quæ puniuntur à iure per corporalem pœnam, vel per extorsionē turpium lucrorum; & taliter acquisita retineri non debēt ad vsum acquirentis, nisi ei concedatur a pœnitentiario suo, tāquā alicui pauperi, sed debent in vsus pios erogari, nisi forte restituta sunt iā illis, a quibus sunt habita; vel nisi ille, qui habet, vellet restituere illis, a quibus habuit; ad quod tamen non tenetur: & huiusmodi restitutio in foro pœnitētiali indicēda est, p parte satisfactionis; & ideo ibi late patet officiū pœnitētiarij: & ibi forte pōt dispensare, sicut in limitando tempore pœnitētiæ, & mēsura ieiuniorū. in illis autē quæ sunt mala, quia prohibita sunt, si-

cut torneamenta, & negotiatio in clericis, lucrum aduocatio, vel medicinæ in casibus non conce- carius vendatur, facere ser- num, vt post- ad vendendum, quorum vsus ta de flori- est frequenti- ad lasci- & sin- talia sunt me- hibita, ex his causis acquisita retineri possunt, licet autem hæc distinctio videatur probabilis, quia tamen pœnæ restringendæ sunt, & qui nimis emungit, elicit sanguinem, verius credo, qđ licet in prædictis casibus bonum sit, & salubre, quod pœnitens inducatur in foro pœnitentiali ad erogandũ in pios vsus taliter acquisita, non est tamẽ compellendus, nisi velit, nec iudicandus est nõ esse in statu saluandorum, si nõ velit huiusmodi pœnitentiam recipere, nisi in casibus a iure expressis, vt in simonia de qua expressum est, quod pecunia simoniaca est restituenda ecclesię, in cuius ignominiam est recepta, licet hoc possit intelligi, quando recepta est de bonis eiusdẽ ecclesiæ; vel quando de hoc agitur in foro causarum. similiter, cum quis aliquid acceperit, vt faciat dãnũ, vel iniuriã, vel calumniam alij; quia tunc non ille, qui dedit repetit; sed ille, contra quem datum est, vt ff. de calum. & generaliter. ſ. illud, quod tamẽ intelligitur qñ agitur in forma iudicij; quã seueritatẽ non oportet obseruari in foro pœnitẽtiali. de hac materia habẽ infr. eo. ſ. circa pedagia, & ſ. quid ſi acceperit iudex. & infra de negoc. secular. ſ. Itẽ q̃ritur vtrũ de illicite acquisitis.

ad Ephes. 5.

quod fieri debuit. 86. dist. pasce fame morientem. diuites vero, & potentes credo, quod teneantur similiter ad restitutionem, si illud recipiebãt per fraudes, vel minas, vel importunitatem indebitam, vel alias sine iusta causa: clericus tamen, vel prælatus excusaretur in tali casu, si dedit vt redimeret vexationẽ suam, a qua non poterat alias liberari. ext. de simonia. dilectus filius 1. & Apostolus: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Si vero non data ad hoc opera, sed casu fortuito propter aliquam causam necessariam, vel honestam venerant, & impediti non possunt redire ad propria, nec ibi inueniunt aliquid ad emendum, vel non habent vnde emant; hic, si procurantur causa hospitalitatis, & eleemosynæ, non dico aliquem teneri ad restitutionem. arg. 11. q. 3. quoniam multos.

42. dist. quiescamus. Idem dico, si erant bene meriti, honesti, & spirituales viri, præsertim, qui iam impẽderant Ecclesiæ suũ seruitium, vel defendendo eã contra prædones, & tyrannos, vel præstando sibi patrocinium in causa, vel dando sibi de rebus proprijs, vel similibus modis; talibus enim tenetur Ecclesia rependere vicem. 12. q. 2. quicumque suffragio. & eccleſiasticis. Sed cui fiet hæc restitutio, credo quod auctoritate [a] Iudicis pœnitentialis debeat fieri ecclesiæ, cui sic iniurioſe ablatum est; item illi eidem, qui dedit; nisi cum turpiter dedit, tunc enim non sibi, sed successori suo poterit fieri, vel in vtilitatem Ecclesiæ conuertetur, vel etiam eiusdem loci pauperibus, si hoc expedire [b] videbitur, erogetur. arg. 17. q. 4. si quis in atrio.

Fame morietur.] sequit ibi: quos enim pascendo seruare homines poteris, si nõ paueris, occidisti.

Redimentes tẽpus,] id est facultatẽ bñ, & quiete viuendi in tẽpore. Ephes. 5.

[a] *Iudicis pœnitẽtialis*] si tamen super talibus disponendis habet potestatem.

[b] *Videbitur.*] pœnitẽtiario. & hoc vltimum melius est, cum indigent pauperes, & satis abundat ecclesia, alioqn melius quod in vtilitatem ecclesiæ, quam pauperis conuertatur. Quid de muliere, quæ recepit pecuniam pro opere carnali? R. si recipit ab aliquo de rebus proprijs, non ecclesiasticis, non tenetur restituere, etiã si sit monialis, cui datum est; sed acquirit monasterio quod accepit: honestius tamen est quod monasteriũ non retineat; sed eroget in pios vsus.

Si au-

Si autem a clerico seculari de rebus ecclesiæ, facienda est restitutio, secundum quod dicit hic Magister, nisi Episcopus velit dispensare cum illa, quę recepit, quod retineat illud, si secularis est mulier; aut cum monasterio, si regularis est. si autē accepit à persona regulari de rebus monasterij, quod præsumendum est, nisi constet de contrario; distingue; aut recepit ab habēte admi nistrationē, aut à simplici claustrali: in primo casu faciēda est restitutio eidem personæ, quę dedit, si adhuc remaneat in admi nistratione illa, maxime si creditur correctus: aliter securius est, quod ei non reddatur, sed fiat quod dictū est: si tamen tali nō correcto facta sit restitutio, liberata est, quæ accepit. Si autem amotus sit ab administratione illa, aut si claustralis est simplex, qui dedit, facienda est restitutio monasterio, vel prioratui, vel administratori; nec liberabitur, si soluerit illi, qui dedit; nisi tunc demum, cum conuersum fuerit in vtilitatem monasterij, prioratus, vel administrationis: nec poterit retineri à monasterio regularis mulieris huiusmodi, quod recepit à regulari alterius loci, nisi de consensu Abbatis, & Conuentus, si magnum fuerit donum; aut Abbatis solius si paruum fuerit, vel mediocre; quod autem dixi de rebus taliter datis à personis regularibus, idem intelligas de rebus datis à personis secularibus, etiam laicis, quæ sui iuris non sunt, sicut est seruus, & filius familias, quando dant aliquid de rebus taliter etiam peculiaribus, nisi illarum rerum ita habeant liberam administrationem, quod quasi patresfamilias possint disponere de eisdem. Item quod dictum est de moniali, respectu regularis viri teneas; & econuerso, quando vir regularis recepit aliquid à muliere regulari: vir autem regularis, qđ recepit pro opere carnis à coniugata, restituere debet marito, si dedit illa de rebus dotalibus, aut communibus: si autem de parafrenalibus, vbi de consuetudine habēt mulieres parafrenalia; aut si mulier soluta sui iuris dedit amasio aliquid de rebus propriis, licet honestum sit illud expendere in pias causas, non tamen credo, quod teneatur, nisi velit; poterit etiam restituere ei, qui dedit, quod melius videtur. Si pæniteat, vel egeat, numquid regularis psona potest restituere auctoritate propria, qđ accepit pro carnali opere; vel quod habuit de furto, vel rapina? R. si cuiquā competit dare ei repetitionem, distingue: si extat data res adhuc penes illū, cui data est; si non audet, & timet, aut non potest impetrare, quod fiat restitutio per prælatū collegij, restituat auctoritate propria, secundum formam supradictam, etiā cōtradicente prælato, quia plus est obediendum Deo, quam homini. si non extat, quia iam consumpta est; inanis est actio, quam excludit inopia debitoris. si autem non est consumpta penitus, sed conuersa est in vtilitatem monasterij, vel habet aliquid, quod comparauit ex re sibi data, si non potest, vel non audet, aut timet impetrare, quod fiat restitutio per prælatum, gerat bona fide negotium monasterij restituendo, cui debetur, vt dictum est: vel si fuerit datum de bonis ecclesiæ secularis, impetrando dispensationem Episcopi, quod possit teneri à monasterio, vel erogari in pios vsus, non tamen contradicente prælato, hoc faciat propter bonum obedientiæ, nisi sit illa res comparata de pecunia Ecclesiæ, aut personæ priuilegiatæ in hoc, quod rem emptam de sua pecunia possit vendicare, sicut est miles, & pupillus; in quo casu, etiam contradicente prælato, potest eam restituere, si eam habeat; sicut dictum est de re adhuc existente penes eam personam, quæ accepit.

§. 10. [c] Item quid de muliere, quæ cum non posset impregnari à viro suppositit se adultero, à quo grauidata est; vel suppositit sibi alienum partum, & ita legitimi hę redes priuantur hæreditate propter spuriū, vel suppositum, qui creditur filius, & hæres? Item qđ de Principibus, & aliis, qui de longa consuetudine spoliant naufragātes, & vt plenius dicam, spoliant spoliatos, & addunt afflictionem afflictis? Item quid de pedagijs, quid de quęstis, vel taleis, quas Reges, & Principes, necnon, & cæteri milites inferiores faciunt in subiectos? Item quid de Principibus, vel militibus, & alijs, qui habentes guerras adinuicem expoliant pauperes, & rusticos alterius capiunt, incarcerant, & cruciatibus se redimere cogunt,

[c] *Item quid de muliere,*] Magister ponit hic duodecim quæstiones, quas per ordinem prosequitur, singulas sub specialibus. §§. & primo primam ibi: mulier, quæ de adulterio, &c.

vel miserabiliter expirare? Item quid de illis, qui sequuntur raptores ad prædam rapiendam, vel inde comedunt, vel accipiunt partem, vel ipsos maiores ad rapiendum inducunt consulendo, adulando, detrahendo? Item quid de his, qui de rapina emerunt scienter aliquid, vel ignoranter? Item quid de heredibus raptorum? Item quid de præscriptionibus, vel vsucapionibus? Item quid de falsis Iudicibus, Officialibus, & Aduocatis, testibus, & accusatoribus, qui per calumnias, & cauillationes multa extorquent illicite? Item quid de Principibus cõdentibus leges iniquas, & de subditis obseruantibus eas? Item quis modus, vel forma seruabitur circa restitutionem faciendam in iudicio animæ? De his per ordinem videndum.

Mulier, quæ de adulterio suscepit filium, vel suppositit sibi alienum partum, debet laborare quibuscumque modis potest, vt legitimi hæredes nõ fraudentur hæreditate paterna, caute tñ: reuelare enim simpliciter marito, vel etiam ipsi spurio, vel suppositio non expedit; tum quia guerræ, homicidia, & adulteria fierent, cum maritus forte dimitteret eam, [e] & non valentes forsitan continere, vtrique adulterarentur, & alia multa pericula possent inde oriri: tum quia forte non crederent sibi. Ex altera parte non videtur, quod possit agere pœnitentiam, vel esse in statu saluandorum durante tali deceptione; quia nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14.q.6.si res aliena. Verum quia propter hoc non est ei pœnitentia deneganda, vt ait Innocentius. ext. de pœniten. officij. ita procedat. Reuelet in pœnitentia factum suo [h] sacerdoti parochiali, vel [i] de licentia ipsius alij magis perito, & postea cum ipso, vel etiam sine ipso, si vult, reuelet Episcopo suo similiter in pœnitentia: & tunc Episcopus, vel etiã sacerdos, si tãtæ discretionis, vel maturitatis sit, vel, quod tuti[9] est, ambo simul inquirant diligenter, & caute, si ille spurius, vel suppositus sit homo spiritualis, & timens Deum; quo inuento, vocent eum secrete, & coram muliere; & si videbitur expedire, recepto prius sacramento ab ipsa, quod calumniose non procedat; & etiam ab illo, quod factum secretum teneat, poterunt reuelare sibi, & inde consulere, vt ingrediatur religionem, vel transferat se ad longinquam regionem, vt sic nihil percipiat de bonis illius, quem credebat esse patrem suum: ea autem, quæ consumpsit de bonis prædictis, dum habuit bonam fidem credens se esse filium legitimum [k] restituat, vel cõponat, vel petat remissionem à viro mulieris, si viuit; sin autem, ab hæredibus

[d] *Non expedit*] absolute, & sine distinctione.
[e] *Non valentes*] id est, cum non valent.
[f] *Tũ quia*] istud, tum, respicit illud, quod inferi[9] ponitur.
[g] *Ex altera parte*] Magister hic allegat ad oppositum.
[h] *Sacerdoti parochiali*;] vel Episcopo, aut pœnitentiario eius, si non audet, aut non vult sacerdoti parochiali cõfiteri, propter aliquam probabilem causam.
[i] *De licentia*] quam debet petere à suo sacerdote, quãdo vult alteri confiteri, qui non sit prælatus confitẽtis: si enim velit Episcopo confiteri, vel eius pœnitentiali, vel domino Papæ, vel legato eius, non credo, quod teneatur petere licentiam à suo sacerdote; licet honestum sit, quod petat. quidam tamen dicunt, q̃ non tenetur in hoc casu.
[k] *Restituat*] &c. hoc consiliũ est,

ad Altbium

quia non tenetur restituere, vel remissionem petere.

l *Plane*] id est, de facili cogendum.

m *Certum*] ibi dicitur: certum est male fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re præstare; bonæ fidei vero, extantes; post litis autem cõtestationem, vniuersos.

n *Sponsalitio*] id est de dote, & donatione pp nuptias post mortem mariti; qa maritus quamdiu viuit, habet administrationem rerum dotalium.

o *Hoc tamen*] id est, hæc satisfactio. Nũquid tenetur petere veniam, vel dilationem ab ipsis, quos damnificauit, quando non potest restituere? R. quando quis damnificatus est ab aliquo quocumque modo indebito, & hoc scit qui damnificat est, credo q tenet veniã petere p seipsum, si potest, aut si audet; aut per aliquam aliam personam, si non potest, aut non audet per se; quæ tamen persona subticere debet nomen, & circumstantias personæ, pro qua intercedit; si in expressione timeatur periculum, vel scãdalum: qui enim offendit aliquem, cum eo ipso offensus habeat aliquid aduersus eum, debet ire, & reconciliari fratri suo, secundũ q habetur in Euang. debet inquam ire per se, vel per alium, vt dictũ est: si autem qui damnificatus est nescit hoc, nec sciunt, credo quod licet tutius sit petere veniam, vt dictum est, quando satisfacere non potest, non tamen tenetur; quia non est in mora in hoc casu quoad iudicium diuinum: si autem satisfacere potest, semper est in mora, donec satisfecerit, aut dilationem impetrauerit. hoc etiam credo obseruandum, vbi aliquis debitor est alicui ex contractu; & similiter distinguendum dibus legitimis, non tamen per se hoc faciat, ne factum reueletur, sed per sacerdotem, vel aliam similem personam, quæ hoc procuret, tacitis semper personis, & facto. Si tamen non potest, vel etiam potest, sed non potest l plane induci ad hoc, non credo eũ præcise cogendũ. arg. legis, quæ dicit bonæ fidei possessorem nõ teneri de consumptis. C. de rei vendic. m certum. si vero illi spurio, vel suppositio non potest reuelari sine periculo, vel etiam facto sibi reuelato secundũ formam prædictam, non vult acquiescere consilio, tunc etiam iniungatur mulieri quod de n sponsalitio suo, & alijs rebus, quas habet, vel in futurum habere poterit, satisfaciat iuxta posse, dolens semper de peccato; & quia non potest plene satisfacere, proponens firmiter in animo, quod satisfaciet, quam cito poterit: o hoc tamen fiat per medium pœnitentialem, vel personam religiosam secrete, & caute: & potest vti his verbis, quædam persona tenetur vobis in hoc, accipite, & ita erit p in bono statu. arg. 12. q. 5. hoc videtur. & in prælleg. decret. officij. L2. tit. 5. p. 2. adulterium

est. hoc etiam obseruandum est in regularibus, qui recolũt se esse debitores alicui ex eo, quod fuerunt in seculo.

p *In bono statu*] Quid de filijs illius, qui viuente vxore duxit aliam; tam ipso, quam superducta impedimentũ sciente; de filiis inquam susceptis de secundo matrimonio, numquid illi possunt succedere in hæreditatẽ patris, an teneantur tum restituere, filijs primi matrimonij, aut alijs veris hæredibus; aut sufficiat, quod tantum reddãt eis, quantũ teneant se pro pœnitentis, & satisfactis, esl parum sufficiat eis, cum iam pauperes sint, & credunt se totũ amisisse? R. si pscripserint cum bona fide, non tenentur restituere aliquid, maxime si adhuc post completam præscriptionem retinẽt bonam fidem. si autem nõ est completa legitima pscriptio, tenentur totam hæreditatem cum fructibus malã fidẽ consumptis restituere, quantumcũque oporteat eos indigere, vel mendicare, nisi quantum fuerit eis datum, vel remissum à veris hæredibus; & hoc quando parati sunt huiusmodi possessiones sine dolo, aut fraude in totum eis restituere, si velint recipere. de hac materia habes infra eo. §. sed quid si huiusmodi personæ. quid si mulier habet filios de adulterio occulto, potest ne eos facere hæredes saltem in parte suæ hæreditatis, cum legitimos filios nõ habeat; vel si habet, numquid de cõsensu eorum possunt quasi legitimi admitti ad portionem hæreditatis? item quantum potest ipsa, vel quicumque alienare de hæreditate sua? R. ad primum; credo quod secundum iura scripta potest quilibet siue extraneum, dum tamen non sit turpis, vel indigna perso-

naufragium

persona, siue vnum de filiis, quem maluerit constituere hæredem in totũ, vel in partem, reseruata tamẽ legitima liberis suis; de qua habetur infra eod. §. si quæras quę sit legitima. sed secundum consuetudinẽ Gallicani Regni, nõ potest testator dare vltra quintam partem suę hæreditatis in quibusdã locis, in alijs vltra tertiam. Aliud etiã obseruatur de consuetudine alicubi in donationib° inter viuos, & aliud in donationib° causa mortis. In quæstione ergo proposita, tenẽda est consuetudo regionis matris; & de consensu legitimorum filiorum, vel aliorũ hæredũ facere põt il legitimos filios suos cohæredes legitimorũ, nisi repugnet loci consuetudo.

q *De naufragijs*] hic tractatur q̃stio secunda.

r *Aliqua consuetudine*] hoc est contra comitem Britanniæ, & multos alios principes. Quid de illis principibus, qui conueniunt cum nautis, quod reddãt eis certã summã singulis annis, p singulis nauib° currentibus per

§. 12. q De naufragijs nihil est auferendum; immo quicquid de ipso naufragio inuentum est, siue illud sit captũ de ipso naufragio, siue de mari, siue de littore, restituendum est. ff. de incen. rui. naufra. si quis ex naufragio. nec excusatur à peccato mortali quicumque recepit, nisi ea intentione receperit, vt restitueret ei, cuius esset; nec excusatur aliquis r aliqua consuetudine, vel statuto, vel præcepto; hoc enim est contra s præceptum Domini. diliges proximum tuum sicut te ipsum, item Marc. 7. omnia quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadẽ facia-tis illis. Item in Tobia: quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Item Episcopus, & quilibet prælatus, vel clericus, qui tanti criminis esset particeps, vel consentiens esset deponẽdus t sicut propter hoc dñs Innocentius iudicauit quendam Agathensem Episcopum deponendum. ext. de accusat. cum dilecti. Laicus vero, nisi admonitus satisfecerit, debet anathematizari. arg. 24. q. 3. si quis de potentibus. & u illi qui. ext. de treug. & pace. innouamus. item secundũ leges tenentur infra annum in quadruplum; post annum vero in simplũ. ff. de incen. rui. naufr. l. 1. hoc autem intelligas, nisi sint talia nauigia, quæ piraticam tyrannidem exerceant, vel sint inimica nomini Christiano, vt in constit. noua Friderici. x Ad decus, & honorem Imperij. §. nauigia. L. 2. tit. 5 naufragia

§. 13. y Circa pedagia, & thelonea distingue, quia aut sunt antiqua, aut noua: In primo casu, si fuit impositum ab his; qui potuerunt imponere, videlicet Principibus, vel Regibus, & præsertim auctoritate Ecclesiæ, & ex iusta causa, videlicet pro defensione stratæ publicæ contra prædones in terra, vel contra piratas in aqua; vel pro defensione fidei, & patriæ contra paganos, terminos eorũ, pro quitãdo huiusmodi abusu, numquid possunt illam summam sine peccato recipere? R. credo, quod cũ gratis deberent hoc quitare, nõ possunt pro quitatione huiusmodi aliquid recipere; sed tenentur sic receptum reddere, cum nautæ pensionẽ huiusmodi non cõstituerint simpliciter, & absolute spõtanei, sed ne deteriora sustinerent.

s *Præceptum Domini*] Leuit. 19.

t *Sicut propter hoc*] aliæ tñ causæ erant, scilicet dilapidatio, & simonia.

u *Illi, qui*] melius hoc dicitur in const. si quis Romipetas.

x *Ad decus*] hęc cõstitutio nõ est modo in corpore decret. & ibi dr, q si quo casu contingente ruptа fuerint nauigia, tã ipsa, quã nauigãtiũ bona reseruẽtur illis, ad quos spectabãt ante periculũ nauigij, oĩ cõsuetudine contraria cessante, nisi illa piraticã tyrannidẽ exerceant, aut Christiano nomini, aut principi fuerint inimica: transgressores, bonorum publicatione mulctentur.

y *Circa pedagia*] responsio ad tertiam quæstionem.

pedagium

z Opor-

vel hæreticos, vel pro alia ſimili cauſa,& recipiens facit illud, pp quod fuit impoſitũ,libere, & ſine ſcrupulo conſcientiæ poteſt recipere. Si autẽ neſcit à quibus fuit inſtitutũ, credit tñ quod ab illis, qui potuerunt, & ex prædictis cauſis credo idem. Idem credo, ſi iſte nõ laborat modo, nec facit expenſas, qa non eſt neceſſe,cũ terra bene ſit purgata, & in pace, paratus eſt tñ & labores,& expenſas impendere,ſi eſſet neceſſe; ita tñ,quod proponat,imminente neceſsitate, non ſolũ qđ tunc acciperet in illas expenſas ponere, ſed etiã vltra, ſi eſſet neceſſe; vt quaſi fieret cõpenſatio annorum, in quibus nihil, vel parũ expendit, ad illos, in quibus oportet eũ multum expendere; ſi hoc ita geſſerit pura,& bona fide,ſecure poteſt recipere. In ſecundo vero caſu,ſcilicet ſi ſit nouum pedagium, vel telonium nullo modo poteſt aliquis illius occaſione ab aduenientibus, vel tranſeuntibus aliquid recipere abſque periculo animę,& rapinę, niſi certum ſit illud à Principe,vel Rege ſtatutũ; & pp imminentem neceſſitatem aliquam de ſupradictis in principio iſtius. §. & exinde procedat per omnia, vt ſupradictum eſt de antiquo. Hæc omnia probantur.24.q.3. ſi quis Romipetas.ext.de treug.& pac.innouamus.ff.de publ.& vect.vectigalia.ext. de cenſ. peruenit, verſ. oportet quippe. & c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. 12. q. 2.vobis enim.circa fin.verſ.ſi quid forte.ff. locati. ex conducto. §. ſi vis. Si contra formam iſtam aliquid eſt acceptum, credo eſſe reſtituendum illi,a quo iniurioſe acceptum eſt, ſi ſciri poteſt; ſin autem cum conſilio Eccleſiæ, in pijs cauſis eſt expendendum. Mercatores vero, & tranſeuntes, credo indiſtincte, quod debent perſoluere antiquum, & nouum; dummodo recipiens faciat illud, propter quod fuit inſtitutum, iuxta formam ſupradictam in vtroque: quod ſi non faceret, iſti, à quibus exigitur, poſſent negare: vel debent adire ſuper hoc Iudicem, quod tutius eſt: vel dicant: quod ceſſante in illo cauſa, ceſſat in eis obligatio, vel illo non ſeruante fidem eis, nec ipſi tenentur ei. 61. diſt. §. his omnibus. ext. de iureiuran. peruenit. 2. Caueãt tamen ſemper mendacium. Si autem ille recipiens faceret quod ſuum eſt, & iſti aliquid ſubtraherent, rapina, uel furtum eſſet, unde præciſe[a] tenerentur ei ad reſtitutionem, & facere inſuper pœnitentiam de furto, & mendacio, ſiue alijs peccatis ibi commiſſis. Si uero iniuſte reciperet,

bita per ſimoniam,de qua ſolet dici,quod eſt reſtitutũ; & pp imminentem neceſſitatem aliquam de ſupradictis in principio iſtius. §. & exinde procedat per omnia, vt ſupradictum eſt de antiquo. Hæc omnia probantur.24.q.3. ſi quis Romipetas.ext.de treug.& pac.innouamus.ff.de publ.& vect.vectigalia.ext. de cenſ. peruenit, verſ. oportet quippe. & c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. 12. q. 2.vobis enim.circa fin.verſ.ſi quid forte.ff. locati. ex conducto. §. ſi vis. Si contra formam iſtam aliquid eſt acceptum, credo eſſe reſtituendum illi,a quo iniurioſe acceptum eſt, ſi ſciri poteſt; ſin autem cum conſilio Eccleſiæ, in pijs cauſis eſt expendendum. Mercatores vero, & tranſeuntes, credo indiſtincte, quod debent perſoluere antiquum, & nouum; dummodo recipiens faciat illud, propter quod fuit inſtitutum, iuxta formam ſupradictam in vtroque: quod ſi non faceret, iſti, à quibus exigitur, poſſent negare: vel debent adire ſuper hoc Iudicem, quod tutius eſt: vel dicant: quod ceſſante in illo cauſa, ceſſat in eis obligatio, vel illo non ſeruante fidem eis, nec ipſi tenentur ei. 61. diſt. §. his omnibus. ext. de iureiuran. peruenit. 2. Caueãt tamen ſemper mendacium. Si autem ille recipiens faceret quod ſuum eſt, & iſti aliquid ſubtraherent, rapina, uel furtum eſſet, unde præciſe[a] tenerentur ei ad reſtitutionem, & facere inſuper pœnitentiam de furto, & mendacio, ſiue alijs peccatis ibi commiſſis. Si uero iniuſte reciperet,

[z] *Oportet quippe*] ſequitur ibi. vt omnis cenſus ad quid, & quãdo ſolui debeat præſciatur.

[a] *Tenerentur.*] ei ad reſtitutionẽ pedagij. ſed numquid tenentur ad emendã, & an iniungendum ſit eis in foro pœnitentiæ, quod eam ſoluant? R. credo quod nec in hoc caſu, nec in ſimilibus tenetur qs ad ſoluendum, emendam, niſi fuerit iudicatũ contra ipſum in foro cauſarum, quia talia non debent, niſi tunc demum,cum qs cõdemnatus eſt per ſententiam in forma iudicij: vnde ſi quis furtim aſportauerit pedagiũ, vel inciderit alienam,vel commiſerit furtum, vel ſacrilegium, & ſimilia, ſuper quibus ſtatuta eſt pœna corporalis, vel pecuniaria per legẽ, vel canonem, non eſt iniungẽdum pœnitenti in foro pœnitentiali, quod ſoluat huiuſmodi pœnas,niſi tunc demũ fuerit cõdemnatus ad illas; ſed ſufficit, quod ſoluat intereſſe, vt ſatisfaciat ad arbitrium boni viri, ſi iniuriam intulit:hoc etiam dici poteſt forte de pecunia ha-

Digitized by Google

restituenda illi ecclesię, in cuius ignominiã data est, vel recepta per illud capitulum. ext. de simon. de hoc autem. illud enim capitulum intelligi potest, quando de bonis ecclesiæ erat data pecunia, vel quando agebatur in forma iudicij contra recipientem; & idẽ põt intelligi in oĩbus similibus casibus, in quibus iura dicunt esse extorquendam pecuniã turpiter acceptam, cuius tamen repetitio nõ datur ei, qui turpiter dedit; quod dico propter magistrũ, qui dedit pecuniam prohibitã scholari, cui cõpetit datæ pecuniæ repetitio, vt dictum est supra de magistris. & idem de similibus casibus, si qui sunt tales. contra id tamen quod dictum est de pecunia simoniace acquisita, est arg. contra ext. de simon. mandato. argumento sumpto à cõtrario sensu, qa videtur ibi innui, quod pecuniam per pactũ simoniacum acquisitã resignare tenetur, qui eam accepit, licet secus sit, si absq; pacto fuerit recepta; & ideo tutius est dicere, quod pecunia ex pacto simoniaco acquisita retineri non potest, etiã secundum iudicium fori pœnitentialis. ℟. de hoc supra eod. §. sed quid de focarijs.

ciperet, [b] & isti sic furtiue subtraherent dicendo ibi nõ esse merces, quæ debent pedagium, vel aliquid simile, vt euaderent, peccarent similiter venialiter in mendacio, quia esset mẽdacium pietatis. de quo ℟. supra de mendac. §. restat videre. ad restitutionem autem, non credo ipsos teneri.

§. 14. Sed quid de Christianis, qui accedentes ad ciuitates paganorum subtrahunt paganis huiusmodi pedagium, vel teloniũ? Ad hoc dico si vadũt illuc tempore treuguę, & nõ portãt merces ꝓhibitas (de quibus ℟. infra de sent. excom. §. vtraque excommunicatio) & ipsi Sarraceni tenẽt eis fidẽ in defendẽdo eos in suo territorio, vel maritima à latronibus, vel piratis, debent ipsi Christiani fideliter ipsis [d] persoluere secundum statutum, vel pactum; alias tenent eis ad restitutionem, si põt, vel si non põt, erogare in vsus pauperũ ad mandatum Ecclesiæ: nam fides, etiã hosti seruanda est. 22. q. 4. innocens. 23. q. 1. noli. Si aũt iuerunt in tpe guerræ, vel etiã in tpe treuguę, sed cũ mercibus prohibitis, nõ credo qꝫ teneantur illi ad restitutionem; sed qa peccauerunt hic quodãmodo contra Christianã religionem, credo (vt puniãtur in eo, in quo deliquerunt) qꝫ sit eis iniungendum in pœnitentia, [e] vt illud dent in redẽptionem captiuorũm, vel subsidium eorum, qui pugnant ꝓ fide Christiana, vel ipsimet expendant in eodẽ subsidio, si ad hoc sunt idonei, corporaliter laborando. arg. 17. q. 4. si quis in atrio. & ℟. supra de emun. eccl. §. pœna. & infra de sent. excõ. §. vtraque. vers. cum qs defert. & ext. de vot. & vot. redemp. magnę. & qꝫ super his. cum sint malæ fidei possessores terræ, quam tenent, quomodo statuta eorum ligant Christianos? ℟. credo quod statuta illorum, qui per vim occupauerunt, & tenẽt terrã, quę aliquãdo fuit Christianorũ, non obligant fideles, nisi consẽserint, aut spõte se subiecerint statutis hmõdi: secus dicerem de illis Sarracenis, qui non sunt violenti possessores terrarum, quas tenent. hi etiam, de quib' dictum est primo, cum sint in possessione statuendi, & dominandi, non sunt defraudãdi, nec spoliãdi illa qua si possessione aut oritate alicui' psonæ priuatæ: vnde ab hmõdi pedagijs defraudari non debent per aliquẽ Christianũ trãseuntẽ per terras eorũ.

b *Et isti sic*] ideſt per mendacium.

c *Mendacium pietatis.*] quo ſibi parcunt, vel illi, ne ille male recipiendo peccet.

d *Perſoluere*] de pacto planum eſt, quia hoſti etiam fides, & pactum ſeruandum eſt: ſed

e *Vt illud*] pedagium ſcilicet, qd ſi nolunt huiuſmodi pœnitẽtiam recipere? ℟. credo quod licet bonum ſit, quod inducãtur ad eã ſuſcipiendam, non tamẽ credo, quod ſint præciſe ad hoc compellendi, aut quod deneganda ſit eis abſolutio, dum tamen velint pœnitere.

f De

§. 15. [f] De quæstis, & talleis, & similibus dico, q; regulariter debet dñs à subditis petere, nisi ea, quæ inter ipsum, & suos antecessores plane, bona fide, sine dolo, ac coactione conuenit, sicut solet fieri, cum mansi, vel villę conceduntur de nouo colonis, vel alijs personis. solent ẽt inde fieri instrumẽta, q̃ cõtinẽt censum annuũ, & alias seruitutes, & pactiões hinc inde. Oĩa ergo iuxta hunc modum posita ab initio, dum tñ non sint turpia, vel cõtra Deũ, peti pñt, & soluenda sunt; nã quilibet in tra ditione rei suæ põt po nere legem, quã vult. ext. de condit. apposit. verum. 18. q. 2. Eleutherius. item q̃a scienti, & volenti [g] nõ infert dolus. itẽ pacta custodiant, ait cõciliũ Aphricanũ. ext. de pact. Antigonus. & q̃cquid subdit⁹ de his absq; dñi voluntate subtraheret, sicut fur, tenet restituere: vbi tñ d̃finite positũ est in instro aliquod tale verbũ, collecta, tallea, q̃sta, & simile, ĩtelligo q; debet eã moderate [h] petere inspecto honore, & facultatib⁹ subditorum. ext. de cens. cum Apostolus. in fi. 10. q. 3. c. vlt. si aũt dñs vltra cõuenta, & statuta inter ipsum, & subditos aliqua spõte oblata, nulla fraude adhibita, vel minis, vel coactione directa, vel ĩdirecta recipiat, nõ tenet ad restitutionẽ; sed exacta à se, vel a suis directe, [i] vel indirecte tenet restituere. dist. 18. de eulogijs. 1. q. 2. placuit. & q̃ pio. Verum tñ si ex aliquib⁹ circumstãtijs appareret impossibilis, vel multũ difficilis restitutio, satis vr̃, q; posset hmõi principibus, & militibus cõsuli, q; in cõpensationẽ, vel remitterent eis cõiter cum eorundem cõsensu, & libera voluntate aliquã seruitutẽ, seu annuã p̃stationem in ꝑpetuũ, vel ad tps, ita q; pleniſſime videret eis satisfactum; vel etiã facerent in remissionem peccatorum illorũ, q̃bus tenent aliquod hospitale, vel opus simile pietatis, cũ cõsensu tñ eorumdem, si põt requiri; & hoc intelligas, nisi iusta cã ipsum dñm ad talem exactionem faciendã inducat. sunt em̃ q̃dam causæ iustæ, [k] vna, pro defensione patriæ, & maxime suæ ciuitatis, castri, vel villæ: ad hoc enim tenentur omnes, nõ solum res suas partiri, sed etiam corporaliter laborare, munire se in castro, vel ciuitate, vel vigilare, ut sic seipsos, & res suas saluent. Philosophus: pugna pro patria. & 23. q. 3. fortitudo. ext. de emun. eccl. ꝑuenit. Item si dñs vult ire in exercitum indictũ ab ecclesia, vel principe cõtra hęreticos, vel paganos, nec de suo absq; graui damno posset facere expensas sibi necessarias, põt à subditis auxilium petere moderatũ. Item si ĩ guerra, vel bello iusto ex parte sua sit captus ab hostibus, nec põt soluere redemptionẽ petitã ab eis absque graui dãno. Item si vellet ire ad principẽ ꝑ obtinendo priuilegio specialis ꝑtectionis ꝑ se, & ꝑ eis, nec posset d̃ suo expẽsas ad hoc vtiles, & necessarias absq; graui dãno facere, & si qua

[f] *De quæstis*] Responsio ad quartã quæstionem.

[g] *Non infertur*] dolus. C. de transac. cum donationis.

[h] *Moderate*] ita credo, quod cum instrumentum continet, quod talis dñs põt facere talliã ad iussum, vl̃ ad placitum, aut talis est consuetudo, etiã sine scripto, ĩpsũ illud, vel placitũ moderãdum est ad arbitrium boni viri, inspectis facultatibus subditorum.

[i] *Vel indirecte*] vt qñ denegat eis iustitiã, aut nõ defendit eos vt deberet, vt sic aliquid extorqueat, vel insinuari eis faciat, q̃d vult aliquid habere ab eis.

[k] *Pro defensione patriæ*] cũ iniuste inuaditur ab hostibus.

[l] *Alia*

l alia cã similis emergeret, dum tñ semper moderate, & non ad grauamen eorũ, & cũ charitate, non ex violentia exigeret. 10. q. 3. vnio. circa mediũ. ext. de cens. cum Apostolus. §. prohibemus etiã ne subditos suos tallijs, & exactionibus Episcopi grauare presumant: sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt, si manifesta, ac rationabilis causa extiterit, cũ charitate moderatum ab eis valeãt auxiliũ postulare. &c. 22. q. 5. de forma fidelitatis. vnde si qui prælati, vt procurationem, vel seruitium aliquod impendant legato, vel alij, plus à subditis extorqueant, quam soleant, & sic extorta debent restituere, & tantundem pauperibus erogare. Superior etiam, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in huiusmodi statuti executione, canonicæ subiaceat vltioni. ext. de emun. eccl. qa plerique. Si autem dominus vult ludere ad aleã, vel vltra vires ad vanitatem expendere in vestibus, hospitibus, & similibus, non debet propter tales causas exigere; quod si fecerit tenetur ad restitutionem. m idem, si captus in bello iniusto exigit ab eis redẽptionẽ totã, vel partẽ, quam soluit hostibus.

§. 16. Sed quid de quibusdã, qui nihil penitus recipiũt à subditis, nisi tallias, vel questus? Ad hoc distinguo, quia aut ab antiquo sibi, & antecessoribus est soluta tallia, aut de nouo est imposita, seu petita. n Si scitur, vel creditur, ꝓbaliqua põt esse dubitatio de iure, aut de facto, nõ credo esse simpliciter denegandã absolutionẽ, sed facienda est cũ quadã dubitatione, & ꝓtestatione sic: absoluo te de hoc, inquãtũ possum; sed timeo, vel credo, quod non sufficit tibi ad salutem, nisi te aliter habueris in hoc casu. Item quid de illis, qui emunt præposituras seculares, vbi non sunt reddituꝫ, nisi solæ

l *Alia causa similis*] sunt enim causæ quædam vsitatæ, & approbatæ alicubi, præter illas, quæ hic ponuntur, scilicet quando dominus maritat filiam suam, aut filium facit militem, aut releuat feudum suum, aut auget nouum feudum comparando, cũ talia videantur respicere commodum subditorum, pro eo, quod, cum dominꝰ maritat filiam, acquirit amicos, & augendo feudum fit ditior, iam plus potest parcere subditis, quam ante; & cum facit filium militem, potentior est ad defendendum terram, non credo quod damnandi sint, qui talia recipiunt, vbi constitutum est, vel cõsuetum; dum tamen non recipiant vltra quã constitutum vel consuetum est, quod si arbitriũ exigi consueuerit, cum moderamine exigatur.

m *Idem*] supple, scilicet quod tenetur ad restitutionem.

n *Si scitur, vel creditur*] Quomodo hoc scietur? Ex. potest sciri, si super hoc confectum est instrumentũ, si etiam ita seruatum est à tpe, à quo non extat memoria. & secundũ quosdã præsumendum est, quod ex iusta cã fuerit imposita. arg. 12. dist. illa. q; satis credo, nisi violenta sit psumptio in contrariũ, psertim cũ dicatur, q; in longissimis pscriptionibꝰ nõ oportet ꝓbari titulũ, sed ex lapsu tpis præsumitur titulus interuenisse, qui allegatur. Quid de illis, qui tali vtuntur cõsuetudine in hominibus suis, quod de mobilibus ipsorum capiunt, & qũ volunt, & quantum, & cum suspicãtur eos velle transire ad alium dñum, omnino exspoliant eos, numquid excusari pñt per cõsuetudinem; & an tenentur ad restitutionem, & an sunt absoluendi, si nolunt restituere? Ex. si certum est, quod ab initio fuerit impositũ tale onus terræ sine malitia, & fraude, q; dñs posit ab habitatoribus qñ, & quãtum vult capere, & quod posit retinere omnia mobilia, si recesserint, cũ quilibet possit ponere rei suæ onus quod voluerit, videtur tolerari posse, quod in tantum vtatur huiusmodi cõstitutione, quod nõ grauet eos vltra modũ, aut manentes, aut recedentes; & quod dñi non tenẽtur ad restitutionẽ taliter acceptorum: si autẽ non est certum, aut si creditur, quod non fuerit ab initio legitime institutũ, credo quod huiusmodi spoliationes malæ factæ sint; & peccant, qui faciũt hoc, & tenentur ad restitutionẽ. in hoc tamen casu, & similibus, qui tolerãtur ab Ecclesia, ꝓ eo q; aliqua põt esse dubitatio de iure, aut de facto, nõ credo esse simpliciter denegandã absolutionẽ, sed facienda est cũ quadã dubitatione, & ꝓtestatione sic: absoluo te de hoc, inquãtũ possum; sed timeo, vel credo, quod non sufficit tibi ad salutem, nisi te aliter habueris in hoc casu. Item quid de illis, qui emunt præposituras seculares, vbi non sunt reddituꝫ, nisi

Digitized by Google

si solæ exactiones, & munera, & seruitia, quæ recipiunt huiusmodi præpositi, numquid tenentur talia restituere; aut si compellũtur à dñis exercere hmõi officia, numquid tenentur potius omnia sua amittere, quam in hoc obedire? & qd de dominis, qui vendunt huiusmodi præposituras? Respõdeo; si non pñt hmõdi officia exerceri sine peccato mortali, potius debent omnia mala tolerare, quam sic peccare; & peccãt mortaliter; quotiescũq; munera recipiunt propter faciendã gratiam alicui in prꝑiudiciũ alterius; aut si minis, & terroribꝰ aliquid extorqueant, aut quosdã grauent, vt alij timentes eis seruiant, ne talia patiantur: & tenentur ad restitutionẽ omnium talium, si possunt, nec sunt aliter absoluendi, & peccant domini, qui tales ꝓposituras vendũt, aut ad emẽdum aliquos cõpellunt, cũ gratis eas committere debeant, ex quo non sunt ibi redditus, aut ꝓuentus iusti, & tenentur ad interesse illis, qui per hmõi præpositos taliter sunt spoliati. Hoc autem intelligo de illis præpositis, qui reddunt iura. De Bidellis aũt minoribus, quorum est officium tantũ citare, vel exequi iudicata, vel mandata maiorum, tenendũ est, quod dicitur infra. §. officiales. in fine. Quid de hominibus militis, qui cum habent vsuarium in quodam nemore, dominus suus abstulit eis illud, numquid tenentur ad restitutionem; aut si habent vsuarium in silua alterius militis, & ille abstulit eis, vel aliter damnificauit eos, numquid sufficit, si ille satisfaciat de hoc domino illorum, cum ille dominus vtatur hac consuetudine, quod de bonis illorum accipit quantum, & quando vult? Respondeo; si tales homines sũt veri nominis seruui, qui nihil habent proprium, & peculium, si quod habent in potestate est domini, vt reuocet illud, quando voluerit; si vel vsuarium habẽt in nemore aliquo, vel peculio, vel aliud aliquid, dominus potest illud reuocare, & damnis illis illatis ab aliquo sufficit satisfieri domino: si autem sint seruui de corpore, quales sunt in Frãcia quidam serui ecclesiarum, & quorundam nobilium, non potest dominus auferre eis vsuarium huiusmodi, aut sua, & de damnis illatis non sufficit satisfieri domino; & multo fortiꝰ verum est hoc in illis, qui non alias serui sunt, nisi in tantum quod dominus eorum potest de consuetudine quantum, & quando vult de bonis eorum capere; in talibus restringenda est huiusmodi abusio, & extorsio, potius quã laxanda.

biliter, quod ex iusta causa, & licite imposita fuerit, & soluta, poterit exigere; ita tñ, quod ipse compleat, si quid ex illa causa, vel institutione cõplere debeat, & hoc secundũ quod dixi supra in proximo. §. In secundo vero casu, vel etiam in primo, cum nec scitur, nec creditur iusta causa, non debet exigere; & quod cum mala fide recepit, debet restituere si potest. 14. q. 6. si res. posito tñ, ꝙ vere dominus est, & ꝙ nihil penitus percipit, quod vix est credibile, quin ad minus recipiat sibi iustitias, & sequãtur eum in exercitum in bello iusto. Si tamen ita verum sit, ꝙ nihil percipit, credo, saluo meliori iudicio, quod debent inter se aliquid statuere, quod dent sibi in signũ subiectionis, ne alias inutiliter videatur esse penes eũ dñium rei suæ. argumentum optimũ ad hoc. 18. q. 2. Eleutherius. & 1. q. 3. si qs obiecerit. & ℟. supra de sepult. §. item si sit consuetudo. Si dubitetur, quid, vel quantũ debeat esse illud, credo ꝙ debeant obseruare, quod in vicinis villis, & castris, vel ꝓuincijs obseruatur; ita tñ, quod villa ista non grauetur: vel si diuersæ sunt cõsuetudines, ea, quæ minus soluit eligatur. ext. de consuet. cum olim. in fin. & de censib. ex parte. in fi. & super eo quod. dist. 100. contra morem. ext. de præscrip. si diligenti. & ℟. supra de sepul. §. esto. & hoc totum intelligo, nisi ipse, vel aliquis de antecessoribus suis vendiderit, uel donauerit eis illud, quod ibi in subiectionis signum consueuit percipere; tunc enim non potest aliquid petere: in om-

ni tñ casu credo, quod debeāt habere in memoria, tanquam inseparabiliter annexa domino, illa sex enumerata in epistola Philiberti Epi, videlicet, o Incolume, p tutum, q honestum, r vtile, s facile, t possibile, vt in illis sint eis fideles. 22. q. 5. de forma fidelitatis.

§. 17. u Circa principes, vel milites habentes guerras ad inuicem, distingue, qa aut ille, de quo quæritur, habet iustā guerrā, vel bellum, aut non: in primo casu, scilicet, cum habet iustū bellum, & non exercet illud, nisi cōtra nocentes, & non habet intentionē corruptā, x quidquid capit ab hostibus suum est, nec tenet restituere. dist. 1. ius gentium. 23. q. 7. si de rebus, & ℟. supra de hæreticis. §. punitur. Vt autē plene liqueat de bello, nota q; quinq; exiguntur ad hoc, vt bellum sit iustum, scilicet pso-

o *Incolume*,] ne sit in damnum domino suo de corpore suo.

p *Tutum*,] ne sit in damnum domino suo de secreto suo, vel de munitionib⁹ suis, per quas potest esse tutus.

q *Honestum*,] ne sit eis in dānum de sua iustitia, vel aliis causis, quæ ad honestatem eius pertinere videntur.

r *Vtile*,] ne sit ei in damnū de suis possessionibus.

s *Facile*,] ne id bonum, quod dominus suus leuiter facere poterat, faciat eis difficile.

t *Possibile*,] ne id bonum, quod dño suo erat possibile, reddat ei impossibile: & quia nō sufficit abstinere à malo, nisi fiat bonū, restat, vt in eisdem sex supradictis, consiliū, & auxilium fidele dño suo præstet.

u *Circa principes*.] respōsio ad quintam quæstionem.

x *Quidquid capit*] vsquequo satisfactum sit sibi de omnidamno, & interesse sēm qđ dī infra eod. §. vers. ad quæstionē ppositā.

y *Prohibitum*] fundere sanguinem, & bellare in ppria patria: potest tñ Papa, & aliæ ecclesiasticæ personæ, quæ habent ius gladij, dare auctoritatē subditis suis pugnādi.

z *Nisi in necessitate*.] quia tunc clericus potest se defendere, etiam cum armis.

a *Peccatum est, &c.*] & infra. nec Rempublicam gerere criminosum est: sed ideo gerere Rempublicam, vt diuitias augeas, videtur esse damnabile.

b *Quid si clericus*.] ibi dī, q; qui pp obediētiā, Iustitiam, & zelum fidei mouent arma, merentur.

c *Auctoritate principis*] dicit enim Imperator: nulli prorsus nobis inscijs, vel in consultis quorumlibet armorum mouendorū copia tribuatur. C. vt armorum vsus inscio principe interdi⁹ sit, l. nulli. lib. 11. Quid si Barones subditi Comitis, vel Ducis habēt guerram contra eum, aut Comes contra Regem suū, vel ecōuerso, cuius principis est auctoritas requirenda? ℟. princeps, qui nullā habet superiorē, siue sit Rex, siue Imperator, auctoritate ppria, si iusta cā subsit, pōt mouere bellum, tam cōtra subditos, quā cōtra extraneos; pōt & subditis suis dare auctoritatē mouendi bellū, tā contra principē extraneū, quā contra subditos ei⁹, si cā subsit, & viderit expedire; sed non cōtra, p; prios subditos, quādiu pt iniuriatē iustificare, vel quādiu vult stare iuri coram eo, & corā iudice suo, si est Iudex medius inter hmōi principem, & iniuriantem: si autem nō

[i] *Creditores.*] creditores sunt, quibus testator aliquid dare tenebatur, ex quocumque cōtractu, & secundū canones, quibus tenebat ex maleficio.

[k] *Legatarij.*] vero sunt quibus ex mera liberalitate aliquid relinquitur in testamento.

[l] *Primo,*] id est priusquā legatarijs.

[m] *Hæredem*] neque illos, qui ab eo comparauerunt res, quarum pretia inlegata, vel fidei commissa, vel alios creditores præcesserunt, sicut dicitur in l. infra allegata.

[n] *Indiuiduum.*] vt si testator promiserit se aliquod opus facturum, vel promisit per se, hæredemue suum non fieri, quo minus per fundum suum agere ire cui liceat, quilibet hic hæredum erit insolidum obligatus.

[o] *In-*

Digitized by Google

defuncti, vel Iudicis ab vno in solidum, vel à pluribus pro partibus designatis petuntur. ff. de alimen. & cibar. leg. l. 3. Quartus si testator ab vno hæredum legauerit creditori hæreditario cõpensandi animo; tunc enim hæres ille vsque ad quantitatem legati onus debiti illius sustinebit. ff. de leg. 2. cum ab vno. Quintus in expensa funeris vxoris, quæ non tantum astringit hæredes pro hæreditarijs portionibus, sed etiã virum pro portione, quæ puenit ad eum de dote suæ vxoris, vtputa ad eum peruenerunt centum, & in hæreditate sunt ducenta, ipse uir tenetur pro tertia, & hæredes pro duabus partibus. ff. de relig. & sumpt. fun. Celsus. & l. ueluti. Qualiter autem ad uota defuncti teneatur hæres, require supra de uotis. §. item circa eadem uota. Item quid si hæres est pupillus, numquid potest differri solutio debitorum prætextu pupillaris ætatis? dico quod non. C. de hæreditar. act. l. sub prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij, creditorum exactionem differri non posse nimis euidens est: vnde cum te tutorem proponas, quemadmodum à pupillis creditoribus satisfiat, eniti debes.

§. 27. Pone q̃ hæredes, vel executores testamenti nolũt soluere ea, quæ testator mandauit in vsus pios expendi, nec satisfacere creditoribus, iuxta eiusdem testatoris mandatum, quid fiet? dic, quod per locorum Episcopos, vt vniuersa huiusmodi secundum defuncti voluntatem procedant, licet etiam à testatoribus id contingeret ° interdici, sunt monitione præmissa cogendi. ext. de testam. tua nobis. & Ioannes clericus. quas require infra inter nouas constitutiones.

° *Interdici*] scilicet, quod Episcopus, vel alia persona non intromittat se de testamento suo, nisi soli executores sui.

P *Talis enim*] prohibitio non valet.

§.27. [a] CIrca præscriptiones, & vsucapiones nota diligenter, quid dicatur præscriptio, quid vsucapio, quę res possint præscribi, & quæ non, quæ species præscriptionis, quid ad eam complendam, qualiter interrumpatur, & vtrum excuset aliquem à peccato. Præscriptio, vel vsucapio est acquisitio, vel adiectio dominij [b] vtilis, vel directi per continuationem possessionis [c] temporis lege definiti. ff. de vsucap. l. 3. Differunt tamen præscriptio, & vsucapio; quia præscriptio proprie in immobilibus, vsucapio in mobilibus locum habet; res etiam incorporales, vt seruitutes, actiones, & similia acquiruntur præscriptione. ext. de causa poss. & propr. cum ecclesia. 16. q. 3. §. quas actiones. item vsucapio completur triennio, præscriptio non: vt infra.

§.28. Possunt autem præscribi generaliter omnes res, omne ius, & omnis actio. ext. de præscrip. ad aures. C. de præscrip. 30. ann. sicut in rē. Excipiuntur quædam, quæ nullo modo possunt præscribi, vt ecce in criminibus nullo tempore præscribitur, sed potius ex temporis diuturnitate augentur. ext. de simon. cum in ecclesiæ. 33. q. 5. quod Deo. Item non præscribitur [d] contra obedientiam, visitationem, & procurationem, quæ debetur ratione visitationis. ext. de præscript. cum non liceat. & cum ex officij. ext. de censib. cum instantia. Item ecclesiæ, & cætera sacra, vel religiosa, nec non & decimæ, primitiæ, & oblationes nullo iure possunt [e] à laicis possideri, vel præscribi; quia regulariter, q̄ non potest possideri, nō pōt præscribi. 16. q. 3. §. potest. ext. de præscript. causam quæ. & si diligenti. ℟. supra de decim. §. quid de militibus. & §. in summa. & §. est autem. & §. sunt dandæ. Item non potest p̄scribi limes, & quod adhæret limiti episcopatuum, vel parochiarum. 16. q. 3. licet in regulis. ext. de paroch. super eo. Ratio est, ne termini ꝓuinciarum, episcopatuum, vel parpchiarum cōfundātur. Sunt & aliæ multæ rationes, quas non prosequor. limes tamen prædiorum potest præscribi. 16. q. 4. volumus. ext. de præscript. quia. Nec liber homo possessus ꝓ seruo potest p̄scribi. 16. q. 3. potest. item publicæ functiones, id est, tributa, vel redditiones, & possessiones agrorum non præscribuntur à colono. 16. q. 3. §. potest. C. de præscrip. 30. ann. male agitur.

§.29. Species præscriptionis, multis alijs omissis, sunt duæ. alia enim est lon-

[a] *Circa præscriptiones*] Respōsio ad nonā quæstionem.

[b] *Vtilis, vel directi*] directum dominiū est, quod habet ille, q̄ est verus dominus, & principalis dominus rei. vtile est, quando in veritate non est dominus, sed habet vtilitatem rei, ac si esset dominus, vt est vassallus, & feudatarius, & similia.

[c] *Temporis*] id est per spatium temporis à lege definitum.

[d] *Contra obedientiam*] talia non præscribit subditus, qui ea debet contra prælatū, alius tamen potest talia p̄scribere, vnde Abbas, vel Prior aliquis, vl aliqua persona ecclesiastica potest talia præscribere contra Episcopum, vel contra subditos eiusdē Episcopi.

[e] *A laicis*] a clericis enim possunt.

[f] *Præ-*

longi temporis, vt decem annorum inter [f] præsentes, vel uiginti inter [g] absentes. alia longissimi, vt triginta, vel quadraginta annorum. [h] & hoc contra laicos, vel priuatas personas. 16. q. 3. §. potest. Contra ecclesias vero omnino est necessaria p̄scriptio quadraginta annorum, siue [i] priuata persona præscribat contra ecclesiam, siue ecclesia vna contra aliam. 16. q. 3. quas actiones. & q. 4. neque decennij. Excipitur Ecclesia Romana, contra quam non præscribitur, nisi spatio centum annorum. 16. q. 3. nemo. ext. de præscri. cum nobis. Exiguntur ad præscriptionem compellendā quatuor, scilicet continuatio possessionis, bona fides, iustus titulus, & quod res non sit vitiosa. Cōtinuatio possessionis, vt toto tempore præscriptionis, sine interruptione sit possessa. vt in præalleg. §. pōt. 16. q. 3. per singulas. Bona fides, continua similiter per totum tempus præscriptionis. ext. de præscri. vigilanti. 34. q. 2. si virgo. Si quęras, quæ dicatur bona fides, ℞. quod recipiens credat tradentem esse dominum, vel [k] habere ius alienandi. ff. de verb. sign. l. bonæ fidei. item non videtur sufficere bona fides emptoris, etiam continua, nisi & vēditor sit bonæ fidei, vel q̄ est verus dominus, sciat rem sibi cōpetere, & [l] alienatam esse. auth. vt sponsal. larg. §. rursus. Item iuris [m] ignorantia non facit aliquem bonæ fidei. ff. de vsucap. nūquam. 2. Titulus, scilicet intelligitur hic omnis actus, quo solet acquiri dominiū, si verus dominus tradat rem, vel si aliquis ab eo, qui non est dominus rei, accipit rem, [n] pro soluto, [o] pro emptore, [p] pro transacto, [q] pro hærede, [r] ꝓ donato, [s] pro derelicto, [t] pro legato, pro dote, [x] pro socio, [y] pro suo. & quod titulus sit necessarius probatur. ext. de præscri. si diligenti. ext. de probat. licet. Si autem iste possidēs ignorat titulum, vel dubitat, vtrum ipse, vel antecessores sui ha

[f] *Præsentes*] qui sunt in eadem prouincia.

[g] *Absentes*] vero, qui sunt in diuersis ꝓuincijs.

[h] *Et hoc contra laicos*] quasi dicat vtraq; istarū præscriptionum locū habet contra laicos, & priuatas personas.

[i] *Priuata persona*] hæc enim nō præscribit contra ecclesias minori spatio, quā quadraginta annorum; sed ecclesia præscribit contra illam priuatam personā longa præscriptione, nedum longissima.

[k] *Habere ius*] sicut habet tutor in quibusdā rebus pupilli; & procurator, qui mandatum habet alienandi.

[l] *Alienatam esse*] hoc nō exigitur ex necessitate, quia creditor potest ignorante debitore pignus vendere.

[m] *Iuris ignorantia*] vt si ego credo pupillum, vel illum, qui curatorē habet, posse rem suam alienare sine auctoritate tutoris, aut curatoris.

[n] *Pro soluto*] id est, quia soluitur ei, vt debitum est.

[o] *Pro emptore*] qui emit.

[p] *Pro transacto*] quia ꝑ transactionem recipit.

[q] *Pro hærede*] vt si hæres institutus inter res hæreditarias bona fide recipit rem alienam.

[r] *Pro donato*] id est, per donationem.

[s] *Pro derelicto*] quia possessor illius rei non curabat, sed dimittebat occupandam ei, qui vellet.

[t] *Pro legato*] quia legatur sibi.

[u] *Pro dote*] q̄a datum est viro in dotem ex parte mulieris.

[x] *Pro socio*] vt quādo socij duo bonorum, soluta societate, diuidunt bona, & facta diuisione, cedit in partem alterius aliquid eorum, quæ bona fide possidebāt, cum tamen esset alienum.

[y] *Pro suo*] vt cum quis inter multa, quæ sua sunt, habet aliquid alienum, quod credit esse suum; vel vt aliqui dicunt, cum dominus procuratori suo mandat, vt emat sibi equū, & ille adducit equum alienum, quem tamen nō emit, in quo casu domin' poterit eū vsucapere per titulum pro suo, cum credat ipsum esse suū ex titulo emptionis.

[z] *Ex quo*

buerint, potest formare sibi in conscientia titulum, quod credat domino placere; [z] ex quo videt, & non contradicit, cum posset. [a] Item potest ex alio, si ab antecessoribus suis incepit præscriptio, psumere debet, & credere, quod illi habuerūt titulum, maxime si fuerint viri honesti: sufficit em̄ habere titulum verū, [b] vel præsumptum; & ita soluuntur multa contraria. ext. de p̄scrip. de quarta. & de iure patro. pastoralis. Res dicitur vitiosa, si est furtiua, vel vi possessa, quam non solum fur, vel raptor, sed nec vllus alius, quamuis ab eis emerit, vel alias bona fide acceperit, præscribere, vel [c] vsucapere potest. institut. de vsucap. §. & furtiuæ. & §. quod autem.

§. 30. [d] Interrumpitur duobus modis, scilicet ciuiliter, & naturaliter; ciuiliter tribus modis: in iudicio, scilicet per libellum principi oblatum: & hoc valet tantum in [e] annalibus actionib⁹, quæ per hoc perpetuantur. C. quando libel. princ. dat. lit. cont. fac. l. 1. & 2. item per querelam Iudici factam, & secutam rei conuentionem: hæc [f] valet in omnibus actionibus. C. de præscript. 30. ann. sicut in rem. item per litis cōtestationem: & hæc in omnibus valet. C. de præscrip. 30. ann. l. vlt. Idem per omnia in [g] quasi litis contestatione. pone exemplum. ext. vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. quod si super. Extra iudicium interrumpitur ciuiliter quinque modis, scilicet per solutionē [h] vsurarum: item per [i] secūdam cautionem factam à debitore. C. de prescript. 30. ann. cum notissimi. item [k] per protestationem, cum non potest [l] procedere aliqua causa impeditus. ext. de offi. ord. pastoralis. & de appell. si iustus. 16. q. 3. §. potest. Item [m] per denunciationem factam colono. ext. vt vocato à iudice, non cōparet idē dominus, tunc est lis quasi contestata contra eum, seu habetur pro contesta, quod idē est quantum ad interruptionē p̄scriptionis.

[z] *Ex quo videt.*] non videtur hoc habere locum, nisi verus dominus rei præsens sit.

[a] *Item potest.*] scilicet fingere sibi titulum verum.

[b] *Vel præsumptum.*] titulus p̄sumptus locum habere videtur secundum canones, non secundum leges.

[c] *Vsucapere potest.*] donec fuerit vitium purgatum.

[d] *Interrumpitur*] præscriptio.

[e] *Annalibus*] quæ vltra annū non durant, vt actio iniuriarū, & aliæ prætoriæ actiones, & pœnales. instit. de de perpet. & tēporal. action. circa principium. elapso enim anno ab eo termino, quo inceperunt petere, non possunt interpretari, nisi ante fuerint motæ.

[f] *Valet*] ad minus quoad interrumpendam præscriptionem rerum, etiam si non forte quoad perpetuādam actionem.

[g] *Quasi litis*] quasi litis cont. est quando aliquis conuentus in iudicio super rebus immobilibus, quas possidet nomine alieno, nominat dominum in iudicio, & inducijs reportatis, in quibus denūciet domino, vt veniat, aut mittat, ipsoq; dño nihilominus legitimis edictis decret. si iustus.

[h] *Vsurarum*] solutio enim vsurarū debitæ pecunię interrumpit præscriptionem super debito, p quotquot annos cesset creditor a debiti repetitione.

[i] *Secundam cautionem*] quoties em̄ debitor renouat cautionē super debito, interrumpitur p̄scriptio.

[k] *Per protestationem*] factam coram publicis, & honestis personis.

[l] *Procedere*] ad recuperandā possessionē per iudicem delegatū, exposita coram eo cautione de standō iuri, cum aduersarius eius missus erat in possessionem causa rei seruandæ, propter eius contumaciam, vt in illa decret. pastoralis. vel cum quis propter iustum metum nō audet comparere coram iudice, ad respondendum infra decē dies. vt in illa

[m] *Per denunciationem*,] id est citationē factā de parendo iuri coram iudice super re, quam possidet nomine alieno.

[n] *Sino-*

Digitized by Google

lit.non cõteſt. quoniã. C. vbi in rem act. l. 2. Item per [a] ſynodalem proclamationem. ext. de pſcrip. ſanctorum. Naturaliter, ſcilicet ĩterrumpitur pſcriptio p occupationẽ [o] aquę, & p violentam [p] deiectionem, vel etiam ſi res ſit furto ſublata. ff. de vſucap. naturaliter. Item ſi habuit animũ [q] deſerendi poſſeſſionem, vel aliquo alio modo amiſit. ff. de ſeruit. vrb. præd. ſi ædes.

§. 31. Item nota q̃ quædã tpa ſunt, in q̃bus nec currit præſcriptio nec interrũpit, ſed quieſcit, ſiue dormit. & hoc in ſeptem caſibus. primus, tempore prælati male [r] alienãtis. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. ſecundus, tempore vacationis eccleſiæ. tertius, quamdiu [s] pſatus eſt hæreticus. ext. de præſcri. c. 1. & auditis. quartus, tempore ſchiſmatis. ext. de præſcript. cum nobis. quintus [t] tempore excommunicationis; qđ intelligo, ſi non eſt negligens in abſolutione petenda. ext. de cõceſſ. præb. quia diuerſitatem. ſextus, tempore ætatis pupillaris. C. in quibus cauſ. non eſt neceſ. in integ. reſt. l. vlt. ſeptimus, generaliter in tempore, quo quis iuſta cauſa impeditus non poteſt agere. ext. de appel. ex ratione. ff. ex quib. cauſ. maior. l. quod quidã. & non enim. 16. q. 3. prima. & porro. ext. de elect. conſt. ne pro defectu. Illud etiam notandum, quod pſcriptio non incipit currere in actione [u] reali, [x] vel perſonali, niſi ex quo quis agere poteſt iure non impediente. vnde filio familias nõ currit præſcriptio in rebus [y] aduenticijs, niſi ex quo liberatus fuerit a patria poteſtate; nec [z] mulieri currit in dote, niſi ſoluto matrimonio, vel marito vergente [a] ad inopiã; nec creditori, niſi exiſtente debiti [b] conditione, vel adueniente [c] die. C. de anna. excep. l. 1. §. vlt. & de iur. dotiũ. in rebus. §. oĩs. C. de pſcri. 30. ann. cũ notiſſimi. §. illud aũt. Hæc quaſi cõpulſus tetigi de pſcriptionibus, vt darẽ Iudici pẽnitentiali aliquã notitiã, & materiã cogitãdi, & interrogandi à iure peritis in multis, & arduis caſibus, qui circa materiã iſtã frequenter occurrũt; q̃dã ẽt ſub nube tetigi; & aliqua etiã, immo multa omiſi, ne ꝓlixitas tędiũ gñaret.

Patet

[a] *Synodalem*] id eſt, factam in ſynodo, cum aliquis ſacerdos proclamat in ſynodo, quod alius ſacerdos tenet rem ſpectantem ad Eccleſiam. Idem credo de Concilio prouinciali, & generali.

[o] *Aquæ*] quãdo occupat rẽ, quæ pſcribitur, ita quod poſſidens amittit poſſeſſionem.

[p] *Deiectionem*] à quocumque factã, ſiue ſit dominus rei, ſiue alius.

[q] *Deſerendi*] ſolo enim animo poteſt quis deſinere poſſeſſionẽ, licet non poſſet quis ſolo animo acquirere poſſeſſionem.

[r] *Alienatis*] q̃a quãdiu viuit, nõ currit cõtra Eccleſiã pſcriptio. viuit inquam, & tenet eccleſiam.

[s] *Prælatus*] Eccleſiæ, cuius res ab alio poſſidebatur.

[t] *Tempore excõmunicationis*] q̃a excõicatus non poteſt agere ad interrumpẽdam pręſcriptionem, q̃ currebat contra ipſum.

[u] *Reali*] actio realis eſt, quãdo quis rem ſuam ꝓſequitur apud quemcumq; detentorem, & eſt rei vendicatio.

[x] *Vel perſonali*] perſonalis eſt, ꝑ quam circa perſonam agitur ex aliquo cõtractu, vel quaſi; ex maleficio, vel quaſi; vt eſt actio ex empto, actio tutelæ, actio furti, actio de eiectis, & effuſis.

[y] *Aduenticijs*] quid hoc ſit, &. de negotijs ſecularibus, &c. §. itẽ quid de filio familias.

[z] *Mulieri*] id eſt cõtra mulierem, ſi maritus alienauerit dotem eius.

[a] *Ad inopiam*] q̃a ex tũc poteſt repetere dotẽ, vnde ſi non repetit, currit pſcriptio cõtra eam.

[b] *Conditione*] vnde ſi promiſi creditori centũ, q̃n nauis mea venerit de Aſia, non currit pſcriptio cõtra eum, quouſq; venerit nauis.

[c] *Die*] vnde ſi credidiſti mihi centũ vſque ad decẽ annos, non incipit currere præſcriptio contra te, niſi cõpletis illis annis.

[d] *Ma-*

Digitized by Google

§. 32. Patet ex p̃missis, quod in p̃scriptione necessaria est continua bona fides. Numquid ergo abrogatæ sunt oēs leges, q̃ admittũt p̃scriptionē 30. annorum cũ [d] mala fide. 16.q.3.§.p̃scriptionũ? Ad hoc potest rñderi, q̃ sic; nã exp̃sse [e] dicit hoc constitutio Innoc.ext.de prę̃scrip. qm̃ omne. nec mireris, quia ecclesia, & iura, & alia secularia pōt trahere indirecte ad forum suum rōne peccati, cuius iudicium, & correctio secundũ animam ad ipsam pertinet. arg. de iudic. nouit.

§. 33. Item pone, quod est cōpleta p̃scriptio cum bona fide continua, & iusto titulo, & aliis circumstãtiis supra positis, postea incipit possessor habere cōscientiam rei alienę, numquid tenetur restituere rem? videtur quod sic; primo, ex præcepto Dñi dicentis in lege. exo. 20. non concupisces rem proximi tui; item omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. vt 25.q.1. omne itē Gelasius: nihil deperire credimus ecclesiasticis vtilitatibus, si quæ sunt aliena reddantur. dist. 54. generalis. in fine. item Augustinus: bonę fidei possessor rectissime dicitur, quãdiu se possidere ignorat alienum; cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur. 34. q.2. si virgo. item Alex. nulla antiqua dierum possessio diuino iure iuuat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit postquam nouerit se alienum possidere. ext. de præscrip. vigilanti. Videtur ergo, qd non possit agere pœnitentiam, nisi restituat. 14.q.6. si res. Econtra videtur, quod non teneatur restituere; ad hoc faciunt omnia iura. 16.q.3. per totum. & q.4.c.2. & 3. & ext. de prę̃scrip. fere per totum. possidet ergo iste auctoritate iuris, ergo non alienum, sed suum possidet, ergo non peccat. Aug. hoc certe alienum non est, quod iure possidetur, hoc autem quod iure, iuste, & hoc quod iuste, bene. 14.q.4. quid dicã. item qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed cōtra legis auctoritatem. 23.q.4. qui peccat. item iure humano dr̃, hæc villa mea est, tolle iura Imperatorũ, & qs audet dicere hæc villa mea est? meus est iste seruus, mea est hæc domus. dist. 8. quo iure. item cum Papa, & Imperator, quibus commissum est a Deo regimẽ, & dispositio mũdi, vt dist. 10. quoniã idem. [f] statuerunt hoc ex causa vtili, & honesta, & propter publicam vtilitatem, quis audet contradicere? causa enim fuit triplex; vna bona fides possidentis; secunda, odium negligentis petere rem suam: tertia, ne dominia rerum essent incerta, & confusa, & inde postea possent sequi multa mala. 16.q.4.§. potest. ext. de præscript. vigilanti. item Gelasius: sint omnia in potestate, ac iussu præsulis ecclesiæ quæcumque intra triginta annorum spatia ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. quisquis ergo clericorum, & secularium contra præsentem definitionem egerit, tanquam sacri-

[d] *Mala fide*] quoad principiũ, & finẽ, & mediũ totius tpis; in longa tĩ præscriptione, etiã secundum leges exigitur bona fides in principio, licet non in medio, vel in fine. vt in illo §. præscriptionum.

[e] *Dicit hoc.*] ipsa autẽ lex ciuilis noua concordat, quæ dicit, q̃ sacræ leges non dedignãtur imitari sacros canones.

[f] *Statuerunt.*] scilicet, quod p̃scriptiones locũ habent.

[g] *Cau-*

Aug. ad Macedoniũ. epist. 54.

Aug. in lib. de fide & operib' cap. 7.

Digitized by Google

sacrilegus iudicetur,& donec se correxerit, & ecclesiæ ꝓpria priuilegia, siue res restituerit anathema sit. 16.q. 3. placuit huic. Solutio.ī hac quæstione diuersi diuersa sentiunt. Theologi fere omnes dicūt, ꝙ tenentur restituere. omnes fere Doctores iuris dicunt contrariū, quod non tenentur;& iura primo inducta, q̄ videntur contradicere,intelligunt ante cōpletam p̄scriptionem. Alanus distinxit, vtrū possessor habuerit rē ex [g] causa lucratiua,vt tunc teneatur. arg. ff. de his, q̄ in frau. cred. ꝙ aūt. §. sed quid. an ex cā [h] non lucratiua, vt tunc nō teneat. arg. 14. q. 1. qđ debetur. Mihi vī,saluo meliori iudicio, aliter distinguendum ; q̄a aut iste possessor post cōpletā p̄scriptionē habet cōscientiā [i] remordentē, aut nō : in primo casu dicam ei p̄cise,ꝙ restituat rem ; q̄a qui facit cōtra conscientiā etiā erroneā ędificat ad gehennā. 11.q. 3. cui est illata. ext. de simon. p turas. 2. In secundo casu , si dicat qđ creditor iuste possidere iuris auctoritate, nec habet conscientiā super hoc remordentem,vel etiā si habuit aliquo tpe, post cōpletā p̄scriptionem,consilio peritorū deposuit omnem scrupulositatē cōscientiæ, tunc consulerem ei,vt restitueret saltem ꝓp [k] ambiguū duplicitatis; & q̄a vix poterunt concurrere oīa,q̄ exiguntur ad p̄scriptionem. si nollet acquiescere,nō audeo sibi dare securitatē,ꝙ sit in statu saluandorum ꝓ iura pro prima parte inducta: non audeo etiā p̄cise definire eum teneri , vel esse ꝓp hoc in statu damnandorum ꝓ iura ꝓ secunda parte inducta, [l] præsertim cum sic videatur seruare ꝓ vniuersum orbem, quocumque se diffundit Ecclesia.

§. 34. Item quod consilium dabitur ei, qui ante cōpletā p̄scriptionem percipit illum, à quo emit, non fuisse dn̄m,nec habuisse ius vendendi,num quid amittet & rem, & pretium ? Ad hoc dicas,vel denunciet dn̄o,vt petat ab eo rem in iudicio,vel supponat aliquam personam , quæ petat nomine dn̄i,& ita per sn̄iam euincat ab eo res. ff.de neg.gest. at qui natura.§. cū me absente.prius tn̄,quam sit causæ [m] cōclusum,denunciet hoc venditori,scilicet,qđ res euincitur ab eo.ff. de euict. si rem.§.vlt.& postea,si nō fuerit [n] absens contumaciter tempore sn̄iæ promulgatæ , seu per iniuriam sn̄ia lata fuerit, poterit pretium repetere à venditore,alias nō posset.ff.de euict. si rē. ext.de emp. & vend.si venditori. non obstat ꝙ dicit illa l. si rem, ꝙ debet ei petenti noīe dn̄i obijcere exceptionē

[g] *Causa lucratiua*] vt pro donato, vel pro legato.

[h] *Non lucratiua.*] qn̄ habetur exceptione, vel exactione, vel huiusmodi.

[i] *Remordentem*] ꝙ nō possit rem præscriptam sine peccato mortali retinere.

[k] *Ambiguum*] ne scilicet cupiditas excusauerit eum.

[l] *Præsertim*] hoc verius credo: iure enim humano distinctæ sunt possessiones rerum, & res appropriatæ. 8. dist. quo iure. vnde cum ius possit facere, vt quod meū fuit, tuū sit per præscriptionē debitā, dn̄iū rei transfert de persona ad personam. vnde qui bona fide p̄scripsit aliquid,si cōpleta iam præscriptione incipiat habere conscientiā,quod illud fuit alienum aliquando, non debet habere cōscientiam, quod modo sit alienū, quia erronea esset conscientia ; quam tn̄ si deponere non potest, non superest aliud consiliū,nisi quod eam restituat illi , cuius fuit.

[m] *Conclusum*] ita ꝙ nihil superest,nisi sententia audienda.

[n] *Absens*] ille qui emit à non domino.

[o] *Si rem*] nō vī lex illa hoc dicere, aut tāgere aliquid de exceptione ꝓcuratoria,sed ꝙ hic dicit Magister,solet notari super illa lege.ff.de ne got. gest. at qui natura.§. cum me absente.

[p] *Pro-*

Digitized by Google

p procuratoriam, vel aliam similem, qa bene potest omittere exceptionem q dilatoriã iudicij, qualis est ista, licet non dilatoriam solutionis. ff. mand. si fideiussor. r & si mandauero. Item qualiter iurabit iste de calumnia, cum sciat se malà fide possidere? potest dici quod sub hac forma; iuro quod veni ad litigandum causa iuris mei conseruandi. ff. de bon. libertor. si quis libertum. & dico planius, põt confiteri simpliciter, quod res non est sua: nec præiudicabit sibi contra venditorem, quia f pudori suo tenetur parcere. ff. mand. quintus. de alie. iudic. mut. causa fact. t item si res.

§. 35. u Iudices ferunt aliquãdo iniquã sententiam dolo malo, aliquando per imprudentiam; in primo casu, siue timore, siue x cupiditate, siue odio, siue amore, siue alia aliqua causa iniquam tulerint sententiam, tenentur pręcise ad omne interesse illi, qui ex tali sententia læsus est; nisi forte possent inducere illum, pro quo tulerunt sententiam, ad plenariã restitutionem faciendam ei, qui fuit læsus. C. de pœna Iudi. qui male iud. l. vlt. 11. q. 3. quatuor. & scdm leges multas alias pęnas debet sustinere. debet etiam præter restitutionem imponi pœnitentia, tanquã pro grauissimo crimine. 11. q. 3. quicũque. & vnicuique. In secundo casu, scilicet, cum per imprudentiam, tenetur scdm leges læso, in quantũ bonũ, & equũ. videbitur religioni iudicantis. ff. de extraor. cogn. l. vlt. In iudicio tñ animæ, credo idẽ, quod in primo casu, scilicet, q teneatur ad restitutionẽ: in culpa em fuit cum sciuit, vel scire debuit se insufficientem, & tamen iudicare talem causam y præsumpsit. & idem, si erat sufficiens quo ad scientiam, si voluisset libros reuoluere, & studere; sed quia fuit negligens, & noluit studere, quem debuit cõdemnare, absoluit, & econuerso: & procedas hic secundum z distinctionem, quam posui supra de homic. §. species. vers. caue. & cum aliquis. & §. qd de physicis. mitius tamen est agendum a cum isto, quam cum illo, qui dolo fecit.

p *Procuratoriã*] dicendo qd non est procurator.

q *Dilatoriam*] dilatoria iudicij est, per quã impeditur quis, ne audiatur in iudicio, vt exceptio, qua excipit contra aliquem, qui gerit se pro procuratore, qui nõ habet mandatũ; & exceptio excommunicationis contra excõmunicatum, vel exceptio suspensionis, vel infamiæ contra Iudicem, & hmõi. Dilatoria solutionis est, p quã retardatur solutio pecuniæ, quã quis confitetur in iudicio se debere, sed dicit q non debet vsque ad annum, vel biennium.

r *Si mandauero.*] quidam habent pro §.

f *Pudori suo.*] quod non faceret, si sciens verum negaret.

t *Item si res.*] §. vlt. vbi dicitur, quod eius factũ nõ improbat p̃tor, qui tanti habuerit re carere, ne pp eam sæpius litigaret; non enim verecunda eius cogitatio vituperanda est, qui litem execratur.

u *Iudices*] Responsio ad decimam quæstionẽ.

x *Cupiditate*] nota versus.

Quatuor ista, timor, odium, dilectio, census.

Sæpe solent hominũ rectos peruertere sensus.

y *Præsumpsit*] durum videtur q dicit Magister quãtum ad delegatos iudices, ad minus, q bus delegantur cãę à Papa scienter, pro eo quod sunt boni viri, licet iuris ignari. non credo quod isti teneantur, si ferant iniquam sentẽtiam; dum tñ hoc faciãt bona fide de consilio peritorum; alias tenerẽtur, si in inquirendo consilio fuerint negligentes, aut culpabiles: dic ergo, qd Magister facit vim in hoc verbo, præsumpsit.

z *Distinctionem*] vtrum scilicet, omiserit aliquid de contingentibus, necne, & vtrum intenderit operi licito, necne.

a *Cum isto*] qui fuit negligens.

b *Duo-*

Quid

Digitized by Google

§. 36. Quid si accepit iudex pecuniam vt ferret sniam ? distingue, aut recepit pecuniam, vt iudicaret inique, aut vt iudicaret bñ, aut simpliciter, vt iudicaret: in primo casu, si tulit sniam inique, tenetur, vt dictũ est, supra in illo, qui dolo malo: sed pecuniam male acceptam, siue tulerit sniam iniquam, siue iustam, siue nullam, tenetur indistincte restituere, nõ ei, qui dedit, cum turpiter dederit, sed ei, in cuius iniuriam recepit. 1.q.1. iubemus: & arg. 17. q.4. si quis in atrio. ff. de calumniat. & generaliter. §. illud. In alijs [c] duobus casibus similiter tenetur restituere, quia cum ex officio suo teneret iudicare, & bene, & gratis, turpiter accepit, & crimen [d] cõcussionis cõmisit. & idem dico, si acceperit pecuniam, vt iudicaret, cũ non deberet iudicare, vel vt male iudicaret. 1.q.1. [e] iubemus. ext. de simon. nemo. & Aug. 11.q.3. non licet iudici vendere [f] iustũ iudicium. Sed cui restituet licet quidam aliter dixerint, dico q̃ illi qui dedit, si bona intẽtione dedit, scilicet, vt ius, & quietem sibi conseruaret. 14. q. 5. [g] nõ sane. ext. de simon. dilectus. 1. si dedit, vt animũ iudicis sibi sub specie recti inclinaret, & ita indirecte, ac tacite intendebat ipsum corrũpere, nõ illi, sed pauperib⁹, & illi in cuius iniuriã data fuit iuxta arbitriũ eccleſiæ [g] restituẽda est pecunia. vt in p̃alleg. c. non sane. & dixi supra in eo, q̃ dedit, vt inique iudicaret. Item q̃d si nullo modo voluit ferre sniam Iudex, & pp̃ hoc pauper aliquis, vel alius amittit ius suũ ? dico q̃ tenetur Iudex, & facit litem suã, id est, debet restituere litis æstimationẽ ei, qui ꝓpter eius negligentiam læsus est. 23.q.2. dñs. & q.5. administratores. auth. vt differentes Iudices. §. pen.

§. 37. Item numquid Iudices possunt aliquid recipere à partibus ? Ad hoc dico, quod ordinarij iudices non debent petere, et expensas, cum pp̃ iustitiam tenendã suas habeãt dignitates, & redditus assignatos; ad istos em extenditur verbum Io. Bapt. in Lucæ 3. neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & cõtenti estote stipendijs vestris. ibi gloſant Ambrosius, & Augustinus. ne, dum sumptus quæritur, prædo grassetur. dist. 86. non satis. 23.q.1. militare. moderate tñ xenia sponte oblata potest recipere. ff. de offic. proconsul. [h] solet. dist. 18. de eulogijs. non tamen credo, quod à litigatoribus debeat recipere, etiam sponte oblata, pp̃ suspicionem vitandam, nisi consideratis cirunstantijs, quas dixi supra de simon. §. porro.

Ambro. lib. 1. de offic. c. 30. Aug. de verbis Domini tractatu ser. 19.

[b] *Duobus casibus*] qñ accepit pecuniã, vt iudicaret bñ, vel simpliciter, vt iudicaret.

[c] *Concussionis*] crimẽ cõcusionis est, cũ qs in officio cõstitut⁹ extorquet aliquid p̃ metum à subditis; aut cũ non vult facere ad qd̃ tenet, nisi data sibi pecunia; aut cũ aliquis officialis, aut miles vltra sibi cõstituta stipendia extorquet: vñ Io. Baptista dixit militibus: Estote cõtenti stipẽdijs vestris neminẽ cõcutientes: vel cũ accusator ab accusatiõe desistit pp̃ pecuniã, vt infra eod. §. accusatores. vers. item si aliquis.

[d] *Iubemus*] melius hr̃ hoc. 1.q.1. lege Iulia repetundarum tenentur &c.

[e] *Iustum iudicium*] sequit: & si liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & iuriscõsulto rectũ consilium.

[f] *Nõ sane*] ibi dr̃ ille tñ solet male sibi ablatã pecuniã repetere, q̃ iustũ iudiciũ emit; qm̃ venale esse nõ debuit: & loquitur de illo, qui emit iustam sententiam.

[g] *Restituenda*] si de hoc cõstet in foro causarũ; si autem in foro pœnitentiali, forte magis est cõsilium, quam necessitas.

[h] *Solet*] ibi dr̃: à nemine accipere inhumanum est, passim vilissimum, per omnia auarissimũ.

[i] *Po-*

Digitized by Google

Iudex vero delegatus. [i] pōt petere expensas moderatas, & nihil vltra. ext. de vit. & hon. cleri. cum ab omni. 12. q. 2. charitatem. [k] Nemo em̄ cogitur suis stipendiis militare. Satis etiā vr̄ mihi, ꝙ si non est ipse sufficiens, pōt aliqua petere nomine Assessorū; dum tn̄ nullam partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudem; & sic intelligo finem illi⁹ decret. cum ab omni.

§. 38. [l] Officiales autem indistincte, si dolo induxerunt Iudicem ad male iudicandum, tenentur scd̄m distinctionem, quā ℞. supra eo. §. qui sequunt̄ raptores. circa princ. Si vero Iudex ꝑ imprudentiā Assessoris male iudicauit, erit [m] excusat⁹, si simplex erat, & habuit bonā conscientiam, nec fuit in culpa eligēdo talem Assessorem, quia bonus, & sufficiens cōiter credebatur; in maiori enim culpa fuit hic Assessor, quā Iudex, q̄a Assessor præcipue eligitur ꝑꝑ scientiā, sed non sic in Iudice, multi em̄ illiterati, & simplices habēt iurisdictionē, & iuste: & ideo p̄cise tenebit̄ Assessor ei, q̄ læsus est. ff. qd̄ q̄sq; iur. l. 2. Si aūt officiales, q̄cūq; sint, habent certos redditus sibi assignatos, non licet eis aliquid à litigantibus, vel ēt ab alijs subditis extorquere, vt supradictū est de iudice ordinario: sed si nō habēt certū [n] stipendiū sibi assignatum, dicit Aug. qd̄ inferiores officiales, vt [o] Sagi, siue Missi, & similes, si extorserint, non tn̄ per vim, vel immoderatā improbitatem, modicum tn̄, id est, obolum, vel denariū scd̄m morem terræ, [p] reprehendunt̄, non tn̄ tenentur ad restitutionem, & poterunt inde facere eleemosynam. verba aūt Augustini sunt hæc: Sunt q̄dam ꝑsonæ inferioris loci, q̄ ab vtraq; parte, non [q] insolenter accipiunt, sicut [r] officiales. ab his extorta per immoderatā improbitatem repeti [s] solent; magisq; reprehendim⁹ q̄ talia inusitate repetierunt, q̄ qui ea de more sumpserunt. & subiungit postea: Facilius ea, q̄ hoc modo acquisierūt, tanquā sua, pauperibus largiunt̄, quam eis, à quibus accepta sunt, tanquā aliena restituant. 14. q. 5. nō sane.

§. 39. Circa Aduocatos in iudicio aīæ q̄tuor sunt principaliter attendenda, scilicet ꝑsona, cā, mod⁹ aduocādi, & salariū. Persona, vt nō sit hæreticus, vel excōicatus, vel pagan⁹. 4. q. 1. c. 1. ext. de hæret. vergentis. de pæn. dist. 1. nemo, vel in foro. vbi ēt habes, q̄ peccat Iudex, & puniri dt̄, q̄scienter tales admittit. Item q̄ non sit monachus, & regularis, vel alia religiosa persona; tales enim peccant aduocando, nisi pro monasterio de mandato prælati sui hoc faciant. 16. q. 1. monachi. ext. de po-

[i] *Potest petere*] qn̄ pauper est, vel quādo oportet eum longe equitare ꝑ examinatione causæ.

[k] *Nemo enim*] 1. ad Cor. 9.

[l] *Officiales*] cōprehendit assessores, citatores, & executores.

[m] *Excusatus*] nō enim semper tenetur Iudex, qn̄ per imprudentiam iudicat, qd̄ videtur Magister dicere supra eod. §. iudices.

[n] *Stipendium*] vel redditum.

[o] *Sagi siue missi*] nomina sunt officialium appellatiua secūdum vulgare alicuius regionis; q̄a nō recolo quod sagi sit verbum iuris.

[p] *Reprehenduntur*] solummodo de improbitate, non de accepto, ex quo non accipiunt, nisi modicum, & qd̄ consuetum est: si em̄ vel contra consuetudinem, vel multum acciperēt, essent in culpa de recepto. quid tn̄ modicū, vel magnum sit iudicandū, quo ad hoc arbitrio boni viri limitandum est.

[q] *Insolenter*] id est non insolite, nec contra morem.

[r] *Officiales*] bedelli scilicet, qui non habent iurisdictionē, sed tantum exequūtur mandata Iudicum.

[s] *Solent*] de facto, non de iure.

[t] *Il-*

Aug. ad Macedoniū. epist. 54.

de postul. ex parte. Itē quod non sit clericus in sacris ordinibus cōstitutus, vel etiā in minoribus, dum tñ sit beneficiatus; talibus em̄ prohibita est aduocatio coram Iudice seculari, nisi in casu ꝓprio, vel pro ecclesia sua, vel pro coniunctis, aut miserabilibus ꝑsonis, quæ proprias causas administrare non pñt. ext. de postul. clerici. & cum sacerdotis. quā ℞. infra inter nouas const. Sed numquid coram iudice ecclesiastico poterunt aduocare? dicunt quidā quod sic. argu. à contrario sensu [t] illius decret. clerici. & ego satis admitto, nisi de cónsilio velint cessare, exceptis Ep̄is, & etiam sacerdotibus, quibus videtur simpliciter, nisi in prædictis casibus, interdictum. 14. q. 5. denique. dist. 88. perlatum, & expressius in illa decret. cum sacerdotis. Intelligo etiam in casibus supra concessis, quod per hoc diuinum officiū, cui tenentur interesse, non impediatur. arg. dist. 91. clericus. 1. [u] Item qđ nō sit Iudex, vel assessor in causa illa, in qua vult esse Aduocat⁹, q̄a [x] duo officia in eadem cā ꝓhibitus est exercere. 4. q. 4. c. 1. & 2. Sunt etiā [y] aliæ ꝑsonæ ꝓhibitæ, quas habes. 3. q. 7. §. tria. sed illæ p̄nominatæ specialius ad iudicium aīę pertinent. Item clericus nō assumat cām [z] pro extraneis cōtra Ecclesiā, à qua obtinet bñficiū, cōtra quā si Aduocat⁹ vel Procurator esse p̄sumit, tanquā ingrat⁹ p̄t, maxime si clericus sit eiusdem ecclesiæ, beneficio hmōi spoliari. ext. de postul. cum sacerdotis. §. clericus aūt. ne scilicet assumat cām iniustā, vel desperatā; & si accepit ab initio ignorāter, & in ꝓcessu iudicij cognoscit cām talem, debet eā relinquere. ff. de iudic. rem non nouam. Modus, vt non ꝓducat falsa instr̄a, nec testes falsos, vel corruptos, nec mentiat', nec leges falsas, vel alias iuris, vel facti ꝓbationes inducat, nec dilationes nō necessarias in grauamen partiū q̄rat. Itē q̄ fideliter inquantū iustitia ꝑmittit cām sui clientuli foueat, nihil de cōtingentib⁹ omittendo. 3. q. 7. §. si q̄s aūt ex litigātibus. & arg. ext. de test. intimauit. C. de iud. ꝓperandū. §. illo procul dubio. 3. q. 4. c. 1. & 2. & in [a] proœmio vers. in patrocinio fidelis. Itē nō ꝓcaciter, vel dicendo cōuicia, vel vociferando aduocet; q̄a ꝑ hoc impedit' ꝓcessus iustitiæ, dicente propheta Isaia. 32. erit cult⁹ iustitiæ silentiū. & Salom. Prou. 22. cōtra tales: eijce đrisorē, & exhibit

[t] *Illius decret.*] quia ibi dr̄, qđ coram seculari iudice in negotijs secularibus Aduocati fieri non præsumant.

[u] *Item quod.*] attēdi debet circa personā Aduocati.

[x] *Duo officia.*] lex reddit cām huius sic, nedum ad vtrūque festinat, neutrū bene peragat, & infra; neque enim credendū est facile duobus necessariis rebus vnum sufficere.

[y] *Aliæ personæ*] vnde versus:

Non cuicūque datur, vt postulet, immo vetatur:
Addictus pœnæ, surdus puer, actor arenæ,
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

addictus pœnæ est, qui capitali crimine, vel calumnia publici Iudicis dānatur, vt dr̄ in illo §. tria. Actor arenę est, qui ꝓ pecunia pugnat cū bestia dentata efferata. puerū intellige vsque ad 18. annum.

[z] *Pro extraneis*] nūquid reputabitur Ep̄s extraneus respectu capituli, aut capitulū respectu Ep̄i; aut vnus de canonicis respectu Ep̄i, vel capituli regulariter, cū pę æ sint restrindæ, non ampliandæ, credo quod non, & hoc quādo litigatur de iure, qđ isti, vel illi habent inquantū sunt canonici, vel Ep̄s illius ecclesiæ; secus forte si vn⁹ de canonicis ageret cōtra capitulū, vel Ep̄m petendo aliquid iure hæreditario, vel alius canonic⁹ eius esset procurator in cā illa, vel Aduocatus pro eo.

[a] *Proœmio*] ꝓœmiū est illud in decretalibus, quæ solent incipere, iuste iudicate.

Hoc proœmiū est in prima cōpilatiōe antiqua decretalium.

[b] Pro-

cũ eo iurgiũ. 5.q.4. in loco. 3.q.7.si qs adeo procax fuerit. Salarium, scilicet, vt moderatum petat, seu ab initio, cum facit pactum, siue ex post facto, si ab initio non fuit determinatum, quantum esset. Attenditur autem hoc moderamen salarij circa quatuor. primũ, quantitas causę: secundum, labor aduocationis: tertium, scientia, facũdia, & honestas aduocantis: quartum consuetudo regionis. Iuxta istorum quatuor consideratioñem maius, vel minus potest, & debet taxari. 3.q.7. §. apud vrbem. & arg. 12.q.2. Vulteranæ. & concesso. ext. de præbend. de multa. vers. circa sublimes, & literatas personas, &c. ille enim gradu cæteros antecedit, quem labor [b] prolixior, & stipendia longiora fecerint anteire. dist. 61. [c] miramur. & facit optime ad hoc. ff. de var. & extraor. cogn. l. 1. §. in honorarijs. Caueat etiam ante omnia Aduocatus, ne petat emolumentum, vel salarium cum graui damno litigatoris. 3.q.7. §. arcentur. Item ex quo causa est incepta, nullum faciat pactum cum litigatore, quem in propriam recepit fidẽ, qa posset esse occasio magni [d] periculi. 3.q.7. §. p̃terea nõ licet. Hoc etiã ĩtrepide teneas, q; adhibitis circunstantijs supradictis licite põt, & sine peccato petere salariũ: vñ Aug. *Aug. ad Macedonium epis. 53.* Non licet iudici vendere iustum iudicium, etsi liceat aduocato iustũ patrocinium, & iurisconsulto rectũ consilium 11.q.3. nõ licet. dignus est em̃ operarius mercede sua. Luc. 10. Nec tenetur aliquis suis stipendijs militare. 1. Cor. 9. Quod aũt dicit Aug. quod *Aug. de verbis Domini serm. 35.* iurisc̃onsulto licet vendere rectum cõsilium, intellige, qñ laborat ibi voluendo libros, & studendo, & respiciendo acta, & disputando forte cum alijs peritis: alias vbi sine labore posset rñdere, credo quod nihil deberet recipere: immo q; gratis accepit à Deo, gratis debet dare p̃ eo, iuxta illud Matt. 10. gratis accepistis, gratis date. Itẽ p̃ miserabilibus p̃sonis, quæ pp̃ defectum. Aduocati, quem non p̃nt conducere, amittunt causas, & grauantur iniuste, intelligo quod teneatur aduocare, & de sua scietia eleemosynam dare. 11. q. 3. pauper, dum non̄ habet. [e] quid offerat. ad instar Medici, qui tenetur gratis de medicina sua curam, & consilium impendere pauperi infirmo. Symmachus Papa: non est grãdis differentia an lethum inferas, vel [f] admittas: mortem enim languentibus probatur infligere, q; hanc cum possit non excludit. 83. dist. in princ. Tenetur autem Aduocatus ad restitutionem omnium, quæ illi, contra quos præstabat patrocinium, propter ipsius pertinaciam iniuste amiserunt. & teneur etiam Illis, quibus præstitit patrocinium, si propter suam infidelitatem, vel negligentiã, vel

[b] *Prolixior*] C. de tyronib⁹ l. 3. lib. 12. tyrones in scholis semper loco posteriore ponantur. nec em̃ patimur quemquã gradũ celsum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur.

[c] *Miramur*] ibi dr̃ quod pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis, celsioris rei, vel loci præmium debetur.

[d] *Periculi*] qa qñ vident cãm in periculo, cogitur clietulus su⁹ inire pactum cũ eo, & dare ei salarium ad libitum.

[e] *Quid offerat.*] sequitur, non solum audiri contemnitur, sed & contra veritatẽ opprimitur; cito violatur auro iustitia, nullamq; reus pertimescit culpã, quam redimere nummis existimat.

[f] *Admittas*] id est inferri patiaris.

[g] *Im-*

vel [g] imprudentiam amiserunt causam. tenetur etiam, si extorsit salarium, vnde non debuit extorquere; vel si vltra quam debuit habere extorsit: alias si absque fraude, & dolo ipsius aliqua essent sponte oblata a suo clientulo, si accipiat, non dico eum teneri ad restitutionem: & idem dico de iurisconsulto. 14.q.5. non sane. in fine. & q.6. si res. & potes inducere ad hoc per simile quod habes. sup. eod. §. Iudices.

§. 40. Testis debet esse communis persona, sicut & iudex, & pro vtraque parte dicere debet puram, & meram veritatem, quam scit de facto, super quo inducitur, nō adiecta aliqua falsitate. 3.q.9. hortamur. 4.q.4. nullus. 14.q.5. non sane. item nihil debet recipere pro testimonio ferendo: nā sicut sententia nō debet esse venalis, ita nec testimonium. Augustinus. cum iudicia, & testimonia, quæ nec iusta, nec vera sunt vendenda, iniqua, & falsa venduntur, multo [h] sceleratius vtique pecunia sumitur, quia scelerate etiam, quamuis a volentibus, datur 14. q. 5. non sane. Expensas tamen potest recipere ab illo, qui eum produxit. 4. q. 3. §. venturis. Item vbi videt proximum rem suā amittere propter defectum ꝓbationis, quasi necessitate cogē te, debet tunc ferre testimonium veritati; alias peccat. Augustinus. quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quam Deum. & post pauca: Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui dicit mendacium, & quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11.q.3. quisquis. immo in tali casu etiam priuilegiatæ personæ, vt sacerdotes, [i] cogendi sunt testimonium veritati perhibere. 14.q.2. quamquam. & hoc intelligas, si talis sit causa, in qua liceat ei ferre testimonium; non enim liceret in causa sanguinis, vt supra de homicid. §. pœna homicidij. Præter istum casum sunt [k] alij sex casus, in quibus debet etiam sacerdos, vel clericus iurare, nedum laicus. videlicet pro recta fide, pro obedientia, pro pace, pro indemnitate ecclesiæ, & [l] cum absoluitur ab excommunicatione, & cum infamatus debet se purgare. probantur hæc ext. de elect. significasti. vltra medium. 28. dist. de syracusanæ. ext. de offic. ord. ad reprimendam. 2.q.2. presbyter. 1. & 2.

Aug. ad Casulanū.

[g] *Imprudentiā*] hoc intelligo, qñ iactabat se prudentem, alias non. Quare non est peccatū aduocato, committere se discrimini iuuando vnum in præiudicium alterius, quādo dubitat, vtrum clientulus suus dicat ei verum de meritis causæ suæ; cum dicat Ambrosius: Quod si non potest alteri subueniri, nisi alter lædatur cō modius est neutrū iuuari, quā grauari alterū. 14.q.5. denique. cum etiam qui subditus non est illius, de quo dubitat, vtrum iustū moueat bellum, non debeat se committere discrimini iuuādo eū? R. aliud est ī bello, aliud in foro causarū: in bello enim verberibus vtūtur bellantes, nō iure; sed in causis iure vtuntur litigantes, & sub iudice, qui causam examinat.

[h] *Sceleratius.*] quando vel iusta venduntur; vel sceleratius, quādo ab inuitis extorquetur,

[i] *Cogendi*] in odiosis tamē exceptionibus, vel in criminibus non consueuerunt testes compelli passim, licet quandoque compellantur, vt in inquisitionibus.

[k] *Alij sex.*] vnde versus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Defectus veri cogunt sibi magna fateri.

id est, magnas personas, & magnos iurare.

[l] *Cum absoluitur*] casus iste non continetur in versibus prædictis.

[m] *De-*

Digitized by Google

& 2. tenetur autem testis ad restitutionem omnium, quæ per suũ falsum testimonium proximus eius amisit, vt in sæpe præall. capitulis. non sane. & si res aliena. & 2. q. 1. notum. & arg. 3. q. 9. nihilominus. Si vero accepit testis pecuniam pro testimonio ferendo, turpiter accepit; & credo eum teneri ad restitutionem. si queras cui debeat fieri restitutio, distingue, vt distinxi in Iudice supra eo. §. Iudices. & §. quid si accepit.

§. 41. Accusatores dicuntur large, nõ solum, qui accusant alium de crimine ad pœnam canonicam, vel legalem, sed etiam q denunciant crimen alterius ad pœnitentiã agendam. item [m] detractores, & similes. primi, & secundi, id est accusatores, & denunciatores debent procedere ex charitate, scilicet vt accusati corrigantur, & cæteri terreantur, & siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23. q. 5. prodest. & tales, qui sic procedunt, non debent se iudicare maleuolos, sed beneuolos, & amicos. 2. q. 5. [n] non vos iudicetis esse maleuolos, &c. & duobus cap. sequentibus. Item vtrique caueant sibi, ne publicent crimen, nisi probationes paratas habeant, alias enim non essent correctores, sed proditores. 2. q. 1. si peccauerit. 5. q. 1. c. 2. secretorum enim solus Deus est iudex, & cognitor. 32. dist. erubescant. & præter pœnitentiam est [o] grauis pœna instituta contra tales. 46. dist. accusatores [p] fratrum. possunt tamen dicere, si est occultum [q] talibus personis in secreto, quæ possint prodesse, & non obesse, & etiam, si possint probare, debent admonitionem charitatiuam [r] præmittere iuxta illud: si peccauerit in te frater tuus, &c. ℟. de duplici denunciatione supra de iuramento. §. quid si audit. Item si aliquis accusator accepit pecuniam ob accusandum, vel non accusandum, crimen [s] concussionis commisit, & tenetur ad restitutionem faciendam ei, qui dedit, si non turpiter dedit; alias [t] ei, in cuius iniuriam data fuit. 1. q. 1. iubemus. & ℟. per simile supra. eod. §. Iudices. & §. quid si accepit Iudex pecuniam.

§. 42. Tertij autem, id est detractores, & infamatores dicuntur, qui vitam, & bonos mores proximorum, & prælatorum nituntur corrumpere, vel minuere, quod faciunt interdum confingendo, & publicando crimen aliquod contra alium, vel etiam occultum alterius crimen prodendo, & manifestando: fit etiam hoc quandoque verbis, siue planis, siue [u] artificiosis, siue cantilenis; quandoque nutibus, & signis; quandoque etiam scriptis, quæ appellantur libelli famosi,

[m] *Detractores.*] dicuntur accusatores large sumpto vocabulo.

[n] *Non vos*] sumptum est de regula B. Augustini Episcopi.

[o] *Grauis pœna*] scilicet excommunicatio, qua nulla maior in Ecclesia Dei, vt dicitur. 24. q. 3. corripiantur.

[p] *Fratrum.*] Sequitur, excommunicet Episcopus, qui non pbanda fratribus obijciunt.

[q] *Talibus personis.*] patri, vel matri, aut amico, vel alicui bono viro, qui oret pro eo, vel moneat eũ ad correctionem.

[r] *Præmittere.*] alioquin nõ audiantur in causa denunciationis.

[s] *Concussionis*] de hoc dic vt supra. eod. §. quid si accepit.

[t] *Ei in cuius.*] hoc verum est, quando agitur in foro causarũ, secus forte in foro pœnitentiali, vt alibi notauimus.

[u] *Artificiosis,*] id est artificiose excogitatis.

[x] *Com-*

Digitized by Google

mosi, vt cum aliquis scribit cartam in iniuriam, & infamiam alterius, & proijcit eã occulte in ecclesia, vel platea, vel domo; vt ea inuenta, & lecta, alius infametur: isti omnes peccant mortaliter, & contra hos loquitur Apostolus ad Rom. 1. dicens, Susurrones, & detractores Deo odibiles, Isaias. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, &c. 11. q. 3. væ qui dicitis, & si quis dixerit. & si quis hominem. Item deteriores sunt isti raptoribus; quia illi rapiũt corporalem substantiam, quæ extra nos est, isti famam, & quantum in eis est animam, quæ infra nos est. 6. q. 1. deteriores, & summa iniquitas. 37. dist. legant. vers. mimorum turpia scripta cantare. ff. de iniur. item apud labeonem. §. generaliter. Item contra confectores talium libellorum, nec non & contra illos, qui inueniunt tales libellos, & non statim [x] comburunt, sed dolose manifestãt, [y] pœnæ grauissimæ sunt, institutæ, tam secundum leges, quam secũdum canones, quas Bz. plene. 5. q. 1. qui in alterius. & quidam. & si quis famosum. In pœnitentia autem dico, quod tenentur [z] ad restitutionem iuxta dist. quam Bz. supra eod. §. qui sequuntur. tenentur etiam ad restitutionem famæ, si forte alius est propter hoc infamatus; quod fiet hoc modo: vbi publice dixit verbum, vel cantilenam per se, vel per alium; vel etiam vbi proiecit libellum famosum, nec non & in alijs locis, vbi intelligat illum, contra quem hæc acta sunt infamatum occasione sui dicti, vel facti, vel signi, publice similiter [a] recognoscat errorem suum, & culpam, & pro posse remoueat, vel saltem alleuiet sic infamiam. tenetur etiam componere secum de iniuria, & humiliter nihilominus veniam [b] postulare. Probantur hæc. 14. q. 5. si res. 5. q. 1. quidam. & euangelium. si offers munus tuum ante altare, &c.

[u] *Qui emunt*] vbi emuntur aliqui prouentus, vel redditus ad vitam venditoris, seruatis circunstantijs, de quibus loquitur hic Magister, tolerabilis ē hmõi emptio, quia nõ est periculum, ꝙ alter desideret mortē alterius: sed vbi emitur ad vitā emētis, non est tuta, neq; ne venditor desideret mortem emptoris: ideo enim inhibita ē promissio præbendæ, vel beneficij non vacantis, & pactum de futura successione in hereditate testatoris: pactū, dico, factū dum adhuc vivit; non tñ pēsse dico mortale esse peccatū efficere, vel vendere ad vitā ementis, ꝙa non inuenitur inhibitum, vbi seruantur debitæ circunstantiæ. Quid de illis, qui emunt oues, & boues a pauperibus, quas forte non habent? R. vbi emit quis a paupere, vel etiam a diuite huiusmodi animalia, quæ scit, vel credit ipsum nõ habere, & quasi iam tradidisset ei, & locat ei pro certa annua pēsione, vsura est, vel ad minus præsumendū est in fraudem vsurarū fieri. idem credo de illis, qui scienter emunt fructus terrarū ab illis, qui eas non habent. si autem sine fraude, & bona fide fiat hmõi emptio, non credo emptorē peccare, quādiu durat bona fides. Quid de illis, qui emunt equos certos reddendos a venditore in certis nundinis, emunt inquam minori pretio, quā valeāt tempore contractus? R. vsura est, nisi verisimiliter dubitetur equos illos tpe solutionis pl', vel minus valituros; fietq; dictum est supra in quibusdam casibus, & nisi sciatur, aut probabiliter credatur, quod tantundē valituri sint, vel minus. Quid de illis, qui agrū statim seminatū, vel verius fructus illius anni emunt certo pretio? R. non est vsura ex forma contractus; sed in fraudem vsurarum præsumendum est fieri, vbi probabiliter dubitatur fructus percipiendos plus, vel minus valituros in messe, quā emptor emerit; vel nisi credatur, aut sciatur non plus esse valituros. Quid de illis, qui credūt boues ad mediationē, siue ad meisam, vel meolin, vulgariter, ꝙ certis sextarijs bladi, eo pacto, quod si moriantur, vel deteriorētur, conductor subeat medietatem periculi; si autem meliorentur, habeat medietatē cōmodi. R. reuera licet locare boues, sicut equos, vel ad diem, vel ad annum, dum tñ conductor nõ grauetur immoderate i mercede. pactū aūt de cōicando dāno, & commodo rei locatæ iniquum est, & ex par

conſeruetur æqualitas inter eos, ita quod ex huiuſmodi pacto non videatur eſſe deterior, vel melior vnius, vel alterius conditio. Item locatio poteſt eſſe, vel conductio tantum, vt ſi quis habens viginti capita, tradit ea alicui cu ſtodienda, & paſcenda ſub certa mercede pecuniæ, vel participatione prouentuũ gregis: in quo, ſi dñs retinet ſibi periculum illorum capitum, nec alias in pactis, & conuentionibus grauet conductorẽ, licitus eſt contractus. Item poteſt concurrere contractus mutui, & ſocietatis, vt cum quis habens viginti capita, tradit ea æſtimata alicui, puta pro viginti ſolidis, ita, ꝙ teneatur ei reddere medietatẽ ſortis, ſcilicet decem ſolidos, quidquid cõtingat poſtmodum de ouibus; & tũc perinde eſt, ac ſi creditor dediſſet ei mutuo x. ſolidos, ex qb⁹, cõparatis decẽ capitib⁹, cõtraxiſſet ſocietatem cum creditore habente alia decem, ita quod ſint communia, & ipſi ſocij ſint in periculo, & prouentibus. in quo caſu, ſi contemplatione mutui grauet creditor debitorem in contractu ſocietatis, vſura eſt: & in hoc caſu procedendum eſt, ſicut dictum eſt in proximo caſu contractæ ſocietatis. Illud autem valde iniquum eſt, cum quis capita ouiũ certa tradit æſtimata certo pretio, & ſub eo pacto contrahit ſocietatem, quod totã de ꝓuentibus recipiat ſortem, antequam alius aliquid inde percipiat; vel ſi paciſcatur quod de fœtibus reparentur capita caſu mortua, antequam alius aliquid de prouentibus percipiat; hoc eſt enim quaſi tradere oues immortales. Et generaliter verum eſt, quod vbi probabiliter dubitatur, vtrum iſtius, vel illius deterior ſit conditio in forma conuentionis, ſiue pacti adhibiti in contracta ſocietate, non eſt peccatum; vbi autem ad arbitrium boni viri grauatur alterius conditio, peccatum eſt ex parte grauantis, ſi ſcienter hoc facit, & tenetur ad reſtitutionẽ: nõ põt tñ dari generalis doctrina ſuper hmõi traditionib⁹ ouium, ꝓp varietatem traditionum, & dolos, qui ſuper talibus excogitantur à quibuſdã.

in fin. caute tamen, & diſcrete, ne decipiaris pro poſſe. Si tamen in tali venditione monaſterium eſſet [e] enormiter, vel manifeſte deceptum, licet fuerit pura venditio, & recta intentio, nec fuerit dolus adhibitus, & ideo excuſetur ab vſura, tamen [f] debet remouere deceptionem, vel ſupplendo iuſtum p̃tium, vel reſtituendo rem, pretio, quod numerauit, ſibi reddito. ext. de empt. & vend. cum dilecti. Fiet autem æſtimatio deceptionis, nõ ſecundum tempus præſens, in quo forte res multum meliorata eſt, præſertim ſi per induſtriam [g] emptoris, ſed ſecundum tempus, in quo venditio facta fuit. ext. de emp. & vendit. cum cauſa. Item non tenetur fructus, quos percepit medio tempore cõputare in pretio, excuſatur enim ꝓpter bonam fidem, & iuſtum titulum, & laborẽ, & ſimilia. ext. de reb. eccl. alien. vel non. ad noſtram. 12. q. 2. Vulterranæ. ext. de reſtit. in integr. requiſiuit.

§. 9. De quibuſdã autem, qui tempore meſsis, vel vindemiæ [h] emunt annonam, vel vinum vilius, vt poſtea vendant carius, dico quod [i] peccant, & turpe lucrum eſt.

Enormiter] quamuis nõ vltra medietatem iuſti pretij. in quo caſu, non ſolũ Eccleſia, ſed etiam priuatus poteſt agere ad reſcindendã venditionem, vel ad ſupplementũ iuſti pretij faciendum ab emptore; ita tñ quod in optione emptoris ſit, vtrum illorum faciat.

[f] *Debet remouere*] ille, q̃ decepit. hoc idẽ etiã credo in priuata ꝑſona ſeruandũ; & ſi nõ iure fori, tñ iure poli, cũ manifeſte, vl̃ enormiter aliũ decepit, maxime ſimplicẽ, licet citra mediũ p̃tij iuſti decipiat. ſi tñ nollet aliquid reſtituere ſic decepto, non eſſet ꝓp hoc neganda ei abſolutio; cum iura ciuilia ſuſtineant, quod ſeſe inuicem in re ipſa decipiant contrahentes; dum tñ hoc ſine dolo, & fraude faciant.

[g] *Emptoris*] ſupple meliorata eſt.

[h] *Emunt*] non diſtinguit Magiſter, vtrum ex cupiditate, nec ne, ſed nimis dura eſt eius ſententia, ſi indiſtincte intelligatur.

[i] *Peccant*] ſiue ſint clerici, ſiue laici; & eſt ẽt mortale peccatũ, qñ fit ex cupiditate: qñ autẽ laicus nõ ex cupiditate, ſed vt ꝓuideat ſibi, & ſuis, emit aliquid, vt poſtea carius vendat, ſiue annonã, ſiue aliud, nõ audeo dicere eſſe mortale. Clericus ẽt ſi rẽ aliquã emat, vt eã ꝓ ſuam induſtriã melioratã, vl̃ mutata forma vẽdat carius, quã emerit, vt ſi pullũ emat equinũ, & nutriat, vl̃ ſi tabulã emit, & inde faciat imaginẽ.

secus si aliquis propter [k] necessitatem emat, & postea non indiget, sicut credebat, hic potest licite vendere, prout venditur cõiter in foro, licet vẽdatur carius, quã emerit. 14.q. 4. quicũque. & canonũ. in hoc tñ grauius clerici peccãt, quã laici; neutros tñ dico teneri hic ad restitutionem faciendã certæ pſonæ, sed [l] debent erogare tale lucrũ in vsus pauperum. põt etiã emere, si timetur caristia in terra, & videt victualia extrahi de terra, dummodo carius nõ vendat, sed negens fame pereat, exẽplo [m] Ioseph; & crederem talem mereri multum. illos econtra credo tanquam nefandas belluas detestandos, q̃ ea intentione emunt aureos, vel alias monetas, vel res venales, & p̃cipue victualia, vt de talibus caristiã inducant. cõtra tales ℟. supra de rapt. §. de meretricibus. circa mediũ. Item q̃ annonã veterẽ mutuant, vt [n] recuperent nouã, vsurã cõmittũt, q̃a meliorem rem recuperare volunt. supra eod. §. sed nũquid.

§. 10. Quid de legibus, q̃ p̃mittũt vsuras exigi, nũquid tenent? Dico breuiter q̃ nõ, immo sunt oẽs abrogatę, q̃ probo auctoritate, rõne, & ciuili iure. Auctoritate psalmi. q̃ pecuniã suã nõ dedit ad vsurã, &c. ℟. de hoc supra eo. §. sed nũquid. Rõne duplici; vna, q̃a p̃hibitę sunt iure naturali, vt in auctoritatib[9] p̃missis; sed cõtra tale ius, nulla lex, nulla dispensatio põt admitti. dist. 8. q̃ cõtra mores. 32.q.7. flagitia. dist. 6. §. his itaque. dist. 13. §. 1. inst. de iure natur. gent. & ciu. §. sed naturalia. scđa rõ est, q̃a par in parẽ non habet imperium. ext. de elec. innotuit. multo minus minor in maiorem. 21. dist. inferior sedes. ergo Imperator terrę nõ potuit condere legem cõtra Imperatorem cæli. Iure ciuili, nam dicit Imperator, qđ sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones, specialiter in matrimonijs, & vsuris. auth. vt clerici apud proprios Episcopos conuen. coll. 6. & 2.q.3. §. hinc colligitur. ext. de noui oper. nunc. intelleximus. sed secundum canones non p̃nt exigi, ergo nec secundum leges. Item dicit Imperator se amplecti [n] quatuor Concilia vniuersalia adeo, vt per ea suis legibus derogetur. auth. de eccles. titul. circa prin. col. 9. sed in Niceno Concilio, quod est vnum de illis quatuor, reprobantur vsuræ. dist. 47. quoniam. ergo & secundum leges. Nec obstat 14.q.4. quid dicam. vers. sed non est quo Iudice repetantur, scilicet vsuræ, quia ibi respicit factum, & non ius. illæ tamen leges, quæ permittunt vsuras exigi ratione interesse, vel ratione moræ, bonę sunt, & approbandæ, si sane intelligantur, vt dixi supra eo. §. licet autem.

Com-

[k] *Necessitatem*] vt scilicet de illa annona, & vino viuat: idem credo de illo, q̃ emit annonã, vt vinũ cã negotiãdi, dum tñ nõ ex cupiditate hoc faciat, sed vt ex lucro moderato sibi puideat, maxime cum aliud genus negotiationis nõ nouit, nec alias habet vñ sustentetur.

[l] *Debent erogare*] de consilio hoc intelligo, nõ de necessitate.

[m] *Ioseph*] Gen. 41. qui nõ vt frumẽta carius vẽderet, sed vt populum à fame liberaret, multa congregauit frumenta, quæ tñ postea vendidit secundum communẽ formam.

[n] *Recuperẽt nouam*] istos non audeo condemnare, si ad hoc mutuãt, vt proximo subueniãt, dummodo non auferãt ei libertatem liberandi se interim soluendo veterem; vel si probabiliter dubitatur vtrum plus, vel minus valitura sit tempore solutionis: aliter verum est, quod Magister dicit.

[o] *Quatuor Cõcilia.*] Nicenum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonium.

[p] *Su-*

Digitized by Google

§. 11. Compellũtur vſurarij reſtituere vſuras a Iure,& a Iudice; a Iure, quia ſi ſunt publici vſurarij, ipſo iure ſunt excommunicati quantũ ad tria, ſcilicet quod non debent recipi ad cõmunionem altaris,nec debent recipi eorum oblationes, nec debent recipi ad chriſtianam ſepulturam, ſi in hoc peccato deceſſerint. ext. eod. quia in omnibus. A iudice, quia poteſt vſurarium quẽlibet cogere ad reſtituendas vſuras, ſi neceſſe eſſet, etiam per maiorem excommunicationem,omni appellatione remota.ext. eod. quoniam nõ ſolum. Item compellitur tertio modo, quia ſi vſurarius repetat ab alio vſuras, repellitur per exceptionem, donec ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs male accepit, vel ſaltem fecerit poſſe ſuum. ext. eod. quia fruſtra. & iſtis eiſdem modis compelluntur hæredes vſurariorum, ſiue ſint filij, ſiue extranei.ext.eod.tua nos. & Michael. In foro autem pænitentiali indubitãter tenentur, tam vſurarij,quam hæredes ad ſolidam reſtitutionem omniũ vſurarum quas illicite acceperunt,vel ſaltem faciant poſſe ſuum, & doleant de peccato,& quia non poſſunt plene reſtituere,& proponant in animo reſtituere,ſi peruenerint ad pinguiorem fortunam, & ſemper pro poſſe nitantur. Ad hoc poſſunt etiam tales contriti, & ſatisfacere non valentes poſtulare dilationem, vel cauſa eleemoſynæ remiſſionem ſibi fieri ab eo, cui tenentur reſtituere,& ſic erunt in ſtatu ſaluandorum, aliter non. 14. q. 6. ſi res. qualiter autem, & in quantum teneantur hæredes,tam in hoc,quam in alijs caſibus, notaui plene ſupra de rapinis. §. de hæredibus.& ibi reſpondetur. De forma ſimiliter reſtituendi. ſiue ſit ſoluendo, ſiue non vſurarius, vel hæres eius. ℟. per ſimile de rapinis.§. forma. ſi clericus eſt vſurarius,vel hæres vſurarij,& non vult ſatisfacere, ab officio ſuſpendetur; & ſi emendare ſe noluerit, deponetur.ext. eod. præterea.diſt.47.Epiſcopus.& ſi quis clericorum. & exinde ſi fuerit incorrigibilis ad mandatum Epiſcopi, ſi aliter non poteſt, coercebitur per potentiam laicalem. ext. de iud. cum non ab homine. diſt. 17. nec licuit. In foro pænitentiali procedetur vt [p] ſupradictum eſt;ita tamen quod non [q] de rebus Eccleſiæ,quæ ſunt pauperibus deputatæ, ſed de ſuis hoc faciat fideliter iuxta poſſe,niſi quatenus de pecunia illa, vel qualibet alia ſua expenderit in vtilitatem Eccleſiæ. ℟. per ſimile ſup. de rap.§.ſi ergo habẽt.

§. 12. Pone quod vſurarius emit equum,vel prædium de pecunia vſuraria, & [r] donat rem illam alteri, poſtea efficitur non ſoluendo, quæritur vtrum ille,qui ſoluit vſuras, poſſit cũ effectu petere rem emptam de vſuris ab ipſo poſſeſſore;& utrum ille in pœnitentiali foro [s] teneatur reſtituere, vide-

[p] *Supradictum.*] in illo verſ. in foro autem pœnitentiali.

[q] *De rebus Eccleſiæ.*] videtur Magiſter innuere, quod clericus,qui debet aliquid ex maleficio, non poteſt illud ſoluere de bonis Eccleſiæ ſuæ, quod ego non credo, niſi talis ſit,qui bona habeat patrimonialia,aut aliũde, quam de Eccleſia acquiſita: ſi autẽ non habeat talia,credo quod de bonis Eccleſiæ ſuę, id eſt de fructibus, quos legitime receperit de eccleſiæ ſua, ſe liberare poteſt.

[r] *Donat.*] non dicit vendit.

[s] *Teneatur reſtituere.*] hoc credo verum eſſe, quando habuit ex lucratiua cauſa rem emptam de pecunia vſuraria:

Digitized by Google

raria: secus si emisset, vel ex alia causa non lucratiua adeptus esset eam rem bona fide ab vsurario, non credens forte eum esse vsurarium, aut credens rem illam non esse emptã de pecunia vsuraria, aut ipsum vsurarium habere alias vnde posset reddere vsuras. Sed num quid vir, qui duxit vxorem raptoris, vel vsurarij filiam, potest accipere dotem de rebus illius, cum quidquid habet, non sufficiat ad reddendum quod rapuit, vel habuit de vsura? Et licet dos nõ veniat ex causa lucratiua, sed recipiatur propter onera matrimonij portanda, si tamen maritus sciens veritatẽ, aut crassa ductꝰ ignorantia contraxit cum huiusmodi filia, nõ debet recipere dotem de rebus huiusmodi de æquitate canonica, licet de subtilitate iuris ciuilis aliter posset forte dici. si autem probabili ignorantia ductus est, qa credebat socerum non esse vsurarium, vel aliter esse soluẽdo, potest solitam dotem in solidum recipere, licet postmodũ sciat veritatem. In creditore autẽ, qui recipit, qđ sibi debetur a raptore, vel vsurario, non distinguo, nisi qđ bona fide crediderit ei pecuniam, vt ex illa sibi commodum suum faceret, & lucrando forte ex ea se liberaret: nec est simile de marito quantũ ad dotem, vt dictũ est, quia socer dãdo genero dotem efficitur pauperior, nisi quantũ releuatur ab onere alendę filiæ; sed debitor nõ fit pauperior recipiendo mutuum a creditore; vel emptor, aut vẽditor recipiendo rem, vel pretiũ rei vẽdite. Creditor autẽ, qui mala fide credit pecuniã, puta ludẽti alea, vel daturo meretrici, vel histrioni, vel alias dilapidãti bona sua, nõ debet humõi debitũ recipere ex rebꝰ ꝑdictis: similiter nec ille, qui ex causa lucratiua agit. cæteri autẽ oẽs, quibus debetur ex cõtractu, vel quasi ex maleficio, vel quasi, possunt recipere qđ sibi debetur ex rebus humõi, dũ tñ rem furtiuam, vel raptã, vel vsurariã in ipsa specie non recipiant, maxime secđm illos, qui dicunt qꝺ in vsura nõ transfertur dominiũ: secũdũ etiam illos, qui dicũt cõtrariũ, credo qꝺ ipsa res vsuraria in specie nõ debet recipi in solidũ, quia debitor, qui eã dedit ꝺ vsura, põt eã cõdicere a creditore, si extat; nec posset creditor pro ea aliã ei soluere ipso inuito.

videtur quod non, qa pretium ex re furtiua redactum non est furtiuum. ff. de furtis. qui vas. §. vlt. a simili, res empta de pecunia vsuraria non est vitio vsuræ subiecta. item quia secundum regulã vitia personalia non trãseunt ad successores. ext. de fil. presb. ex transmissa. Ego tamen credo contra cum A. quod iste potest petere, & ille tenetur restituere; expresse enim dicit hoc decr. ext. eod. cum tu. succedit enim hæc res loco pretij; sicut econtra pretium succedit loco rei ff. de pet. hær. l. si rem, & pretium.

§. 13. Circa pignora sæpe oritur quæstio talis. Creditor accipit pecuniam, vult omnes fructus perceptos bona fide deductis expensis computare in sortem, sed si quid residuum fuerit de sorte, postulat debitorem compelli ad solutionem, quæritur vtrum ad hoc sit cogendus debitor, vel qualiter sit consulendum creditori. Adhoc credo plura cõsilia esse parata: põt enim [t] per actionem personalem petere coram iudice. C. de pignor. quamuis personali. & l. distractis. item potest alij pignus sibi obligatum impignorare. C. si pign. pign. datum sit. l. 1. & 2. item potest vendere pignus, etiam inuito, & contradicente debitore, nisi debitum offerat. C. debitor. vendit. pignor. imped. nõ posse. l. 1. & 2. Circa venditorem tamen adhibenda est distinctio, quia aut cuncta pacta fuerunt inter creditorem, & debitorem firmata super venditione pignoris in certo tempore, vel loco, vel certæ personæ, vel simili facienda, aut nullo modo facienda, aut nihil super hoc cõuenit inter eos. In primo casu debet creditor prius notificare debitori, & postea poterit vendere secundum formam conuentam, & non

[t] *Per actionẽ personalem*

Digitized by Google

alias. In secundo casu, videlicet cum pactum fuit appositum, ne venderet, etiã tunc potest vendere, sed debet prius ter denunciare debitori, vt soluat; & si cessauerit, postea poterit vendere; alias, si ante trinam denunciationem venderet, furti teneretur. In tertio vero casu, scilicet, cum nihil conuenit, sufficit vna denunciatio, & postea elapso biennio poterit fieri venditio. probantur hęc. ff. de pignor. actio. l. si conuenit de distrahendo. C. de iur. dom. imp. l. vlt. [u] potest etiã cogi per ecclesiam supra dictis [x] modis, [y] si est de foro [z] suo, vel [a] quicumque sit, in modum denunciationis [b] ratione peccati. ext. de iud. nouit. vel in modum [c] reconuentionis. 3. q. 8. c. 1. §. cuius in agendo. ext. de mut. petit. c. 1. & 2. & si forte post inceptam causam vellet debitor [d] desistere, videtur q̃ ad petitionem creditoris posset eum cogere Iudex ecclesiastic[e], [e] vt respõderet ei corã eo, & satisfaceret. arg. ext. de ord. cogn. cum dilectus. sæpe enim Iudex potest, & debet iudicare indirecte, & occasione alterius quæstionis motæ corã eo de re, de qua alias non posset. ext. de don. inter vir. & vxor. de prudentia. C. de iud. l. 3. Item nota quod creditor potest exigere, vel compensare, non solum expensas, quas fecit colligendo fructus, sed etiam quas fecit bona fide circa [f] rem pignoratam. Item si casu fortuito, vel sine culpa sua res perijt, vel deteriorata est, non tenetur creditor; sed si dolo, vel culpa sua, tenetur. C. de pign. act. l. 2. 3. 4. & 5. Item si vendito pignore bona fide creditor minus accepit, quã erat in sorte, potest agere ad residuũ: si vero plus, tenetur restituere debitori. C. de iure dom. imp. l. vlt. Item nota quod sicut potest agere debitor contra creditorẽ, vel econtra, ita & hæres debitoris cõtra creditorẽ, vel contra hæredem eius, vel e conuerso: & si forte creditor, vel hæres eius rem sibi obligatam alteri impignorauerit, vel alio quocumque modo in alium transtulerit, tenetur possessor in sortem computare, non solum fructus, quos ipse percepit, sed etiam omnes, quos anteriores perceperant a tempore primi contractus. ext. de pign. cũ contra. Ipsa enim fructuum perceptio ipso facto [g] attenuat sortem. vt in præall. decret.

§. 14. Patet ex præmissis, q̃ debitor nõ tenetur soluere vsuras; & si soluerit, p̃t repetere. Sed quid si iurauerit se soluturũ, numquid tenetur soluere? dic q̃ potest, si vult, debitor [h] denũciare ecclesiæ,

sonalem] petẽdo debitum a debitore.

[u] *Potest etiam cogi.*] debitor satisfacere creditori.

[x] *Modis*,] scilicet p̃ solutionem debiti, vel per vẽditionem pignoris.

[y] *Si est*.] debitor.

[z] *Suo*,] id est, Ecclesiæ.

[a] *Quicumque*] sive sit de foro Ecclesiæ, sive non.

[b] *Ratione peccati*] propter q̃ Ecclesia potest de omnibus causis cognoscere p̃ modum denunciationis, & cõpellere ad agendum pœnitentiam.

[c] *Reconuentionis*.] quãdo debitor tradit creditorem in iudicium super aliqua re corã Ecclesia, id est ecclesiastico iudice; quia tunc creditor conuẽtus potest reconuenire debitorẽ coram eodem iudice.

[d] *Desistere*] a causa mota cõtra creditores.

[e] *Responderet*] in causa reconuentionis.

[f] *Rem pignoratam*.] colendo fundum pignoratum, vel pascendo iumentũ pignoratum.

[g] *Attenuat*] q̃a quantum perceptum est de fructibus, deductis expensis, tantũ diminuitur de sorte.

[h] *Denunciare*.] monitione præmissa, quæ semper debet præcedere in causa denunciationis.

i *Auctoritate sit, vel consensu.*] Quid de Regibus, vel Principibus, qui compellũt ad reddendum vsuras? R. credo ꝙ tenentur ad restitutionẽ, etiam si nihil ad eos inde peruenerit. Quid de Regibus, & Principibus, qui a Iudæis multa recipiũt, eum tñ eos sciãt nihil habere, nisi de vsura, & quod bona, quæ possident, non sufficiant ad restitutionem vsurarũ? R. tenẽtur ad restitutionem taliter perceptorum, si ex causa lucrativa ea ꝛceperint; si autem ex causa nõ lucrativa, possunt accipere, ꝙ sibi debetur, sicut alij creditores. De seruientibus autẽ vsurariorũ credo, quod possunt recipere mercedẽ suam de huiusmodi reb', si seruiant eis in licitis, & honestis, aut necessarijs, ꝙa vtilitas, quã cõsequuntur huiusmodi vsurarij ex operis huiũoi seruientiũ, compensatur cũ mercede, quam dãt seruientibus illis: nec possunt dici pauperiores propter mercedem datam, cum loco mercedis habuerint commodum operarum. si autem in inhonestis, aut illicitis, non credo ꝙ debeant recipere mercedem de rebus huiusmodi. Idem etiam iudicandum est de cultoribus prædiorũ vsurariorum, & de alijs mercenarijs eorundem.

Ecclesię, vt compellat ipsum vsurarium per censuram ecclesiasticam ad relaxandum ipsum iuramentum: si per hanc viam non vult procedere, debet persoluere, vt satisfaciat Deo de iuramento, & postea poterit repetere. ext. de iure iuran. ex administrationis. & debitores. Quid si iurauit quod solueret vsuras, & non repeteret? dico quod non repetet directe, propter vim iuramenti, sed indirecte bene repetet, scilicet denunciãdo ecclesiæ crimen illius, vt compellatur ad pœnitentiam, quam non potest agere, nisi restituat. si vero iurauit etiam, quod non denũciaret, non tenet in hac parte iuramentum, cum sit illicitũ, vtputa contra salutem proximi, & per consequens contra præceptum de proximo diligendo: vnde non obstante iuramento potest procedere in modum denunciationis: & ita occurritur fraudibus vsurariorũ. ext. eod. tuas. & de iure iuran. quemadmodũ.

§. 15. Quid de cõmunitatibus quarundam ciuitatum, quæ dãt pecuniam ad vsuram, maxime in Lombardia, numquid ciues omnes sunt vsurarij propter hoc, & per consequens in statu damnandorum? R. sic, omnes, quorum i auctoritate fit, vel consensu. & idem, si k collegium aliquod accepit pignus in casu

k *Collegium*] numquid singuli de collegio tenentur in solidum restituere quod collegium habuit de vsura? R. licet vsurarij sint, vt dicit Magister, illi, quorum auctoritate, & consensu talia fiunt, non credo tamen quod teneantur ad restitutionem, nisi quãtum ad eos peruenerit de vsura, vel quantũ relevati sunt de expensis, quas feciſſent de suo in sustinendis oneribus communitatis; nisi forte præstiterint auctoritatem compellendo, aut præcipiendo cõmunitati taliter fœnerari, quæ alias non esset hoc facturа: in quo casu credo eos teneri in solidum. Quid de illo, qui consuluit alicui qđ fœneretur? item quid de illo, qui dat amico suo, vel consanguineo pecuniam, vel commodat gratis, vt ex ea fœneretur? item quid de illo, qui contrahit societatẽ cum alio ad fœnus exercendũ? item quid de illo, qui dat vsurario mutuam pecuniam ad vsurarum lucri participationẽ? nũquid in his casibus omnibus tenentur insolidũ, qui hoc faciunt, an tãtum de eo, quod peruenit ad eos de vsura? R. secundum quosdam, tales, qui inducunt alios ad fœnerandum alias non fœneraturos, tenentur in solidũ: si autem alias erant fœneraturi, non tenẽtur, nisi in quantum ad eos peruenerit. Ego credo sine præiudicio, quod in neutro casu tenẽtur, nisi in quantum ad eos peruenerit, ij ꝙ taliter inducunt alios ad fœnerandum; & melior est conditio talium in hoc casu, quam in rapina, vel furto, vbi, qui præstant auctoritatem, tenentur ad restitutionem, etiam cum nihil ad eos peruenerit de maleficio: & hoc ideo, quia rapina, vel furtum contra voluntatem domini fit, qui patitur damnum; sed vsura de voluntate domini peruenit ad creditorem: nec inuenio iura dare actionem debitori

Digitized by Google

bitori cõtra huiusmodi iductores ad repetendum vsuras ab ipsis, quas ipsi debitores soluerunt taliter inducti per aliũ; cum ad inducẽtes nihil peruenerit de vsura, sicut dant iura actionem cõtra illos, quorum ope, vel consilio, vel ministerio furta fiũt, & rapinæ licet nihil ad eos peruenerit.

l *Non concesso*] In quibusdam enim casibus cõceditur accipere possessionem in pignus, non computatis fructibus in sortẽ, vt notatum est supra eo. §. licet autem.

m *Fratri tuo*] dicitur ibi: ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec aliam aliquam rem, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno.

n *Notificet*] per se, vel per aliũ, tacito, vel expresso nomine, secundum quod videbitur expedire.

Amb. lib. de Tobia. c. 15.

o *Sa-*

l non concesso. ext. eod. cõquestus. & arg. 7. q. 1. sicut vir. 24. q. 3. si habes. & ff. quod metus causa metum. §. animaduertendũ. item numquid Iudęus potest exigere vsuras a Christianis; & numquid Christiani a Iudæis, vel Paganis, vel cæteris hostibus fidei Christianæ? Ad primum. ℣. quod peccat Iudæus mortaliter; & ad relaxandas vsuras Christianis potest compelli ab Ecclesia indirecte, scilicet per subtractionem communionis Christianorum. ext. eod. post miserabilem. vel saltem compellendi sunt a Principibus Christianis, & ab Ecclesia prædicto modo, vt non exigant immoderatas vsuras. ext. eod. const. quanto. Ad aliud expresse videtur sentire Ambrosius. 14. q. 4. ab illo. quod licite a talibus hostibus possunt vsuras exigere Christiani: cuius verba hæc sunt: Ab illo exige vsuram, cui merito nocere desideras; cui iure inferuntur arma, huic legitime auferuntur vsuræ; quem bello vincere non potes, ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere. sine ferro dimicat, qui vsuras flagitat, ergo vbi ius belli, ibi ius vsuræ. Super huiusmodi auctoritate diuersæ sunt opiniones, & variæ. dicunt enim quidam, quod loquitur secundum antiqua tempora, quando permissum erat Iudæis in lege accipere vsuras ab alienigenis. Deut. 23. in fin. Non fœneraberis m fratri tuo, &c. & hanc permissionem prosequitur Ambros. exponendo. Alij intelligunt de Iudæo, & exponunt ab illo, scilicet Iudæo vsuram, id est pensionem magnam: & hoc per aliud decretum. 23. q. 6. iam vero. Alij intelligunt de Paganis, & hostibus reipublicæ, sicut littera plane sonat; talibus enim & aperte, & per insidias, & omnibus modis possumus tanquam indignis auferre, quæ male detinent; secus de Iudæis, quia illi serui nostri sunt, & parati nobis seruire. 23. q. 8. dispar. 23. q. 7. c. 1. & 2. & q. 2. Dominus. Alij dicunt, quorum opinio communior est, quod a nullo homine Christiano, Iudæo, Pagano, vel alio licet exigere vsuram, per ea quę dicta sunt supra eod. §. Sed numquid. & exponunt litteram negatiue sic: ab illo exige vsuras, o tu quicũque sis, cui merito nocere desideras; sed nulli merito debes desiderare nocere, ergo a nullo debes vsuras exigere. & sic exponunt totã litterã.

Amb. lib. ae bono mortis cap 12.

§. 16. Sed pone q̃ Christianus accepit vsuras a Iudęo, cui restituet? vī q̃ Iudæo, p ea, quæ supra dicta sunt in §. compelluntur; ita tñ, si ipse restituat omnes vsuras, quas accepit; quod nisi velit facere, sati⁹ cõsulo Christiano, q̃ cum auctoritate Ecclesiæ restituat nomine Iudæi illis X̃panis, a quibus ipse Iudæus exegerat vsuras, & n notificet

hoc

Digitized by Google

hoc Iudæo, vt sciat se liberatum ab illis Christianis per istius solutionem: nec poterit ab ipso repeti, cum vtiliter gesserit negotium illius Iudæi: & ideo velit nolit tenetur habere ratum. ℟ supra de rapt. §. qui sequūtur vers. illi autem, q nec adiuuant. Numquid idem in Christiano? satis credo q̄ sic, verūtamen in vtroque casu liberatur iste Christianus restituendo illi vsuras, a quo accepit, siue ille sit Iudæus, siue Christianus. [o] Salubrius tamen est primo dictum, scilicet vt soluat illis, quibus iste tenetur, vel deponat pecuniam in æde sacra, vel in aliquo loco tuto similiter cum auctoritate Ecclesiæ; vt cum ille satisfecerit, recipiat eam. Sed q̄d si scitur persona, cui est restitutio facienda, sed tamen est absens in remotis partibus, vel nescitur in quo loco sit? Ad hoc dico, [p] cum nescitur vbi sit, detur pauperibus cum auctoritate Ecclesiæ: si autem scitur, [q] mittatur ei, si aliquo modo potest fideliter, & secure; si nō pōt, detur pauperibus, vt supra, cum auctoritate Eccle siæ. arg. 2. q. 6. anteriorum. & melius. arg. ext. eod. cum tu.

§. 17. Item quæro vtrum vsurarius tenea tur restituere, non solum pecuniam vsurariam, sed etiam quidquid cum ipsa lucratus est, & fructus perceptos ex re empta de pecunia fœnebri. Ad hoc dicunt quidam q̄ tenetur oīa restituere, q̄ enim ex radice pcedūt corrupta, corrupta sunt. 14. q. 5. neque. 16. q. 3. si Sacerdotes in fi. difficile enim est, vt ait Leo, vt bono peragant exitu, quæ malo sunt inchoata principio. 1. q. 1. principatus. Item [r] Ambrosius: Si quis vsuram accipit, rapinā facit, [s] vita non viuit. & Hieronymus: vsuras quærere, vel rapere, aut fraudare nihil [t] interest, sed in rapina, & furto tenerividetur ad ista. ext. de rest. spol. grauis. ergo & in vsura. ℟. de hoc supra de furtis. §. item q̄d si res furtiua. & §. sequen. Verum qm̄, qui nimis emungit, elicit sanguinem, dicamus cum alijs, q̄ teneatur restituere vsurarius quidquid vltra sortem [x] accipit a debitore occasio-

[o] *Salubrius*] qñ factum est occultum, & nō timetur scandalum, nec periculum taliter soluētis; alias sufficit q̄d fiat restitutio illi, a quo sunt receptæ vsuræ.

[p] *Cum nescitur*] nec speratur q̄ de facili possit sciri.

[q] *Mittatur ei*] hoc semper faciendum est, cū commode fieri potest; pensandæ sunt tamen circūstantiæ, scilicet quantitas rei debitæ, & remotio loci, & expensæ, quę fierēt pro mittendo, & paupertas, vel diuitię illius, cui facienda est restitutio; quia tā modica posset esse rei restituēdæ summa, & tantæ expensæ, quæ fierent in mittēdo, & tam diues ille, cui facienda est restitutio, quod nullo modo deberet velle pro tā modico proximum tantum grauari: & tunc non oportet q̄d mittatur; & in talibus ad arbitrium boni viri recurrendū est.

[r] *Quod tenetur*] hāc sententiam tenuit aliquādo Magister, sed nimis est dura.

[s] *Ambrosius.*] 14. q. 4. si quis vsuram.

[t] *Vita*] gratiæ in præsenti, gloriæ in futuro.

[u] *Interest*] quo ad restitutionē.

[x] *Acceperit a debitore*] aut etiā de re debitoris habita p vsurā: vnde si habuit de vsura terrā, vel pecus, quidquid de naturalibus fructibus ipsius terræ, vel pecoris habuit, aut pensionem, aut mercedem terræ, vel pecoris, si ea locauit, tenetur restituere. credo etiā q̄ ei restituere tenetur damnum, q̄ propter solutionē vsuræ passus est; vt si domum suam, vel prædium oportuit propter hoc distrahere viliori pretio, quam valeret, & aliam domū cōducere ad vsum suū; aut si oportuit eum accipere ad vsuram ab alio vsurario propter vsuras prædictas soluendas: si aūt ex pecunia vsuraria negotiat, & lucratus est, aut si emit prædium, & fructus percepit, nec lucrū, nec fructus huiusmodi tenetur restituere. idem etiā credo de lucro habito etiā de re furtiua,

Amb. de bono mortis cap. 12.

Hier. sup Ezec. lib. 6. cap. 18.

Digitized by Google

ua, vel rapta per negotiationem, aut operationem redditus, vel prædij factã de re huiusmodi furtiua, aut rapta.

y *Pacto præcedente.*] si pactum præcesſit, aut intentionem habuit corruptam.

z *Fure vel raptore*] quia fur, & raptor nõ deducunt expensas, nec operas suas; quod tamen intelligo, si agatur in forma iudicij: in foro autẽ pœnitẽtiali nõ credo hunc rigorẽ esse seruandum: iniquum enim esset aliquem locupletari cum damno alterius, postquam plene satisfactum ei esset de damno illato.

a *Petatur.*] ex parte vsurarij.

b *Restituendum*] pro interesse aliquo, vel damno.

c *Familia.*] nõ mercenaria. De mercenarijs em locantibus operas suas tene quod dictum est supra. scilicet quod possunt accipere quod sibi debetur de rebus vsurarij.

occasione sortis, y pacto præcedente, vel intentione corrupta. supra eod. §. 1. & §. sed numquid. expensas tamen potest deducere, & forte operas suas moderatas, vt in his etiam agatur cum eo mitius, quam cum z fure, vel raptore. Cõsulo autem vt satisfacto de vsuris, a petatur ad cautelam venia a debitore, quia forte propter præmissa esset ei aliquid vltra b restituendum.

§. 18. In summa nota quod vxor vsurarij, & c familia debent procedere sicut vxor, & familia raptoris. Rz. supra de rap. §. qui sequuntur. vers. Illi autẽ qui nec adiuuãt. Item nota quod sicut prohibetur aliquis recipere vsuras nomine suo, ita & d alieno. dist. 46. sicut non suo. & si accipit alieno nomine, siue sit tutor, siue sit curator, vel e quicumque alius, tenetur ad restitutionem, si ille, cuius nomine accepit, f vel non est soluendo, vel non vult restituere: nã facientes, & cõsentientes par pœna cõstringit. 2. q. 1. notum. in fine.

d *Alieno.*] Quid de seruientibus vsuriorũ, qui numerant pecuniam pro dominis suis ad vsuram, & vsuras recipiunt ad opus illorũ, & de mandato eorum, numquid tenentur ad restitutionem, cum nihil ad eos inde peruenerit? Rz. credo quod non teneantur, præsertim si idem vsurarij per se ipsos, vel per alios ministros huiusmodi vsuras exercent, quamuis non per istos seruientes.

e *Quicumque alius*] de tutore, vel curatore; pro eo quod præstant auctoritatem talibus contractibus, & illi, quorum tutelam gerunt, vel curam per se nõ essent, talia facturi, põt cõcedi quod dicit Magister: de alijs autem, qui nudum præbent ministeriũ, dic, sicut dictum est de seruientibus vsuriorum.

f *Vel non est soluendo*] credo q̃ siue sit soluẽdo, siue non, tenetur tutor huiusmodi, & curator: illud tamen verum est, quod illo soluente, cuius nomine acceptæ sũt vsuræ, liberabitur qui accepit, Quid etiam de illo, qui sine mãdato alienũ negotium gerendo fœneratur ad opus illius, cuius negotium gerit? Item quid de illo, qui, cum vellẽ dare mutuã pecuniã gratis alicui, induxit me q̃ darẽ ei eã sub vsura, nũquid tenetur iste, vel ille negotiorũ gestor, de quo primo dictũ est, ad reddendas humõi vsuras, licet nihil ad eos peruenerit? Rz. credo q̃ sic; primus enim tenetur, quia totaliter fuit actor, & minister cõtractus vsurarij. secdus tenetur, qa indebite impediuit vtilitatẽ proximi, procurando ne ei gratis mutuũ daretur.

Digitized by Google

De negotijs ſecularibus, & vtrum de illicite acquiſitis poßit fieri eleemoſyna.

[a] POST tractatum,] & infra, &c.

[b] *Emptio.*] exẽplificat de illis, quæ non ſunt inhoneſta in ſui natura.

[c] *Quaſi contractus.*] contractus eſt vltro citroq; obligatio ex voluntate, & pacto partiũ ſurgens, vt emptio, venditio, locatio. Quaſi cõtractus eſt obligatio, qua quis obligatur alij ex aliquo officio, vel facto licito, & honeſto, licet non intercedat expreſſa voluntas vtriuſq; partis, vt tutela, cura, negotiorũ geſtorum iudicium, quando eſt pupillus habens tutorẽ, aut minor. 25. annorũ, vel furioſus habens curatorem, vel ille cuius ignorãtis gerit quis negotiũ expreſſe non cõſentiãt, nihilominus tutor, & curator, & negotiorũ geſtor ex ſua adminiſtratione obligãtur perſonæ humõi, quaſi contraxiſſent cum eis.

[d] *Cupiditatem.*] hic appellatur cupiditas improba voluntas habẽdi diuitias tẽporales, non ad vſũ neceſſariũ, aut ad vtilitatẽ, ſed ad curioſitatẽ, vt ſcilicet animus delectẽt in talibus, ſicut delectatur pica, vt cornicula in nũmis, quos repertos abſcondit.

[e] *Neceſſarijs.*] non ſuperfluis.

[f] *Seruili opere.*] opus ſeruile hic appellatur, tam peccatum, quã operationes, & labores terreni, q; ſeruis, & mercenarijs p̃ mercede ſolent impendi.

[g] *Quã*

[a] POST tractatum præcedentem, & ſpecialiter de vſuris, conſequenter de negotijs ſecularibus breuiter, quaſi ſub quodã epilogo, id eſt breui locutione ſubijciam[9] & vbi nota quæ negotia licita ſint clericis, & quæ laicis.

§. 1. Circa hoc nota quod negotia alia ſunt inhoneſta ſui naturæ, alia non. Inhoneſta ſui natura ſunt omnia, quæ ſine peccato exerceri non poſſunt, vt contractus vſurarum, ſimoniæ, & ſimilia. Iſta omnibus ſunt p̃hibita indiſtincte, tam clericis, quam laicis, cuiuſcunque ſexus ſint, vel conditionis, vel ætatis, dummodo ſint doli capaces. 14. q. 4. nec hoc prætereundũ. 1. q. 1. reperiuntur in fine. diſt. 88. fornicari. ext. de delic. puer. pueris. ext. de iurẽ iur. etſi Chriſtus. vltra medium. verſ. quædam enim prohibentur, quia per ſe mala ſunt. Alia plura ſunt, quæ non ſunt inhoneſta ſui natura, ſed ex cauſa, vel ex tempore, vel ex perſona, vel ex loco, vt [b] emptio, venditio, locatio, conductio, & ſimiles contractus: ſimiliter & [c] quaſi contractus, vt tutela, cura, negotiorum geſtorum iudicium, & ſimilia: & breuiter in hoc concluditur exercitium omnium artium mechanicarum, vt artes textoriæ, ſutoriæ, & ſimilium, quæ neceſſe ſunt vſui humano. Ex cauſa ſunt hæc inhoneſta, quando fiunt cum intentione corrupta, videlicet propter [d] cupiditatẽ, vel aliũd malum finem; & ſecundum hoc prohibita ſunt omnibus indifferenter, in Decalogo. Exo. 20. non concupiſces rẽ proximi tui. & diſt. 47. omnes huius. & ſicut ij. Ex cã ſunt hæc honeſta, cũ fiunt cum recta intentione, videlicet, vt poſſit de ſuo labore ſibi, & ſuæ familiæ in [e] neceſſarijs prouidere: item vt poſſit hoſpitalitatem tenere, ac cætera miſericordiæ opera exercere. diſt. 86. non ſatis. 11. q. 1. ſicut enim. de conſ. diſt. 1. ſicut. 23. q. 8. ſi nulla. Ex tempore ſunt hæc inhoneſta, ſi fiant in tempore feſtiuo, & feriato, quia tunc non eſt vacandum, niſi oronibus, & diuinis officijs, & alijs opibus ſpiritualibus, & ab oĩ [f] ſeruili opere eſt ceſſandũ [g]. ſupra

de fe-

de ferijs. §. in diebus. Item ex tempore possunt dici inhonesta, præsertim iudicia, si exerceantur in tenebris; quia [g] qui male agit, odit lucē. ext. de off. deleg. consuluit. ff. de orig. iur. l. 2. §. & quia magistratus. Ex persona sunt hęc inhonesta, quia clerici sunt, vel personæ religiosæ, qui exercent; talibus enim regulariter sunt prohibita talia negotia. Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Psal. [h] Quoniam non cognoui negotiationes introiui in potentias Domini. alias literaturam, item Hieronymus: negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosū quasi quandam pestem fuge. & ext. eod. per totum. De hoc ℟. supra de apostat. §. 2. Laicis vero sunt ista concessa. dist. 86. peruenit. & [i] Augustinus: fornicari hominibus semper non licet, negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet: antequam enim [k] ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto iam [l] non licet. Casus tamē sunt quatuor, in quibus clerici possunt huiusmodi negotia tractare. Primus, quia [m] si habent administrationes, possunt ventilare causas & iudicare inter subditos, præsertim inter clericos. 11. q. 1. c. 11. & 2. & c. experientiæ. 15. q. 4. c. 1. 2. & 3. ext. de foro cōpetenti per totū. & inter rusticos suos. dist. 89. indicatum. ext. de foro compet. quod clericis. & arg. ext. de appel. si duobus in fine. Quidam tamen [n] nō admittunt hoc, quod inter laicos possit cognoscere Iudex Ecclesiasticus. Secundus casus est, cum Iudex secularis negligit facere iustitiam de subditis suis; tunc em̄ potest ecclesiasticus compellere illum per sñtiam excōicationis ad tenendam iustitiā, [o] vel supplere defectum eius. 23. q. 5. administratores. ext. de foro compet. licet. & ex tenore hoc tñ nō intelligas de causis sanguinis, q̄a illæ sunt clericis penitus interdictæ. ℟. supra de homic. §. pœna homicidij. Tertius, casus est, q̄a clerici, monachi, & aliæ [p] ecclesiasticæ psonæ tenentur suscipere [q] tutelā [r] miserabiliū psonarum. dist. 86. peruenit. dist. 88. c. 1. & Epus gubernationē. dist. 87. per totū. & in hoc est priuilegium clericorū, q̄ pñt alteri succedere [s] ab intestato, cui [t] tutelā, vel curā suscipere non tenent. dist. 86. puenit. In laicis aūt [u] secus est. instit. de legi. patro. tut. ī fi. Sed Epi, vel monachi vī q̄ nō pñt, et si velint suscipere legitimā tutelā, authen. de sanctiss. Epis. §. [x] Deo amabiles.

[g] *Qui male agit.*] Ioann. 3.

[h] *Quoniam non cognoui.*] ibi glo. auidus acquirēdi pro damno blasphemat, pro peccatis suis mē titur, & peierat; & hæc vitia sunt hominis, non artis; quæ siue his vitijs agi pōt; ars enim vitium nescit.

[i] *Augustinus.*] 88. dist. fornicarij.

[k] *Ecclesiasticus,*] id est ecclesiastica persona, q̄ sit per receptionem primæ tonsuræ.

[l] *Non licet.*] si velit recipere priuilegium clericale.

[m] *Si habent*] vt prælati, & alij habentes iurisdictionem in subditis.

[n] *Non admittunt*] & male dicunt enim quod huiusmodi causas debent laicis committere, nō per se ipsos cognoscere.

[o] *Supplere.*] potest supplere cognoscendo de causa.

[p] *Ecclesiasticæ personæ*] ad mādatum prælatorum suorum, alias non.

[q] *Tutelam.*] quæ durat vsque ad 14. annum pupilli, & inde incipit cura durās vsque ad 25. annum.

[r] *Miserabilium*] quæ non habent alios, qui gerāt curam eorum.

[s] *Ab intestato,*] id est cum moritur non condito testamento.

[t] *Secus.*] quia laici tenentur eorum tutelam suscipere, quib' debent ab intestato succedere.

[u] *§. Deo.*] collat. 9.

[x] *Tu-*

Hier. ad Nepotianū de vita Clericorū.

August. in lib. quæstionū veteris, & noui testamēti c. 127.

x *Tutelas*] miserabilium personarũ, vel etiã legitimas, quando deferuntur.

y *Testamentariam*] triplex est tutela, testamẽtaria, quãdo pater dat in testamento tutorem filio suo. item legitima quę defertur a lege, secundum quam, cũ nullus datus est tutor in testamento filio, qui primo loco debet ei succedere ab intestato, tenetur suscipere tutelam huiusmodi. itẽ datiua, quæ datur a Iudice, qñ nullo tutore dato in testamento, & nullis existentibus cõsanguineis, vel idoneis ad tutelam, Iudex ex officio suo dat tutorẽ.

z *Recipere*] possessiones ad sustentationem suam, & suorũ.

a *Non defit.*] argumentum q̃ clerici tenentur ad audiendũ diuinum officiũ.

b *Eijciens*] illud c. habetur pro palea.

c *Emere pullum*] nũquid possunt oues tradere ad crementum? & si habent eas de decimis suis, vel de successione parentum, vel aliunde sibi datas, possunt, dũ tamen in illo contractu, siue sit societatis, siue locationis, & conductionis, caueant a cõditionibus & pactis illicitis. si etiam habeant multa pascua, vel emãt multa pecora, vt pascãtur ibi; & hoc faciãt ad necessariam sustentationem suam, & suorũ, & alimentũ pauperum, non credo quod peccẽt: si autem huiusmodi pecora emant ad hoc, vt tradant ad crementum, vel vt aliquid agãt in fraudem negotiationis, illicitum est.

d *Tabellionatus*] Tabellio est põna publica habens officia scribendi instrumẽta cõfecta super cõtractibus, aut alijs rebus ad faciendam fidem super eisdem.

biles. vel dic quod illi aut derogatur per canonem illum, peruenit, superius allegatum, hoc adiecto, qđ monachi possunt de licentia Abbatis huiusmodi x tutelas suscipere, alias non. 16. q. 1. monachi. 12. q. 2. non dicatis. tutelam tamen y testamentariam, vel datiuam nullo modo possunt recipere: & ita possunt intelligi iura cõtraria. dist. 88. c. vlt. 16. q. 1. generaliter. 21. q. 3. Cyprianus. quod autem dixi de monachis, intelligo & de canonicis regularibus, & alijs personis religiosis, per decr. ext. de postul. ex parte. Quartus casus est, si clericus indigeat; tunc enim potest z recipere possessiones excolendas ad firmam, siue conducere. argum. dist. 86. peruenit. vers. auaritiæ causa. dist. 91. c. 2. vers. agricultura. potest etiam talis clericus artificio suo honesto acquirere sibi victum, dum tamen occasione talis artificij a non desit diuinis officijs. dist. 21. per totum. de cons. dist. 5. numquid ext. ne cler. vel monac. c. 1. Item quod dictum est supra in titulo proximo, quod non licet clerico emere vilius, vt vendat carius, ita intelligatur, si eius intentio est, vt vendat carius in eadem forma, sed vt vendat carius mutata forma, bene potest; puta emit tabulas, vt faceret scrinium, vel cartas, vt scriberet libros, vel linum, vt faceret retia, & similia. dist. 88. b ejciens. de consecr. dist. 5. numquam ext. ne cler. vel monac. c. 1. potest etiam c emere pullum, & illum educatum, & opera sua melioratum carius vendere. arg. dist. 91. clericus, & est ratio, quia talis quæstus ex artificio intelligitur prouenire. Hoc etiam diligenter nota, quod officium d tabellionatus est clericis in sacris ordinibus cõstitutis penitus interdictum, & ad illud dimittendum, si habeant, sunt p subtractionem bñficij, appellatione postposita, cõpellẽdi. ext. eod. sicut. & idem credo, si sunt in minoribus ordinibus, & habent sufficiẽtia bñficia. arg. ext. de postul. clerici

§. 3. Ex loco dicuntur inhonesta, quia in lupanari, vel alio loco vili, vel inhonesto talia tractãtur; & maxime si iudicia in talibus locis tractentur.

item

item quia locus est solitarius, uel aliter suspectus: in talibus em latibulis solent cõmitti adulteria, & doceri hæreticæ prauitates,& similia. probant hęc. ff. de arbit. si cum dies. §. si arbitrer. dist. 81. [c] in oĩbus. 27. q. 1. si quis sacro. 35. q. 6. ab isto. Arg. contra ꝙ ait Ambrosius: lupanaria nõ infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet [f] infamiam. 32. q. 5. tolerabilius: sed illud,& similia intelligas de infamia iuris: secus est de infamia, siue suspicione facti, quę etiam apud homines generat scandalum,& occasionem ruinæ; & ideo uitanda, ut supra. Item quędam negotia dicuntur inhonesta ex loco, pp ipsius loci excellentiam, puta quia in ecclesia talia fiunt, quæ teste ueritate non debet esse domus negotiationis, sed oronis; unde & ipse dns [g] eiecit inde uendentes,& ementes; ꝙ habes diligenter expositum ab Orig. 16 q. 7. & hoc diximus. Rz. de hoc supra de emunit. eccl. §. ipsa ecclesia.

Orig. Homil. 15. in 21. cap. Matth.

§. 4. Pœna illorum, qui contra formam prædictam secularibus negotijs se immiscent, est depositio, si fuerint clerici,& incorrigibiles. dist. 21. clerici. ext. ne clerici, vel monachi. sed nec. itẽ si fuerint admoniti ab Epo,& non cessauerint, priuentur priuilegio clericali,& sic pot intelligi ext. ne clerici, vel monachi. c. 2. ita tamen ꝙ religiosi in talibus districtius, quam clerici puniantur. ext. eod. sed nec. In foro aũt pœnitentiali debet eis [h] iniungi, vt qd quid contra formam prædictã lucrati sunt, studeant expendere in vsus pauperum. 14. q. 5. qui habetis. de his potes inuenire supra de apost. §. pœna.

§. 5. Sed quid faciet Iudex pœnitentialis de mercatoribus, pelliparis, & similibus, qui de longa, non dico consuetudine, sed corruptela, nec emere sciunt, nec vendere absque mendacijs, & iuramentis, nec non interdum periurijs, & breuiter mentiuntur simplicibus rem vilem, vel corruptam pretiosam esse, & in hunc modum exercent pro magna parte quidquid doli, & fraudis excogitari potest? Ad hoc dico quod quoties scienter, & causa decipiendi proximum peierant, vel mentiuntur, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, [i] in quantum deceperunt proximum, illi eidem decepto faciendam, [k] si sciunt, [l] vel possunt, vel hæredi eius; vel si nesciunt personã, vel si non possunt, procedant vt dixi supra de vsuris. §. sed pone. in fine,& supra de rap. §. forma restituendi. si autem ignoranter dicunt falsum, credentes dicere verum, vel etiam scienter, sed intendunt, & sciunt per mendacium illud sibi prodesse, vt sic se seruent indemnes, & proximo non obesse, quia non decipiunt eum in re vnam pro alia vendendo; nec in valore rei, quia non vendunt ei vltra debi-

[a] *In omnibus*] ibi dicitur, in oĩb' obseruari cõuenit, vt certus quis,& certo loco, & tempore, vel certis personis, vel apparere clericus, vel loq debeat mulierib', vt excludatur omnis nefanda suspicio: certe solum ad solam accedere nulla religionis ratio permittit.

Amb. lib. 2. de Virginibus.

[f] *Infamiam.*]qa iura non dicunt castos esse infames propter loca, in quib' sunt.

[g] *Eiecit.*]Matt. 21. Io. 2.

[h] *Iniungi*] de consilio credito hoc verum esse, non de necessitate, maxime si personæ huiusmodi indigeant, aut grauẽtur huiusmodi erogatione.

[i] *In quãtum*]nõ distinguit vtrũ in modico, vel in magno.

[k] *Si scit.*] quis sit ille, quem decepit.

[l] *Vel potest scire*] scilicet commode qs sit ille, vel si pot restituere illi decepto.

[m] *Re-*

Digitized by Google

tum valorē, tale mendaciū potest dici forte veniale. ℟. supra de mendacio. §. mentiri. & §. vt plane liqueat. & §. restat videre. si vero iurant, vel peierant dicas eos peccare mortaliter, vel venialiter secundum distinctionem positā supra de iuramento, & periurio. §. species iuramenti. & §. sequenti. Item debent isti tales etiam præter restitutionem induci ad largas eleemosynas faciendas pro animabus illorum, de quorum iure, licet ignoranter, aliqua habuerūt: quædam enim sunt, quæ vix possunt fieri sine aliquo peccato: & gratia exēpli possunt notari quinque talia, videlicet Cura rei familiaris, Militia, Mercatio, Procuratio, Administratio. Leo Papa: difficile est inter ementis vendentisq. cōmercium non interuenire peccatum. de pen. dist. 5. qualitas. & de his tractat bene Greg. de pen. dist. 5. falsas & negotiū. dist. 25. qualis. dist. 88. eijciens. itē debet pænitentialis dirigere caute, ac diligenter intētiones taliū, vt [m] recto fine laborent, & exerceant sua officia.

Leo Papa Epist. 90. al. 92. ad Rusticum Episcopū.

Greg. Dialog. lib. 4. c. 39.

s *C. 1. & 2.*] In primo non dicitur quod oporteat talem trāsire ad religonē, adhoc quod Episcopus dispensęt cum eo; sed in cap. 2. dicitur hoc, & forte loquitur de eo, de cuius correctione, & pœnitētia nō præsumebatur, si remaneret in seculo.

t *Lex enim*] id est non consideratur incorrupta quoad hoc, q promoueatur ad consecrationem inter virgines recipiendā, vtrum voluntarie sit corrupta, nec ne, sed tantū vtrum de facto sit corrupta, siue voluntaria, siue coacta.

u *Nec poterit.*] etiam

promoueri. dist. 34. si cuius vxorem. & c. sequenti. Item quid si maritus accusat eam de adulterio, & pendente accusatione illa petit debitum, ipse reddit, quia tenetur ad hoc, cum non debeat eam spoliare possessione sui corporis, vsque ad sententiam. 11. q. 1. quia res. 8. q. 4. nonne. & forte etiam præcipitur sibi ab Ecclesia, numquid & isti paratur præiudiciũ, vt non possit postea promoueri? R. sic: nã, vt dixi supra, irregularitas sæpe cõtrahit' solo facto, absque peccato, & absque voluntate: quidã tamen voluerunt dicere contrarium, quasi iste non agat, sed potius[x] patiatur. In summa nota quod bigamia multipliciter contrahitur. Proprie cum quis diuersis temporibus successiue habet duas, vel plures vxores legitimas. 31. q. 1. aperiant. Large vero, & improprie dicitur bigamus, qui eodem tempore habuit duas vxores, licet[y] cũ altera non possit esse matrimonium, nisi de facto. dist. 34. Christiano. 31. q. 1. quomodo. ext. de diuor. gaudemus. Item qui habuit vnã de iure, & illa mortua[z] aliam habuit de facto, bigamus reputatur, non pp sacramenti defectũ, cũ in veritate bigamus nõ existat, sed pp intẽtionis affectum cũ opere subsecuto. ext. de bigã. nuper. Item qui cõtrahit cũ corrupta, id est ab alio cognita, siue vidua, siue alia, sicut bigamus repellitur. 32. dist. seriatim. dist. 34. curandum. & præcipimus. Item nota q bigamus dr, & irregularis est quicumque habuit duas vxores, siue habuit vtrãque ante baptismum, siue post baptismum; siue vnã ante, aliã post. dist. 34. siquis viduã. & dist. 26. p totam, excepto primo capitulo, in quo. H. asserit, q nulla irregularitas surgens ex matrimonio vno, vel pluribus ante baptismũ contractis, põt obesse baptizato.[a] sed illud non tenet, vt euidenter probant in contrarium Aug. Innoc. & Ambr. in sequen. capitulis eiusdẽ dist. & ita sentiunt omnes doctores sine exceptione. Item adiunge alium casum, quia si aliquis post votum castitatis emissum,[b] professione contempta præuaricaretur contrahendo matrimoniũ de facto, qa de iure nõ põt, iste inter bigamos iudicatur, & irregularis efficitur. 16. q. 1. quotquot.

Aug. in Epist. ad Titum. Innocentius Ruffo, & Eusebio & cęteris Episcopis Macedon. Epist. 22. c. 2. Amb. lib. 1. de offic. cap. vlt.

etiam si ignorãs eam esse corruptam, eã tamen cõgnouerit post illã corruptionem.

x *Patiatur.*] cũ compulsus a iure, vel a iudice reddat debitũ, non exigat.

y *Cum altera.*] cum qua vltimo contraxit, vel etiam cum neutra, si forte cum illis duabus, immo & eodẽ momento contraxit.

z *Alia de facto*] propter pꝑpetuum impedimentum quod est inter taliter contrahentes. & benigna interpretatione hoc intelligi potest de illo solo, qui sciens impedimentum taliter contraxit de facto; quia secus, si ignorans impedimentũ hoc faciat bona fide; nec contradicit. ext. eod. Nuper, &c. a nobis, qa decr. Nuper. de illo loquitur, q ante sacrum ordinem cõtraxit cum vna, & post sacrum ordinem cum alia. sicut patet ĩ illa decr. quando habetur integra. & ext. de sent. excom. Nuper. & ita scienter peccauit contrahendo, & propter hoc bigamus reputatur: vnde forte secus est de eo, qui non peccauit cõtrahendo, & excusat propter probabilem facti ignorantiam, cũ pœnæ poti' sint restringẽdæ, quã ampliandæ.

a *Sed illud*] qd dicit ibi Ioann.

b *Professione*] facta in manu publicæ pſonæ expresse de continentia obseruãda, vel pfessione facta in monasterio: secus de tacita professione, quæ secundum quosdam præsumitur fieri in susceptione sacri ordinis, qa contrahens post sacrum ordinẽ non iudicatur bigamus propter hoc, sed dispensatur cum eo, sicut dictum est supra eo. §. item numquid bigamus. vers. si tamen clericus.

De so-

Digitized by Google

De *sobrietate ordinandorum*. 44

SEquitur [b] sobrium, & postea non vinolentũ; debet enim clericus vitare intemperantiam potus, & cibi; intemperantiam potus, quia vt ait [c] Salom. Prouerb. 22. luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. [d] Hier. venter mero æstuans cito despumat in libidinem: vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & feruor. Prouer. 23. Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. item quia ex vino [e] processit [f] ebrietas, ex ebrietate [g] seruitus pariter, & [h] incestus. dist. 35. sexto: Prohibentur ergo clerici a superfluitate vini, non quia malum sit, immo bonum, & creatura Dei, sed quia frequẽter ex eo sequitur ebrietas. ext. de iure iur. & si Christus ebrietas autem est fomes, ac nutrix omnium vitiorum. 35 dist. ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ est omnium vitiorum fomes, ac nutrix. Nota tamen quod ebrietas dicitur tribus modis; Primo dicitur pœna, & obliuio mentis, ista non est peccatum. 15. q. 1. sanc. Secundo modo dicitur ebrietas actio, siue frequens actus bibendi, & hoc, vt ait Augustinus, est veniale peccatum, nisi sit assidua, quia tunc est mortale, maxime si nouit vires vini, & non vult apponere aquam. 15. dist. §. criminis. Tertio dicitur quædam dispositio mentis, & [k] studium ad inebriandum se de facili, & hoc semper est mortale peccatũ. 35. dist. ante omnia.

Hier. lib. 2 contra Iouinianum.

Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei c. 25.

§. 1. Pœna eius; qui ebrietati deseruit, est, vt si admonitus non desinat, si Episcopus, presbyter, vel diaconus, deponatur, si subdiaconus, vel inferior, vel etiam laicus, communione priuetur, vel verberetur. 35. dist. Episcopus. & ante omnia. ext. de vit. & ho. cleri. a crapula. in fin. & ita est hic casus, in quo peccatum mortale non inducit depositionem, nisi admonitus non desistat.

§. 2. Intemperantiam cibi similiter tenetur vitare propter septem, vel octo causas, quæ colliguntur in sequentibus: nam sicut ebrietas, ita & voracitas prohibita est [l] ab Apostolo, vbi ait: non in comessationibus, & ebrietatibus. item quia ventris ingluuies ad luxuriã prouocat, & omne opus bonum dissoluit. [m] Hiero. venter, & genitalia sibimet vicina sunt, vt ex vicinitate membrorũ intelligatur confœderatio vitiorum; vnde & [n] Nabuzardan princeps cocorum destruxit muros Hierusalẽ. Item quinque modis

[a] *Equitur*] tertium est capitulum Apostolicæ regulæ.
[b] *Sobrium*] quasi pro eodem capitulo ponuntur hæc duo, sobriũ, non vinolentũ.
[c] *Salom.*] Prouer. 30.
[d] *Hieronymus*] 35. dist. §. 1.
[e] *Processit.*] Gen. 19.
[f] *Ebrietas.*] in Noe, & Loth.
[g] *Seruitus.*] in Canaã filio Noe.
[h] *Incestus.*] in Loth cum filiabus suis.
[i] *Superfluitate*] consueta.
[k] *Studiũ*,] id est studiosa consuetudo inebriãdi.
[l] *Ab Apostolo*] ad Rom. 13.
[m] *Hieronymus*] hæc auctoritas habetur. 14. dist. §. 1.
[n] *Nabuzardan*] 4. Re.

Hier. aduersus Iouinianum lib. 2.

4. Reg. 15.

• *Vnde versus*] Præpopere, laute, nimis, ardenter, studiose. iste versus continet hosquúque modos.

p *Nihil*.] ibi dicitur: nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio, & sunt verba Chrisost.

q *Quia pinguis*] 44. dist. §. si ergo laicis.

Hier. lib. 2. aduersus Iouinianú.

r *Mordeatur*.] nota vers, quos dicitur Augustinus scripsisse in conspectu mensæ suæ.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

s *Regionis*.] vnde in dialogo de vita beati Martini dicitur qđ edacitas in Græcis, gula est in Gallis natura.

Hieron. d. lib. 2. aduersus Iouinianum.

t *Quod dicit Aug.*] ibi dicit: magis interest non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque suæ personæ, & pro suæ valetudinis necessitate quisaccipiat, sed quanta facilitate, & seueritate animi careat, cum his vel oportet, vel necesse est peccat homo per gulam: & vnde versus:

Est certum quod quinque modis gula damnat edacem,
Dum nimium comedit, & edendi præuenit horam.
Quærit delitias, parat escas delicioſe,
Vel sumit cupide quod non est delicioſum.

de cons. dist. 5. quinque modis. Item quia superfluitas cibi, vt ait Hieronymus, generat morbos varios, & mortiferos; moderata vero refectio fugat ægritudines, procurat sospitatem, vel hilaritatem. de cons. dist. 5. p nihil. & ne tales. & legimus. item q quia pinguis venter, vt ait Hieron. crassum sensum generat, cum econtra sacerdotalis sensus vigil debeat esse, & tenuis 23. 4. p3.

§. 4. In summa nota quod in conuiuio sacerdotali, vel clericali sunt ista sex regulariter obseruanda, videlicet, vt vita absentium non r mordeatur; vt præsentes non irrideantur; vt inanes fabulæ secularium negotiorum ibi non recitentur; vt verba sacræ lectionis ibi legantur, & audiantur; vt non sumatur cibus, nisi ad naturæ sustentationem; vt in principio, & fine semper hymnum, id est laudes, & gratias Deo referant. dist. 44. conuiuia. & pro reuerentia. & non liceat. de cõs. dist. 1. solent. Præter ista sunt etiam cauenda alia quinque numerata in versibus supra, proximo. §. Vbi etiam nota quod non reprehenditur quantitas cibi, cum aliquis multum sumit, vel ratione complexionis, vel ætatis, vel laboris, vel s regionis; dum tamen non studio, vel auiditate, vel ardore sumat. dist. 41. t quod dicit. item non reprehenditur pretiositas moderata ciborum, præsertim in diuite, qui talibus vti solet; dũ tamen sumendi qualitas non sit arguenda, & conformet se quilibet ijs, inter quos viuit, nisi causa euidens, & honesta sibi obstet, forte quia u prædicator, vel x monachus est, & non audet carnes comedere propter votum; vel quia alij comedunt illicite, & inhoneste. 41. dist. c. 1. 2. & 3. Item nõ debent clerici ministrare in taberna, nec comedere ibi, nec bibere, nisi forte causa necessitatis, scilicet in peregrinatione. dist. 44. non oportet. 1. & nulli clerico. Addunt etiam quidam, quod clerici non debent habere y tabernas, quod satis approbo, propter

carere.

u *Prædicator*,] id est aliquis de fratribus prædicatoribus, qui secundum constitutiones suas abstineant a carnibus.

x *Monachus*] cui non licet vesci carnibus, nisi propter infirmitatem, aut debilitatem, de cons. dist. 5. carnem. ext. de statu mon. cum ad monasteriũ.

y *Tabernas*] in quibus ipsi personaliter ministrent

ſtrent, aut ibi exerceantur inhoneſta, quod eſt contra quoſdam etiam Epiſcopos, qui, dum faciunt vendivina ſua, extendi faciunt papiliones, & alia delicata præparari ad prouocandum potatores, & ribaldos ibi bibendum.

z *Confertis*] quę alio nomine vocantur comeſſalia, vt dicitur in illo capitulo, non oportet.

a *Quia tunc*,] id eſt in neceſsitate.

b *Alia conuiuia*] ad opus hoſpitum tranſeuntium.

pter vilia, & turpia, quæ ibi exercentur. Item non debent clerici, vel etiam laici celebrare ex ſymbolis, vel z confertis conuiuia. 44. diſt. non oportet. 2. & non liceat. niſi forte cauſa procurandi pauperes. 41. diſt. ſi quis deſpicit. Item non debent etiam agapes, id eſt conuiuia pauperum fieri in eccleſia, niſi cauſa neceſſitatis; a quia tunc etiam alia b conuiuia honeſta poſſent ibi fieri. 42. diſt. c. penultimo. Item non debent ſe inuitare ad potus æquales. vt ext. de vit. & honeſt. cleric. c a crapula. nec precari in amore aliquorum ſanctorum; vel animarum bibere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec publicis conuiuijs, quibus interſunt ioculatores, intereſſe. de conſ. diſt. 5. nullus. & c. ſequenti.

c *A crapula*] dicitur ibi; illum abuſum decreuimus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſe potatores obligant.

d *Nullus*] ibi dicitur quod nullus presbyter precatus in amore ſanctorum bibere præſumat, aut alios ad bibendum cogere.

e *Sequenti*] ibi dicitur quod clerici ſpectaculis, quæ in nuptijs, aut ſcenis, exhibentur, intereſſe non debent, ſed ſurgere de conuiuio, & abire antequam ingrediantur thymelici, id eſt ioculatores.

Digitized by Google

De prudentia ordinandorum.

[a] OPortet & ordinandum esse prudentem: debet enim habere triplicem peritiã, videlicet sacræ scripturæ. 36. dist. per totam. item secularium litterarum. 37. dist. §. sed econtra. & §. sequenti. item secularium negotiorum. 39. dist. per totam. Sacram autem scripturam, & Ecclesiasticam disciplinam scire debet, ad subditorum animas reformandas. 36. dist. c. 2. & §. ecce. & c. si quis vult. & propter hoc [b] statutum est, vt in Ecclesijs metropolitanis teneantur doctores Theologiæ; & qđ clerici exeuntes prouinciam ad audiendã Theologiã percipiant integra stipendia: immo & si nõ sufficiunt eis sua, & illi honesti sunt, & bene addiscũt, debet Ecclesia sibi necessaria ministrare. ext. de Magistris. quia nõnullis. & super specula. Seculares sciẽtias debet scire ad eruditionem, vt possit discernere verum a falso, & per eas habere aditum ad [c] scientias pietatis; non autem ad voluptatem, vel delectationẽ. dist. 37. §. cur ergo. & secundũ hoc soluitur contrarietas multorum capitulorum eiusdem distinctionis. ideo etiam statutum est, vt teneantur magistri liberalium artium. ℞. supra de magistris. hoc tamen non intelligas de omnibus liberalibus artibus, sed de triuialibus tantum, scilicet Grãmatica, Dialectica, & Rhetorica, quia illæ specialiter ducunt, & erudiunt homines ad scientias pietatis. Secus in quadruuialibus scilicet Arithmetica, Geometria, Musica, & Astronomia; quia illæ, licet in se contineant veritatem, nõ tamen ducunt [d] ad pietatem, vt ait Hier. 35. dist. si quis artẽ. Item auctores gentilium, & huiusmodi libelli possunt legi propter eandem causam, qua triuiales scientiæ: & si quid boni inueniatur in eis, illud tamquam proprium sumat lector, & ad bonos vsus conuertat, non quia illi dixerunt ita, sed quia illud in se bonum est. 37. dist. [e] turbat. & [f] qui de mensa. & si quid veri. & relatum. in fi. hoc enim fecit Paulus, cum in Epistola ad Titum c. 1. inseruit illud Epimenidis: Cretenses malæ bestiæ, ventres pigri. item in Epistola 1. ad Corinth. 15. illud Terentij: sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. Hieron. etiam vsus est [g] versibus Virgilij de cons. dist. 5. numquam. & auctori-

Elicit, illa cadens raucum per laeuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq. arentia temperat arua.
& loquitur de agricola.

[a] *Oportet.*] 4. c. Apostolicæ regulæ.
[b] *Statutum*] sed male obseruantur hodie ista statuta.
[c] *Scientias pietatis*] scientia pietatis est secundũ a Hieronymum, nosse legem intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos non ignorare. 37. dist. si quis artem.
[d] *Ad pietatem*] id est ad scientiam pietatis. vel ad cultum Dei, qui consistit, in fide, & spe, & charitate.
[e] *Turbat.*] Acumen legentium, & deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris oĩbus modis existimat prohibendos.
[f] *Qui de mensa*] ibi dicitur: quomodo si quispiam aduersus matemathicos velit scribere imperitus matheseos, risui pateat, & aduersus philosophos disputans, si ignorat, dogmata philosophorum?
[g] *Versibus Virgilij*] his scilicet:
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam

Hier. lib. 1 contra Iouinianum.

Hier. aduersus Iouinianum lib. 2.

ctoritate Galeni, & Hipocratis. de conſ. diſt. 5. ne tales. item Aug. verſibus [h] Lucani. 26. q. 5. nec mirum. circa prin. leges autem, & phyſicas poſſunt audire; ſed tamen non cauſa cupiditatis, vel voluptatis. arg. 37. diſt. c. 1. & c. [i] legimus. 1. & 2. & c. [k] ideo. & hoc, niſi ſint monachi, vel regulares, vel ſacerdotes, vel habentes [l] perſonatus, vel plebanatus, qui nullo modo poſſunt audire; & ſi audierint, ipſo iure ſunt excommunicati. [m] infra de ſent. excom. §. vtraque excommunicatio. Debet etiam ordinandus habere peritiam ſecularium negotiorum, quia non ſolum ſpiritualia, ſed etiam temporalia debet ſubditis, & neceſſitatem patientibus miniſtrare. 39. diſt. [m] per totum. ext. de renunt. niſi. 86. diſt. fratrem. ſed nunquid laicus, qui omnino ignoraret literas, [n] reciperet caracterem? dicunt quidam quod non, quia ſubſtantia ſummi ſacerdotij ſunt eloquia diuinitus tradita. 38. diſt. omnis. & arg. 40. diſt. ſicut. verſ. clericatus, & ſacerdotium. Alij dicunt, quod credo verius, quod bene reciperet characterē, quia ex quo baptizatus eſt, ſuſceptibilis eſt cuiuſlibet ſacramenti, cum baptiſmus ſit ianua omniū ſacramentorum. 32. diſt. §. verū. circa fi. & facit adhoc 1. q. 1. ventum. verſ. ſed dicitur. [o] Et quod dicitur in illo c. omnis. referendum eſt ad executionem ordinis, quod ſine litteris non poteſt fieri. In ſumma nota, quod ſufficit vt habeat ſcientiam competentem, etſi non eminentem. ext. de elect. cum nobis olim. item propter ſimplicitatem repellitur quis ab [p] obtinendo, ſed non deijcitur ab obtento, immo datur ei coadiutor. 39. diſt. Petrus. 7. q. 1. quia frater. ext. de elect. cum in cunctis. item propter illiteraturam poteſt Epiſcopus petere licentiam reſignandi. ext. de renunt. niſi.

[h] *Lucani.*] qui dicit.
Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni
Incantata perit.
Aug. 18. de Ciuit. Dei. c. 17.

[i] *Legimus.*] ibi dicit Ambroſius: legimus aliqua, ne negligamus; legimus ne ignoremus; legimus, nō vt teneamus, ſed vt repudiemus.

[k] *Ideo.*] ibi dicit Iſidorus: Ideo prohibetur Chriſtianis legere figmenta poetarū, quia p oblectamenta fabularū nimium mētem excitant ad incētiua libidinū: non enim ſolum thura offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo: & eſt argumentum contra auctoriſtas, qui legunt, vel audiunt amatorios libros Ouidij.

[l] *Perſonatus,*] id eſt dignitates, vt Decanatum, Archidiaconatum, Cantoriam: nec intelligo clericos habentes ſimplicem curam animarum in eccleſijs parrochialibus, ſi nondum ſunt ſacerdotes, ſubiacere huic pœnæ, ſi leges audierint, vel phyſicam, licet Bern. notauerit cōtrarium, ext. ne clerici, vel monachi. ſuper ſpecula. Plebani autem non habent ſimplicem curam animarū in eccleſijs parochialibus, ſed habent etiā iuriſdictionem in clericos ſuarum eccleſiarum, & in parochianos.

[m] *Per totum.*] non eſt ibi niſi vnicum cap.

[n] *Reciperet*] ſub audi, ſi ordinaretur ad minores ordines, vel ſacros.

[o] *Et quod dicitur,*] ſcilicet qđ ſubſtātia, ſummi ſacerdotis ſunt eloquia diuinitus tradita.

[p] *Obtinendo*] Epiſcopatum, vel aliam adminiſtrationem, vel curam eccleſiæ.

Digitized by Google

De pudicitia ordinandorum. 46

[a] PVdicus]quantum capitulum apostolicæ regulæ. & de hoc habetur 42. dist. §. vltimo.

[b] Turturi.]Aui castæ.

[c] Dictum] secundum aliam translationem,

[a] PVdicus debet etiam esse sacerdos, vt moribus, & verbis pudorem indesinenter ostendat. Vnde in Cant. c. 1. genæ sponsæ id est prædicatores, [b] turturi comparantur: vnde in lege veteri [c] dictum est, verecundos, & verentes facite filios Israel. [d] Item Ambros. verecundia ingenuos prodit natales.

[d] Item.] 86. dist. non satis. & cõsideranda. & est Ambros. illa auctoritas. in nostra haberi alicubi non recolo.

Amb. lib. 2. de offic. c. 30.

De ornatu ordinandorum. 47.

[a] SEquitur in regula apostolica ornatum: debet enim ordinandus esse ornatus duplici ornamento, scilicet interiori, & exteriori. Interius ornamentum consistit in virtutibus, quibus debent esse ornati clerici, & præcipue sacerdotes, atque prælati, ne alij male sedentes in cathedra faciant iniuriam cathedræ. 40. dist. multi. Exterius ornamentum consistit in quattuor, in incessu, habitu, cibo, & potu. In incessu, vt non currant, sed raro, moderato, & æquali gressu incedant, vt maturitate, & æqualitate itineris maturitatem, & æqualitatem indicent mentis. Aug. Incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis. 41. dist. c. vlt. In habitu vt non deferant vestes incisas, id est lingulatas ad modum ioculatorum, nec varij coloris, nec rubeas, nec virides item non nimis longas, nec nimis breues item nec de serico, vel lana nimis pretiosa, nec etiam de nimis vili. quoniam, vt ait Hieronymus, nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudem pariunt. 41. dist. §. 1. item in habitu potest comprehendi etiam tonsura, quæ comam, & barbam debet deponere ext. de vit. & honest. cleric. [b] si quis. & [c] clericus. 1. q. 1. [d] duo. & breuiter oculos, linguam, & omnia membra debet sub fræno castitatis, & continentiæ coercere. 6. q. 1. [e] ex merito. 32. q. 5.

Aug. lib. quæstionũ super Gen. cap. 22.

[a] Sequitur. 6. c. apostolicæ regulæ.

Hier. ad Eustochiũ de custodia Virgini.

[b] Si quis] ex clericis comam relaxauerit, anathema sit.

[c] Clericus] comam non nutriat, nec barbam.

[d] Duo.] ibi dicit. H. quod clerici coronam habent in signum regni, q in Christo expectatur: ratio vero capitis est temporalium omnium depositio.

[e] Ex merito] ibi dicitur, quod officium illorum est non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec

Digitized by Google

nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus vnquam per eos non erit. & loquitur de clericis.

[f] *Nec solo.*] hoc c. est de regula beati Augustini, vbi dicit: nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos.

[g] *Conformare*] nisi sint monachi, vel regulares, qui morantes in schola cum scholaribus, non propter hoc debent deponere habitum religionis: nec credo quod Abbas eorum propter scholas super hoc cum eis debeat, vel possit dispensare, aut ipsi ea dispensatione vti, si de facto fuerit dispensatum.

[f] ~~nec solo~~. Si autem vis scire plene qualem habitum teneantur deferre clerici, lege de vit. & honest. cleric. clerici. item require de hoc supra de Apostat. §. pœna & §. quid si aliquis. & in alijs §§. sequentibus. In cibo, & potu, de his duobus ℞. supra de sobrietate ordinand. per totum.

§. 2. In summa nota quod ex causa peregrinationis, vel simili honesta licet clerico habitum transformare, & assumere habitum laicalem, vel pænitentialem, vel similem. 21. q. 4. Episcopi. ext. de vit. & honest. cleric. clerici. Item in habitu debent clerici se [g] conformare illis, inter quos viuunt in quantum possunt, seruando tamen in omnibus honestatem. arg. dist. 4. erit. & dist. 30. si quis virorum.

Gabetus

Gabitus Lg. tr. Gabitus

De Hospitalitate ordinandorum.

[a] DEbet etiam ordinandus esse hospitalis, quia vt ait Hier. domus clericorũ omnibus debent esse communes. 16. q. 1. quoniam. item quia hospitalitatis hortator esse non poterit, qui domum propriam hospitib[9] clausit. 42. dist. §. 1. item quia pietas hospitalitatis remunerátur temporaliter, & æternaliter. [b] Apostolus exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem vtilis est ad omnia, habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. item quia Abraham, & Loth hospitales erant, Angelos recipere [c] meruerunt. Sed circa hanc hospitalitatem modus & discretio adhibenda est: eorum namque, qui petunt eleemosynam, alij petunt quasi ex debito, vt prædicatores, & prælati; alij simpliciter pro corporis sustentatione. in primo casu subdistingue; quia aut sunt noti, aut non: si sunt noti, & constat eos missos, vel institutos ad prædicandum, vel ad prælaturam, recipiendi sunt: si vero sunt incogniti, vel dubitatur an tale officium sit eis concessum, primo debent examinari an ita sit, quia circa maiora periculum vertitur; non enim das tantum temporalia, sed accipis ab eis spiritualia, in quibus vertitur magnum periculum. 13. dist. quiescamus. In secundo casu, scilicet cum petunt pro sustentatione corporis, similiter subdistingue, quia aut potes omnibus abundare, aut non; in primo casu debes indistincte dare omnibus indigentibus: inuitant nos ad hoc exempla [d] Lot, & Abrahæ, qui, quoniam omnes indifferenter recipiebant, inter alios etiam angelos recipere meruerunt: si em̃ voluissent aliquos repellere, forsan inter illos & angelos repulissent. In hoc casu ait Ioann. Chrysost. Quiescamus ab hac surda, & diabolica, & peremptoria curiositate, scilicet discernendi inter pauperem, & pauperem: non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi tributurus est Deus, sed ex voluntate, & honorificentia multa, ex misericordia, & bonitate. 42. dist. quiescamus in princ. & in fine. item Greg. 11. q. 4. quoniam. in fine. vbi habes quod etiã excõmunicato [e] danda est eleemosyna: & hoc intellige tam de excommunicato, quam de quolibet manifeste peccante, nisi securitate cibi negligeret iustitiam: nam in tali casu dicit Augustinus: vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quam esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. 5. q. 5. non omnis. Quod autem dixi de istis, etiam cum exceptione intelligas, videlicet, nisi esuriant ad mortem; tunc enim

[a] *Debet.*] 7. c. Apostolicæ regulæ.
[b] *Apostolus.*] 1. ad Timoth. 4.
[c] *Meruerunt.*] Genes. 18.
[d] *Loth, & Abrahæ.*] Gen. 18. & 30.
[e] *Danda*] non in sustentationẽ superbi, sed humanitatis causa, vt ibi dicitur.

Hier. Damaso Papæ.

Chrysost. in Epist. ad Hebræos hom. 11. ad cap. 6.

Gregor. 7. lib. 5. Registr. in Concilio Romæ habito.

Aug. ad Vincentiũ Donatistã Epist. 48.

Digitized by Google

enim quantuncumque negligerent iustitiam, deberent pasci. 86. dist. [f] pasce. In secundo casu, scilicet cum non potes omnibus sufficere, dicit Ambn

Amb. lib. 1. de offic. c. 20.

nouem esse consideranda, scilicet fidem, causam, locum, tempus, modū, necessitatem, siue sanguinis propinquitatem, ętatem, debilitatem, & conditionem, siue nobilitatem. fidem, quia fidelis est præferendus infideli: causam, quia illi, qui tenentur captiui ab hostibus, sunt alijs præferendi: locum, vt si iustus propter debitum excrucietur in carcere, & in pœnis, atque supplicijs: nam si omnibus debetur misericordia, iusto amplius: tempus, quia si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret, sed tempore periculi, quo rapitur iniuste ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quā vita morituri, non est leue peccatum: modum, vt non totum vni, nec simul effundantur opes, sed discrete dispensentur, nisi forte aliquis ex toto velit [g] relinquere seculum: [h] necessitudinem, vt propinqui sanguinis extraneis præferantur, ita tamen quod causam præstet natura, non gratia, id est, non ditentur propter carnalem amorem, sed pascātur propter naturæ sustentationem: ætatem, quia senes sunt iuuenibus præferendi: debilitatem, quia claudi, cœci, valetudinarij, & similes, debent præferri sanis: nobilitatem, id est, verecundiam, quæ ingenuos prodit natales; quod præsertim attenditur in his, qui ex diuitijs sine vitio suo cecidērunt in ægestatem. hæc exponuntur plene. 85. dist. non satis.

§. 2. Pone quod pater tuus infidelis, & extraneus fidelis egeant, nec potes subuenire vtrique, sed alteri tantum, quem præferes? videtur, quod extraneum, qa fidelis infideli debet præponi. Econtra videtur quod patrem, qa consanguineus extraneo est præferend⁹. Ad hoc nota, quod opinio celebris est, patrem præponendum extraneo in exhibitione nutrimenti, extraneum vero patri in dilectione. arg. 30. dist. c. 1. Fundatur aūt hæc opinio super illo præcepto Domini: Honora patrem tuū, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. & hoc, si æqualiter indigent ad mortem: si enim extraneus indigeret ad mortem, & pater non, esset extraneus præferendus. 86. dist. pasce. Huic tñ opinioni videtur obuiare quoddam verbum Ambrosij in Cant. c. 2. super locum illum: ordinate in me charitatem. ait enim, multorum charitas inordinata est, q in primo ponunt tertiū, vel quartum. primo Deus diligendus est; secundo parentes, deinde filij, postea domestici, qui, si boni sunt, malis filijs præponendi sunt. sed hæc auctoritas intelligitur de affectu, non de nutrimenti exhibitione: [i] magis enim debemus diligere extraneos bonos, quam propinquos [k] malos; licet istis magis tenea-

Amb sup Cant. 2.

[f] *Pasce.*] Ambro. pasce fame morientē: quos enim pascendo seruare poteris, si non paueris, occidisti.

[g] *Relinquere seculum*] sicut Eliseus, de quo ponit ibi Ambrosius exemplum, quod boues suos dedit ad esum pauperum, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus daret se in propheticam disciplinā. 3. Reg. 19.

[h] *Necessitudinem*] necessitudo appellat consanguinitatis, vt affinitatis propinquitas.

[i] *Magis*] id est, ad maius, id est, ad vitam æternam.

[k] *Malos*] quādiu mali sunt; quia tunc non debem⁹ eis velle bonum vitæ æternæ absolutā vo-

voluntate", ſed conditionali, ſcilicet ſi pæniteāt, vel ſi dominus voluerit.

l *Per illam*] quæ ſumpta eſt de Eccleſ. 12. ſi benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

Ambr. lib. 1. de offic. c. 2.

m *In tribus*] de quibus habetur 45. diſt. tria ſunt genera eleemoſynarum.

n *Pretioſior*] qa, vt dicit Aug. maius eſt damnum in amiſsione vnius animæ, quā mille corporū. 24. q. 3. ſi habes.

o *Perdit*] ſimile. 14. q. 3. §. ex his omnibus. vbi dicitur: qui inuitus dat propter præſentem pudorem, & rē, & pudorem perdit.

neamur ſubuenire. Quidam tamen dicūt ſimpliciter bonū extraneum præferēdum conſanguineo malo, per finem p̄dictæ auctoritatis Ambroſ. & l per illam, eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum, cui des. ſed hoc legitur de peccatore, qui vult dare eleemoſynā alicui, vt oret pro eo, & obtineat ſibi gratiam, & alijs multis modis poteſt exponi.

§. 3. Fit etiam alia diuiſio circa eleemoſynam. Alia enim eſt interior, ſiue ſpiritualis; alia exterior, ſiue corporalis. Prima conſiſtit m in tribus, ſcilicet, vt dimittas ei, à quo læſus es. item vt charitatiue moneas, & corrigas delinquentem. item vt in his, quæ pertinent ad ſalutem, inſtruas ignorantem. Secunda vero conſiſtit in ſeptem operibus miſericordiæ, de quibus Dominus diſceptabit in iudicio Matt. 25. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Itē nota, q̄ prima eſt longe melior, & pretioſior, & dignior, quam ſecunda, quod patet ex tribus. Vnum, quia ſuſtentat, & ſpiritualiter nutrit animā, quę longe n pretioſior eſt, quā corpus. Secundum, quia hoc numquam deficit; ſiue enim homo ſit pauper, ſiue diues, ſemper poteſt facere hanc eleemoſynam: corporalem vero non poteſt, niſi habeat res corporales. Tertium, quia iſta ſpiritualis eleemoſyna valet ad ſalutem ſine corporali, cum ſcilicet non eſt indigens, qui recipiat corporalem; vel cum iſte non habet corporalem, quam cōferat indigenti. ſecus de corporali, quę numquam valet ad ſalutem ſine ſpirituali. Apoſt. Si diſtribuero omnes facultates in cibos pauperum. &c. Item Gregorius: Qui dat pauperi, non vt refrigeret viſcera indigentis, ſed vt careat tædio interpellantis, & rem o perdit, & meritum. item Auguſt. 45. diſt. duæ ſunt eleemoſynæ, &c. Item nota, q̄d tria ſunt conſideranda in eleemoſyna, ſcilicet iuſtum, ordo, & intentio; Iuſtum, vt de iuſto fiat, non de illicite acquiſito; quod qualiter ſit intelligendum. R. ſupra de negot. ſecul. §. Item quęritur. & in alijs ſequentibus §§. vſque in finē. Ordo, vt primo ſibi, poſtea proximo. vnde in Euang. Mat. 7. & Lucæ. 6. hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies feſtucam in oculo fratris tui. Et Salom. Eccl. 30. miſerere animæ tuæ placens Deo. Intentio recta, vt fiat propter Deum, non ad vanam gloriam; ne, ſicut ait Gregorius, vnde cælum mereri poterat, inde minimum tranſitorij ſermonis quærat:

1. Corinth. cap. 13.

Greg. in moralibus libr. 20. par. 4. c. 6.

Aug. lib. 50. homil. homilia 6.

Digitized by Google

De doctrina ordinandorum, & de correctione eorum. 9

[a] SEquitur in regula, Doctorem: debet enim ordinandus esse Doctor, cuius doctrina debet consistere in duobus, videlicet in disciplina correctionis, & in sermone prædicationis: in disciplina, vt corrigat non ex odio, sed ex charitate, & cum discreta voluntate. 86. dist. c. 1. 2. & 3. nam vt ait Augustinus, seu plectendo, seu ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 33. q. 5. prodest. si autem prælatus negligat corrigere subditos grauiter peccat, & grauiter est puniendus de culpa eius. Greg. [b] Episcopus qui crimina non corrigit, canis impudicus magis dicendus est, quam Episcopus. Item Anacletus: Nihil illo pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur, &c. perdit enim labiorum memoriam, mens terrenis obligata carceribus. Item Innoc. Error, cui nō resistitur, approbatur, &c. 83. dist. [c] nemo. & [d] error. & nihil. pœna talium est depositio. 81. dist. dictum. in princ. 11. q. 3. Teugualdum. magnitudo etiam, tam culpæ, quam pœnæ patenter ostenditur exemplo Heli sacerdotis. 1. Reg. 4. Debet insuper cauere prælatus, ne excedat modum in corrigendo; si tamen contingat eum modum excedere, dum corrigit ex charitate, non cogitur à subditis veniam postulare, nisi velit ex humilitate, nedum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. 86. dist. [e] quando. sæpe enim ex conuersatione pari nascitur contemptus dignitatis. ff. de offic. præsi. l. obseruandum. debet enim prælatus agere suo ingenio dignitatem, ne contemptibilis habeatur. ff. de offic. proconsul. nec quicquam. §. [f] circa. Si autem ex odio excesserit modum, tenetur veniam postulare, qa tenetur iniuriarum. Euangelium, si offers munus tuum ante altare, &c. & ff. ad l. Aq. l. quemadmodū. §. [g] Magistratus. parcitur tamen in hoc casu facilius prælatis, quam priuatis, quia in cura rei familiaris vix potest euitari peccatum. 25. dist. qualis.

§. 2. Consistit etiā hæc doctrina, vt dixi; in sermone prædicationis, circa quod tria sunt consideranda. Primum interius charitas ardens. Secundum exterius vita lucens. Tertium ipse actus p̄dicationis. De primo Apost. 1. Corint. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem nō habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens. De secundo [h] Greg. cuius

Aug. de vit. cleric.

Greg. Anthemio subdiacono Campaniæ lib. 11. epist. 29.

[a] *Equitur*] 8. capitulum Apostolicę regulæ.

[b] *Episcopus*] 2. q. 6. qui nec regiminis.

[c] *Nemo*] ibi dicitur, quod Episcopus, qui crimina non corrigit, canis impudicus dicendus est.

[d] *Error*] cui nō resistitur, approbatur, & veritas cum minime defenditur, opprimitur: negligere quippe, cū possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere: nec caret scrupulo societatis occultę, q manifesto facinori desinit obuiare; & ita probat se odisse vitia, qui cōdemnat errantes; & primus gradus innocētiæ est odisse nefanda.

[e] *Quando*] hoc capitulum est de regula secundū Aug.

[f] *Circa*] ibi dr. Circa aduocatos patientē esse proconsulē oportet; sed cū ingenio, ne cōtemptibilis esse videat.

[g] *Magistratus*] si damnum per iniuriā dederit, lege aquilia tenetur.

[h] *Gregorius*.] 11. q. 4. præcipue.

Greg. 2. par. pastoral. cap. 2.

Ec-

vita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtemnatur; talis etiam, si bene prædicet alijs, Deum instruit quomodo ipsum debeat condemnare. 40. dist. multi. hic comparatur à Hieronymo cineri, per quem lixiuiũ doctrinæ transiens lauat, & non lauatur. 83. dist. c. vlt. & ab Augustin. lapideo canali, per quem aqua doctrinæ transit ad areolas, id est corda subditorum, in quibus aliquando facit fructum. 1. q. 3. si iustus. & à Nicolao Papa faci ardenti, quæ seipsam cõsumens alijs lucem ministrat. 15. q. vlt. c. vlt. Item de istorum culpa, & pœna in canonica Petri 2. hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur; Grego. scire debent prælati, quia si peruersa vnquam perpetrent, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos per diuersa exempla transmittunt. & optime inuehitur contra istos Hier. 35. dist. [h] Ecclesiæ principes.

§. 3. Circa tertium autem, scilicet circa actum prædicationis quattuor sunt attendenda, scilicet tempus, locus, qualitas audientium, modus, & qualitas dicendorum. Tempus, vt non semper loquatur, sed temporibus opportunis: si enim semper plueret, terra numquam germinaret. vnde contra tales in Leuit. 5. vir, qui fluxum seminis patitur, immundus erit. item Gregorius super illum locum Apost. ad Timoth. 1. c. 4. Prædica verbum, insta opportune, & importune, ait: dicturus importune, præmisit opportune, quia apud auditorum mentes ipsa sua vilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit. 43. dist. sit rector. in fine. Locus attendendus est, quia debet fieri prædicatio in ecclesia, vel in alio publico loco, & honesto, non autem in priuatis locis, vel domibus, ne nascatur ex hoc suspicio hæresis. 30. dist. si quis extra. vnde Moysi præcipitur in Exodo 28. vt sacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur, ac si dicat, cum ingreditur tabernacula poterit ambiri tintinnabulum, idest poterit prædicare. item Salom. Prouerb. 5. In plateis tuis aquas tuas diuide. item Euang. Matth. 10. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Non tamen nego, quin aliqua bona verba possint ab aliquo dici in alijs locis in modum simplicis exhortationis, licet non in modum prædicationis. ext. de hæret. [i] cum ex iniuncto: circa princ. Item qualitas audientium, modus etiam, & qualitas dicendorum considerandæ sunt: sapientibus enim, & dignis potest alta, & profunda prædicare; simplicibus vero, & non capacibus pauca, plana, & vtilia. Apost. Sapientiã loquimur inter perfectos. Idem: lac dedi vobis potum, non escam. Gregorius in pastor. [k] prouidendum est intentione solicita rectoribus, vt ab eis, non solum prauia nullo modo, sed nec recta qui-

[h] *Ecclesiæ principes.*] ibi dicitur confusio, & ignominia est Iesum Crucifixum, pauperem, & esurientem fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam buccas rubentes, tumentiaq. ora proferre.

[i] *Cum ex iniuncto*] ibi dicitur, quod desiderio intelligendi diuinas scripturas, & studium adhortandi secundum eas nõ est reprehendendum, sed potius commendandũ.

Aug. contra hæreticos, tract. 5. in Ioan.

[k] *Prouidendum*] hoc habetur. 43. dist. sit rector, vers. prouidendum.

Hier. in musicam. cap. 2.

Greg. super epist. ad Tim. 4.

Greg. Desiderio epis. lib. 9. epist. 48.

Digitized by Google

dem nimis, & inordinate proferantur, quia sæpe Doctorum virtus perditur apud corda audientium, si loquacitas incauta oportunitate leuigatur; dum à loquente ornatur, & politur, ab auditoribus leuis, & inanis iudicatur. hoc etiam docuit Dominus Matth. 5. cum in plano turbis, & in monte loquebatur Apostolis. Patet ex his, quod nec debet prædicator in sua prædicatione grammaticam, aut fabulas Iouis, aut similia exponere populo. hoc etiam tamquam graue nefandum, & irreligiosum prohibuit expresse Gregorius 86. dist. [1] cum multa. Item hæreticis secretiora fidei non sunt pandenda, nisi forte signa apparerent expressa, quod vellent corrigi; & tunc cum magna cautela. dist. 43. in mandatis. require de hoc supra de hære. §. vlt. vers. item habetur. Si contra formam istam aliquis prædicat, videtur facere vel propter loquacitatem incautam, vel propter adulationem, vt scilicet eis placeat, quibus secreta reuelat; vel propter ostentationem, siue iactationem, vt plus scire videatur. 43. dist. §. pariter. Si vero secundum hanc docuerit, & subditi noluerint emendari, mundæ erunt coram Domino manus eius à sanguine subditorum. Apost. Mundus sum à sanguine omnium; non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. & Aug. 47. dist. [m] quantũlibet vigilet disciplina domus meæ homo sum, & inter homines viuo. §. 4. In summa nota quod prælatus, etiam Episcopus, debet addiscere, & exemplum boni sumere, non solum à maiori, vel pari, sed etiam à paruulo, & infimo erudito, vnde [n] Clemens: Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minus eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis inquirere negligat: qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat, magis diaboli, quã Christi membrum esse ostenditur. & potius infidelis, quam fidelis monstratur. Item [o] Augustinus: Ego senex à iuuene, & Episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo paratus sum edoceri.

Item nota, quod non debet cessare a correctione, vel prædicatione propter subsannationem, vel persecutionem. 43. dist. scimus. & hoc intelligas, vbi aliqui boni sunt inter malos, vel si omnes sunt mali, si est spes de correctione: aliter, si omnes sint obstinati, & nulla spes est de correctione, immo peiores efficerentur: predicatione debet tacere, & dicere cum Hier. Solus sedebam, quia amaritudine repletus eram; vel potest se transferre ad alium locũ, vbi possit facere aliquem fructum; vnde dominus

[1] *Cum multa*] ibi dicitur: in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt.

[m] *Quantumlibet*] ibi dicit August. arrogare mihi nõ audeo, vt domus mea melior sit, quam archa Noe, vbi tantum inter homines octo, vn' reprobus inuentus est; aut melior, quam domus Abrahę, cui dictum est: eijce ancillam, & filium eius; aut melior, quam domus Isaac, cui de duobus gemi nis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

[n] *Clemens*] 38. dist. nullus Episcopus.

[o] *Aug.*] 24. q. 4. si hæres.

Greg. Desiderio epis. lib 9. epist. 48.

Act. Apostol. c. 20.

Aug. clero, & populo Hipponensi epist. 137.

Aug. ad Auxilium Episcopũ epist. 75.

Hiero. ad Occanum Epm 83.

Digitized by Google

nus in Enangelio, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. & Psal. Ecce elongaui fugiens, &c. Item [p] Paulus Damasci persecutionem passus, videns ibi ex sua præsentia, vel nullum, vel modicum fructũ adesse latenter deponi p murũ voluit, vt alibi fructum meliorem faceret. & plura potes de hoc inuenire. 7. q. 1. §. hoc etiam tunc obseruandum. & §. [q] cum autem. & c. ibi. & 43. dist. [r] sit rector.

intelligendũ est hoc de persecutione extrinseca: si autem sit intrinseca, à vitijs, scilicet subditorum; si sunt ibi aliqui boni, quibus adiuuetur, non debet recedere, alias recedere potest, vt dicit illud c. ibi. 7. q. 1. vbi dicitur ibi adunati æquanimiter sunt portandi mali, vbi sunt aliqui, quibus adiuuentur boni.

[p] Paulus] 2. ad Corinth. 11. in fi. & Actor. 9.

[q] Cum autem] ibi distinguitur vtrũ solus prælatus quæratur, aut prælatus cũ ecclesia: si solus, & potest p aliũ suæ ecclesiæ consulere, pōt fugere; aliter nō debet. Si autem quæritur, cum Ecclesia debet se opponere vt murum pro domo Domini, &

Ambr. lib. 1. de offic. c. 2.

[r] Sit rector] discretus in silentio, vtilis in verbo, ne tacenda proferat, aut proferenda reticeat.

De clerico percussore.

[a] SEquitur, Non percussorem. super hoc nota, quod duplex est percussio, spiritualis, & corporalis. Spiritualis est illa, quæ fit malo, & inutili sermone; cum scilicet indiscretus prælatus sermone inutili corda percutit infirmorum. hæc semper prohibetur, quia semper mala. dist. 45. c. vlt. de hac ℞. supra de doctrina ordin. circa fi. vers. item qualitas audientium. & supra de rap. §. accusatores. vers. tertij autem. Corporalis vero percussio est, quæ fit corporaliter manu, scilicet flagello, vel simili verberando; hoc fit aliquando ex malitia, vel odio, vel vt verberans magis timeatur; aliquando ex charitate, & causa correctionis. in primo casu prohibetur tã quã peccatũ mortale, & graue, & inducit depositionẽ. 45. dist. [b] c. 1. & c. Epm. In secdo casu oībus habentibus potestatẽ licita est in suos subditos. dist. 35. ante. 45. dist. cũ beatus fallit hoc in Epo, cui neminem suis manib⁹ verberare licet. dist. 86. nō liceat. pōt tñ peccantes subijcere verberibus p aliũ. 5. q. 5. illi qui. non tñ per laicum, sed per clericum, si ipse verberand⁹ est clericus: si enim per laicum verberaret clericum, ambo, scilicet Eps, & laicus, inciderent in Canonem latæ sententiæ. ext. de sent. excom. [c] vniuersitatis. & hoc nisi penitus esset clericus incorrigibi-

enim à sacerdote alienum debet esse.

[a] Sequitur] 9. c. Apost. regulæ.

[b] C. 1.] ibi dicitur: noua est, atque in ordinata hæc prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

[c] Episcopum] ibi loquitur de illo prælato, qui percutit alios, vt faciat se timeri.

[d] Non liceat] Episcopo aliquẽ proprijs manibus cedere; hoc

[e] Vniuersitatis] ibi dicitur, quod Abbas non debet verberare monachum clericum, nec conuersum, nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat in propria persona; vel, si necessitas vrgeat, per clericum, vel monachum: alioquin tam Abbas, qui mandat, quam ille, qui obedit ei in hac parte, incidit in Canonem, & absolui debet à Papa; etiam si causa verberandi subsit.

[f] Per

gibilis; tunc enim posset etiam [f] per laicum. ext. de sent. excom. vt famæ. dist. 17. nec licuit. caueat tñ laicus ne amplius sua violentia se extendat, quam defensio, vel rebellio exigit clericorũ, vt in illa decr. vt famæ. in fi. quod qualiter sit intelligendum. Bz. supra de rap. §. circa principes. vers. [g] auctoritas. Item circa subditos, & crimina, est talis distinctio adhibenda: nam pueri, & in minoribus ordinibus constituti licite verberantur, etiã pro minoribus culpis. maiores vero, & positi in maioribus ordinib⁹ non debent verberari, nisi pro maioribus criminibus. dist. 45. §. Salomon. 86. dist. quando. 45. dist. cum beatus. Sunt tñ quidam casus, in quibus licite percutitur clericus à quocumq; clerico, vel laico. Bz. infra de sent. excom. §. vtraque excõmunicatio. Hæc distinctio locum habet in clericis secularibus tantum: regulares enim secundum regulas suas subijciuntur verberibus, etiam pro leuibus culpis. arg. ext. de appel. [h] reprehensibilis. in fi. ext. de simo. per tuas. in fin. ext. de accusat. [i] qualiter. in fi. hoc tamen vigilanter caueant prælati regulares, quod non nisi ex charitate, & cã regularis disciplinæ verberent subditos fratres, vel conuersos; & hoc per seipsos, vel [k] alios regulares, [l] vel clericos: nã si per laicum, nisi in casu supra [m] notato; vel etiam per clericum, vel regularẽ, si nõ [n] ex charitate, vel correctionis causa, & mandans, & verberãs incideret in canonẽ latæ sententiæ: & iste est casus illius decret. vniuersitatis.

§. 2. Quid si clericus, vel regularis verberauit aliquem, & postea volens ei satisfacere de offensa, in compensationem iniuriæ sponte se ipsi iniuriã passo subijcit verberandum, numquid verberans est excõicatus? videtur q̃ non, quia volenti non fit iniuria. 33. q. 5. noluit. Sed dic qđ ille, qui ita se subijcit verberandũ, debet excõicari, & ipse verberans est excõicatus ipso iure: talis enim iniectio, & si non violenta, [o] iniuriosa tñ est, & temeraria, cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quã in fauorem ordinis clericalis fuerit ꝓmulgatus. ext. de sent. excom. contingit. l. & [p] ita sentiunt fere omnes Doctores.

§. 3. In summa nota, quod prælatus

[f] *Per laicum*] qui tamen clericos eos in magnis sceleribus deprehẽsos nõ debet capere, nec ad iudicium trahere, nisi de mãdato prælatorũ, quorum iurisdictioni subditi sunt, & quorum est corrigere criminosos, sicut innuit illa decr. vt famę.

[g] *Auctoritas*] ibi dr̃, quomodo vim vi licet repellere, scilicet in continenti, & cũ moderamine inculpatę tutelę, cum alijs quæ ibi notantur.

[h] *Reprehensibilis*] ibi dr̃ quod regulares nõ ꝑsumant appellare contra regulã prælati sui, & capituli disciplinã.

[i] *Qualiter*] ibi dr̃: cum causa requirit, regulares personę facilius, & liberius possunt ab administrationibus remoueri, quam seculares.

[k] *Alios regulares*] clericos tñ, quia per laicos conuersos non est hoc tũtum facere, vel honestum: & illa decret. vniuersitatis. non videtur cõcedere, q̃ hoc faciat Abbas, nisi per clericũ, vel monachum.

[l] *Vel clericos*] siue regulares, siue seculares; q̃a nec litera in hoc loco, nec decr. distinguit ĩter hos, & illos.

[m] *Notato*] qñ penitus incorrigibilis est.

[n] *Ex charitate*] vel saltem dilectione informi.

[o] *Iniuriosa*] quomodo iniuriosa est cum iniuria nõ inferatur volenti? Bz. iniuriosa est quantũ ad ordinem clericalem, in cuius fauorem, & in odium laicorum editus est ille Canon. si quis suadente. vnde nullus cleric⁹ illi priuilegio renunciare potest.

[p] *Ita sentiunt*] & bene; tñ quidã dixerunt contra, propter hoc quod in illa decre. contingit. dicitur: volumus, & mandamus, vt in cætero prohibeas attentari. Si quis

tus non debet esse remissus circa iustitiam, & correctionem: nam vt ait Ambros. dum vni parcit indigno breui lachrimula, & etiã vberioribus fletibus, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos; facilitas enim venię incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta misericordia. & c. sequenti. item non debet esse seuerus siue crudelis. 45. dist. [q] licet. 1. & 2. & Salom. Prouer. 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. Idem: noli esse nimis iustus, &c. sed ex remissione, & ex seueritate debet conflare quoddam medium temperamẽtum, quod recte potest dici iustitia. [r] Greg. Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna, sine altera teneat. Idẽ omnis, qui iniuste iudicat stateram in manu gestans, in vtroque penso iustitiam, & misericordiã portat. Idẽ: vera iustitia compassionem habet, falsa vero dedignationem; quamuis & iusti soleant peccatoribus [s] indignari. item non debet esse facilis ad [t] sumendam vindictam, sed causa cognita, & consultis Ecclesiæ senioribus, & alijs sapientibus, debet [u] procedere. 86. dist. si quid vero. & [x] tanta. item si contingat ipsum in altero excedere, melius est sibi de nimia misericordia, quam de nimia seueritate reddere rationem. dist. 50. [y] põderet. in fi. 26. q. vlt. alligant. & Philosophus: [a] Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti; asperitatis autem nimia increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem. & Seneca: Generosus animus hominis facilius ducitur, quam trahitur; vbi tamen non prodest lenitas, succedere debet asperitas. quod ostendit. Apost. 2. ad Timoth. 4. dicens: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina: & hoc, nisi scandalum timeatur. ℞. infra de scand. §. 2. 3. & 4.

Si quis autẽ clericus post prohibitionem huiusmodi sponte se subiecerit, excõmunicetur vterque: ex quo verbo videtur, quod ille, qui verberat non erat excommunicatus, sed excommunicandus; sed hodie in noua cõpilatione, non ponitur illud vterque: sed dr tantum excommunicetur ille, scilicet clericus, qui spõte se subiecit clerico ad verberandum.

Ambros. ser. 8. in Psal. 118. vers. 2.

[q] *Licet*] ibi dicitur: plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio; pl' charitas, quam potestas. In sequenti cap. idẽ dicitur, & additur etiã: dominari magis, quam consulere subditis placet: inflat honor in superbiam, & & quod prouisũ est ad cõcordiã, tendit ad noxã.

Greg. Ioanni Episcopo Panormitanc lib. 11. Epist. 49.

[r] *Greg.*] Istæ auctoritates Gregorij habentur. 45. dist. disciplina. & omnis. & vera iustitia. & sunt namque.

[s] *Indignari*] verum est, sed non dedignari.

[t] *Sumendam.*] nec ad credẽdũ, si quod malum de subditis audierit.

[u] *Procedere*] & tunc, si qualitas rei poposcerit canonica distinctio culpam feriat delinquentis, sicut dicitur in illo c. si quid vero.

[x] *Tanta*] ibi parcit cuidam Episcopo scelerato propter simplicitatem, & senectutem eius.

[y] *Ponderet.*] ibi dicitur: sentẽtiã, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed sed etiam audire fugite.

[z] *Alligant*] ibi dicit Chrysostomus: si erramus modicam pænitentiã imponentes, nõne melius est propter misericordiã rationem dare, quam propter crudelitatem?

[a] *Leuiter castigatus*] hoc habetur. 45. dist. cum beatus. circa princ.

De li-

De litigiosis non ordinandis. 11

[a] SEquitur in regula, non litigiosum. Prohibetur autem litigiosus ordinari tribus de causis. Prima est vitium, quod consistit in doctrina prædicationis, quia cum sit superbus, & arrogans, [b] nescit humiliter docere; vnde Hieronymus: nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ad lites in subiectos tumide intonant: talibus dicit Dominus per Ezechielem 34. Vos cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, &c. Secunda causa est vitium, quod attenditur circa conuersationem; quia litigiosus solet esse adulator, proditor, detractor; maledicus, inuidus, ioculator, scurrilis, & ad iniuriam vlciscendam facilis. 46. dist. §. ecce. & capitulis sequentib. Tertia causa est, quia cum ipse sit litigiosus, & per consequens prouocet alios ad discordiam, non posset discordãtes ad concordiã attrahere, quod tamen tenetur ex officio facere. dist. 90. [c] §. primo. & per totam dist. proprium, doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant proferre, quæ docent, & recta, quæ sapiunt, etiam recte ministrare non possunt.

Hieron. in epistol. ad Oceanum Episcopũ.

[a] *Equitur*] decimum capitulum Aposticæ regulæ.

[b] *Nescit.*] 46. dist. c. 1. vbi dicitur hoc habet proprium.

[c] *§. primo.*] ibi dicitur litigiosus prohibet ordinari, quia qui sua potestate discordantes debet ad concordiam attrahere; qui oblationes dissidentium, prohibentur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios addissidium debet prouocare.

Digitized by Google

De cupidis non ordinandis. 12

[a] NOn cupidum. prohibetur enim cupidus ordinari, & eligi. dist. 47. §. 1. [b] 42. dist. §. 1. 85. dist. Archidiaconum [c] Florentinum. ratio autem huiusmodi prohibitionis est duplex. Prima, quia cupiditas est radix omnium malorum, & auaritia idolorum seruitus, sicut ait Apostolus. & ext. de const. [d] nam concupiscentiam. & 46. dist. [e] virum. & bonorum. Secunda ratio, quia mens eius excæcata cupiditate non videt, quid expediat, sed semper videt aurum, redditus computat, gratius intuetur aurum, quam solem. 47. dist. sicut ij qui. 3. q. 5. [g] accusatores, vel testes suspecti. Sed quia propter cupiditatem clerici, monachi, & regulares sæpe efficiuntur negotiatores, videndum est vtrum clericis, vel alijs ecclesiasticis personis liceat negotiationes exercere: circa hoc distingue, vt supra de negotiis secularibus.

[a] *NOn cupidum*] vndecimum capitulum Apostolicæ regulæ.

[b] *42. dist.*] ibi dicitur: quomodo hospitalitatis exhortator esse poterit, qui domum propriam hospitibus clausit?

[c] *Florentinum*] iste Florentinus ita tenax erat, vt ad charitatẽ amicus eius domum non intrarit.

[d] *Radix*] 1. ad Timoth. 6.

[e] *Non concupiscentiam*] ibi dicitur: bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omnia mala prohibet.

[f] *Virum*] ibi dicitur: mens potentiæ terrenæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.

[g] *Bonorum*] auctori aliter inhærere non valemus, nisi cupiditatem à nobis, quę omnium malorum radix est, abscindamus.

[h] *Accusatores*] ibi dicitur: amor carnalis, & timor, atque auaritia sensus hominis plerumque hebetant, & peruertunt opiniones, & quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ.

Quod ordinandus domui suæ sit bene præpositus. 13

SEquitur, domui suæ bene ꝑpositus, id est familiæ suæ, quando regit eam honeste, à vitijs ad virtutes exemplo, & verbo trahendo. 47. dist. §. necesse. Ratio huiusmodi dicti est duplex; vna, quia nō habet frontē reprehendendi alios, qui suos corrigere negligit. vt in ꝑall. §. necesse. Alia, quia præsumitur vehementer contra eum de crimine negligentiæ, quod adeo magnum est, quod etiam depositionem inducat. dist. 81. [b] dictum. Vbi tamen sine culpa sua familia mala esset, quia correxisset eam, quantum ad se sufficienter, non imputaretur ei, nec repelleretur propter hoc à promotione, vel ab alijs legitimis actibus. 47. dist. §. [c] non enim. & c. quantumlibet. præsumitur tamen prima facie contra eum, quod per eum steterit, donec probet contrarium. 18. dist. peruenit. Postquam autem fuerit promotus ad episcopatum, debet esse bene præpositus domui suæ, id est ecclesiæ suæ; quia non debet plura beneficia ecclesiastica, & maxime quæ habent curam annexam, vni quantumlibet exercitatæ personæ vno tempore committere, sed singula singulis. 89. distinct. singula. 7. q. 1. in ꝑpibus.

§. 2. Nota ergo, quod si Episcopus confert vni personæ duas dignitates, vel personatus, etiam si curam non habeant animarum; vel ecclesias parochiales duas, vel plures, peccant ambo, & conferens, & recipiens. vt ext. de præbend. [d] de multa. Vnde si post [e] Concilium generale recepit aliquis duo beneficia curam animarum habentia, vel vnum, non dimisso altero, quod ante dictum Concilium obtinebat, & hoc vitio [f] non purgato eligitur, debet electio, tamquam de persona ineligibili facta, cassari. ext. de elec. [g] dudum ecclesia. Circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ, cum ratio postulauerit, poterit per sedem Apostolicam [h] dispensari. vt in ꝑalleg. constit. de multa. per quod, licet quidam aliter dixerint, intelligo in talibus potestatem dispensandi Episcopis nobis presbyteros, ꝑpter suā negligētiam degradatos.

[a] *Equitur*] duodecimū capitulum Apostolice regulæ.

[b] *Dictum*] est

[c] *Non enim*] ibi dicitur: iustus nō polluitur vitio filiorum, si talis sit, qui non timeat propter vitia liberorum, extraneos reprehendere.

[d] *De multa*] ibi dicitur, quod qui habet curam animarum, si postea recipit aliā, ipso iure amittit primam.

[e] *Concilium*] celebratum sub Innocentio.

[f] *Non purgato*] per dimissionem primi beneficij, vel secundi, si maluerit retinere primum, dum tamen illud primum de nouo ei canonice conferatur.

[g] *Dudum*] ibi cassatur electio decani Rotomagen. quia tempore electionis tenebat duo beneficia curam animarum habentia.

[h] *Dispensari.*] vt habeāt simul plura beneficia curam animarum habentia, & plures dignitates, siue in eadem ecclesia, siue in diuersis.

[i] *Subla-*

Digitized by Google

quid Eps potest dispensare, quod habeat aliquis plures præbendas, aut plura beneficia sine cura animarum, & sine personatu? R. credo qđ sic; nõ tñ de iure scripto põt hoc, sed de consuetudine sola, quam Papa scit, & non reprobat; & ideo præsumitur eam approbare: vnde credo derogatũ esse hodie per cõtrariã consuetudinem illi capitulo. 70. dist. sanctorum. vbi prohibetur, qđ nullus sit canonicus þbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, id est intitulatus, licet ex dispensatione Epi vn' diuersis possit præesse ecclesijs, in huiusmodi tamen dispẽsationibus, siue fuerit per Papam, siue per Episcopum, consideranda est causa dispẽsationis, quæ si non sit iusta, & rationabilis, non est dispẽsatio, vt dicit Ber. & non excusat illum cũ quo taliter dispensatur, quo ad Deũ; sed tantũ quo ad Ecclesiam militantem. Sed cum habenti præbendam in vna cathedrali ecclesia datur ab alio Episcopo præbenda in alia cathedrali ecclesia, cuius Episcopi necessaria est dispensatio, primi, vel secundi? R. potest dici quod vtriusque necessaria est dispensatio, & secundus eo ipso vr̃ dispensare in præbenda, quã cõfert, quod eam scienter cõfert aliã habenti. Primus autem eo ipso vr̃ dispensare, q̃ sciens aliũ recepisse secundã þbendam, permittit eum retinere primã, qua posset eũ de iure priuare, si nõ vellet cũ eo dissimulãdo taliter dispẽsare. Verũ tñ credo, q̃ Epi secũdi necessaria tñ sit dispensatio; & cũ ille cui cõfertur secũda þbenda dispensatiue, non peccet eam recipiendo, non potest Episcopus, qui primam cõtulit priuare illa propter hoc.

esse [i] sublatam.

§. 3. Sunt tñ quinque casus, in quibus [k] de iure communi potest vna persona duas, vel plures [l] ecclesias habere. Primus qñ ecclesiæ tenues sunt, ita quod neutra per se sufficeret ad sustentandã psonã. 10. q. 3. [m] vnio. Secundus, si vna pendet ex altera. ext. de æta. & qualit. eam te'. Tertius, propter caritatem clericorum. 25. q. 1. [n] clericus. in fi. & hoc habet locum extra ciuitates, vbi non inuenirent ita facile artificiola sua; & propter multas alias circunstantias, quæ possent excogitari. Quartus, si ecclesia est annexa præbendæ, vel dignitati; in quo casu, cum ipse teneatur in maiori ecclesia personaliter deseruire, in ipsa ecclesia parochiali idoneum, & perpetuum habeat vicariũ canonice institutum, qui congruentem habeat de ipsius ecclesiæ prouentibus portionem. ext. de præbend. extirpandæ. vbi etiam notabiliter interdicitur, [o] ne quis in fraudem de prouentibus ecclesiæ, quæ debet habere curam proprij sacerdotis, pensionem alij, quasi pro beneficio cõferre præsumat. Quintus, si habet vnã intitulatam, & aliam commendatam. 21. q. 1. [p] qui plures. hoc intelligo, si subest iusta causa, quare [q] debeat fieri commendatio, vt quia non inuenitur prælatus idoneus, vel alia similis: alias enim possent Episcopi multas fraudes committere: commendarent enim plures ecclesias suis nepotibus, quos scirent se non posse intitulare.

[i] *Sublatam*] quo ad plures curas, vel dignitates conferendas vni personæ. Ioannes tñ notauit contrarium super illam decre. de multa. dicens, quod tam vaga, & indiscreta dispensatio prohibetur Episcopis in hoc casu. Sed nũquid

[k] *De iure communi*] sine dispensatione.

[l] *Ecclesias*] idem credo de præbendis.

[m] *Vnio*] non bene probatur, qđ dicit hic Magister per hoc capitulum; qa nõ dr̃ ibi, nisi q̃ plures ecclesiæ vni presbytero nõ committantur; & qđ ecclesia, q̃ vsque ad decem habet mancipia, super se habeat sacerdotẽ; q̃ vero minus, alijs coniungatur ecclesijs.

[n] *Clericus*] ibi dr̃, quod clerici de cætero duab' non connumerẽtur ecclesijs. negotiationis em̃, hoc est, & turpis lucri proprium cõmodum, in vilis tñ, q̃ foris sunt pp inopiã hominũ indulget.

[o] *Ne quis*] Episcopus, vel alia persona, ad quã spectat conferre ecclesiam.

[p] *Qui plures*] ecclesias retinet, vnam scilicet intitulatã, & aliam sub cõmendatione habeat.

[q] *Debeat fieri*] nõ in ppetuũ, sed ad tps, donec inueniatur idonea persona, cui conferatur.

[r] Oeco-

§. 4. Item non debet laicos in ecclesia cõstituere [e] Oeconomos, vel [f] Vicedominos, sed clericos probatos eiusdem Ecclesiæ. 89. dist. volumus & quia. & indicatum. Item non debet dispẽsationem rerum Ecclesiæ committere propinquis sanguine, vel fauore humano, & inhonesto sibi coniunctis; quod si fecerit, peccat, & debet excommunicationi annuæ subiacere. 89. dist. [u] decenter. 12. q. 1. Episcopus ecclesiasticarum. & q. 2. quisquis. Quidam intelligunt hoc de malis propinquis: nam si boni sunt, videntur etiam alijs præferendi, vt supra de hospit. ordin. illud tamen dicitur de sustentatione naturæ.

lit, in duplum reddi.

[e] *Oeconomos*,] qui præsunt rebus Ecclesiæ.

[f] *Vicedominos*] qui præsunt rebus Episcopi.

[t] *Quia.*] ibi dicitur de œconomo.

[u] *Decenter.*] ibi etiã dicitur: id, quod fecit, debet irritum reuocari; & quod ablatum ecclesię fuerat, ab eo, qui tu

De neophytis non ordinandis. 14

[a] SEquitur. non Neophytum. vnde videndum qui dicantur Neophyti, & quare prohibeãtur ordinari, vel promoueri. Neophyti dicuntur nouelli in fide, a νέος quod est nouum, & φυτὸς, quod est germẽ quasi nuper insiti in fide. 48. dist. qm̃. item Neophyti dicũtur nouelli in religione. dist. 48. sicut. Causa prohibitionis est duplex; vna, ne incidant in superbiam, putantes quod fides Christiana, siue religio multum eis indigeat. 48. dist. §. prohibentur. & c. quoniam. Alia causa est, quia non sunt experti statum Ecclesiæ, vel religionis, & ideo nescirent esse graues, & se contemperare pro diuersitate personarum sibi subiectarum. 48. dist. sicut. Sed numquid causis istis cessantibus posset. [b] Neophytus promoueri videtur quod sic; nam prohibitiones Ecclesiasticę proprias habent causas, quibus cessantibus, cessant & ipsæ. 61. dist. §. his omnibus & c. neophytis. & constit. Innocentij. [c] Cum cessante. de appell. econtra videtur quod licet causæ cessent, [d] non cessabit prohibitio. 19. q. 2. duæ. 32. q. 1. dixit. Ad hoc dico, quod etiam clericus quãtumcumque sit humilis, & instructus in regula monachali, vel alia, non potest eligi in Abbatem, vel rectorem Ecclesiæ regularis, nisi professus, & expertus asperitatem regulæ: non enim sufficit scire, si necesse est experiri, & probare, & probari. ext. de elect. cum causam. & officij. 19. q. 3. monasterijs. immo si aliqui non professi ordinem regularem sint iam in Abbates assumpti, de-

[a] *Equitur.*] 13. & vltimum c. apostolicæ regulæ.

[b] *Neophytus.*] prohibetur ordinari, ne superbia extollatur; sed si non deest humilitas competens sacerdotio, vbi causa nõ adest, vitium nõ imputabitur.

[c] *Cum cessante*] causa cesset effectus.

[d] *Non cessabit*] quia licet propter criminosos statutum sit, ne sine litteris comendatarijs recipiantur ad officia; & licet Dominus statuerit, quod vir, qui dimiserit vxorem suam propter fornicationẽ, ea viuente non possit aliã ducere, quia

bent, ſublato appellationis obſtaculo, remoueri. ext. de elect. cum in magiſtrum aſſumi non debeat, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, &c. Monachus tamen poteſt eligi in Epiſcopum. 61. diſt. bene. & laicus, dum tamen litteratus, ſimiliter in Epiſcopum poſtulari poteſt. 61. diſt. Oſius. Item Neophytus poteſt, vt quidam dicunt, recipere minores ordines, ſed non ſacros. 48. diſt. quoniam. & ſicut. Alij contra, quod nec etiã minores recipere poteſt, donec ſit probatus. arg. 19. q. 3. Monaſterijs. & hoc [c]credo verius his, quæ dicta ſunt. Nec obſtat quod legitur de beato [f]Nicolao, Seuero, & Ambroſio, quod Neophyti fuerunt electi. 61. diſt. §. his omnibus. & c. Neophytus. illud enim factum eſt inſpiratione diuina: de Nicolao enim fuit reuelatum cuidam Epiſcopo, vt legitur in legenda. [g]Seuero inſedit colũba ſuper caput. Ambroſio aſſurexit terra pro cathedra; & ideo non ſunt trahenda hæc ad conſequentiam, alias exemplo Ambroſij poſſet aliquis eligi etiam ante baptiſmum, quod eſſet abſurdum dicere.

quia poſſet accidere, quod ꝓpter ſecundam copulã nuptialem obtinẽdam vxori ſuę per calumniam crimẽ impingeret, ſicut dicũt illa duo capitula duæ. & dixit. tñ, licet ceſſent cauſæ prædictarum conſtitutionum, non propter hoc ceſſant illæ conſtitutiones.

[c] *Credo verius*] reuera antequã probatus ſit in fide, vel religione nullum ordinem debet recipere, ſed de facto poteſt admitti: ꝺ religioſis tamẽ credo, quod ex quo recepti ſunt ad ꝓfeſſionem legitime, vel habiti ſunt pro profeſſis, cum eo ipſo habeantur probati ad ordines. poſſunt de iure recipere.

[f] *Nicolao*] qui ex laicis electus eſt in Epiſcopũ.

[g] *Seuero*,] qui ex lanificio electus eſt in Epiſcopum.

De ſolemniter pœnitentibus non ordinandis. 15

EXpeditis. 13. capitulis apoſtolicæ regulæ, reſtat inquirere de nouem alijs impedimentis, quæ ſimiliter requiruntur in ordinando, vel eligendo, videlicet quod non ſit ſolenniter pœnitens, non curialis, non ſeruus, non corpore vitiatus, non de presbytero, vel alio illegitime natus, non adultus in ægritudine baptizatus, non peregrinus, vel ignotus, non minoris ætatis, non fœmina. [a]de ſingulis per ordinem videndum. Solenniter pœnitens non poteſt [b]promoueri. diſt. 50. ex pœnitentibus. 36. diſt. illitteratos. Ratio autem huius prohibitionis eſt quadruplex, Prima ordinis excellentia, quia non ſunt digni ſuſcipere vaſa, id eſt ordines ſacramentorum, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum. diſt. 50. illud. licet enim peccatum ſit deletum per pœni-

ad maiores ordines vel ad minores niſi diſpẽſatiue.

[a] *De ſingulis*] multa enim ſunt cõſideranda circa ordinandos, & quædam ex illis notantur per hos verſus.

Corporis integritas vitia, ſeu ſexus, & ætas,
Littera, libertas, baptiſmus, vita, voluntas,
Forma, fides, titulus, intentio, fama, poteſtas
Tempus in ordinibus faciendis, iſta requiras.

[a] *Circ-*

[b] *Promoueri*]

Digitized by Google

pœnitentiam, remanet tamen aliqua cicatrix, siue irregularitas, quæ ipsum impedit. 1. q. 1. ventum. Secunda causa est timor labendi ex pristina consuetudine surgens. 61. dist. in sacerdotibus. in fi. vers. proferens memorandi criminis labem, non habet sacerdotij lucidam dignitatem. Tertia causa est scandalum populi; cum enim talis pœnitentia non imponatur, nisi pro crimine publico, vel vulgatissimo, quod totam commouerit vrbem. 26. q. 6. c. vlt. non posset talis sine magno scandalo ministrare. dist. 50. de his vero. Quarta causa, quia non haberet frõtem redarguendi alios, cum ipse sibi tacitus responderet se commisisse illa eadem, quæ corriperet, vel maiora. 25. dist. Primum. 42. dist. §. 1. Dispensatur autem cum solenniter pœnitente in minoribus ordinibus propter necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. dist. 50. placuit. potest autem Episcopus hanc dispensationem facere, ex quo non est ei specialiter prohibita. ext. de sent: excomm. nuper. & ℟. infra de dispensa. §. post dictas. Non obstat dist. 50. ex pœnitentibus. vbi dicitur quod Episcopus scienter ordinans talem, debet priuari potestate ordinandi, quia illud intelligitur cum ordinat absque dispensatione, vel cum indiscrete dispensat cum simoniaco. dist. 51. qui in aliquo.

De curialibus & obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. 16

[a] *Circa curiales*] secundum impedimẽtum de nouem impedimẽtis positis a Magistro supra titulo proximo in principio.

[b] *Milites*] non est intelligendũ hoc de omnibus militibus, sed de de illis solum, q specialiter obligati sunt curiæ alicuius publicę potestatis, quales sunt aliqui in Alemannia.

[c] *Cle-*

CIrca curiales videndum qui dicãtur curiales, qui curiales possint repelli a promotione, & qui non, quæ, & quot sint causæ prohibitionis, postea visuri de secunda parte rubricæ, scilicet de obligatis ad ratiocinia.

§. 1. Dicuntur curiales large omnes, q quacumque ratione, conditione obligati sunt curiæ alicuius publicæ potestatis, siue sint [b] milites, seu Aduocati, seu Iudices, siue officiales, siue histriones; & breuiter quicumque habentes officium honestum, vel inhonestum. dist. 51. c. 1. Quandoque stricte dicuntur curiales, qui procurant honesta curiæ officia, vt Decuriones, Iudices, & similes. Quandoque strictius dicuntur curiales, qui sunt officiales in causa sanguinis, & dicuntur isti curiales a cruore. Alij dicuntur curiales a curia.

§. 2. Prohibentur omnes indistincte ordinari, nisi primo sint absoluti a curia. dist. 51. c. 1. 2. & 3. postquam vero absoluti sunt a curia, admittuntur, sed cum distinctione, quia aut exercuerunt sæua, turpia, vel inhonesta, aut honesta. In primo casu, scilicet si exercuerunt sæua, vt officiales, vel milites, qui dum potestatibus obedirent, sanguinem humanum fuderunt; vel turpia, vel inhonesta, vt histriones, non possunt promoueri. dist. 51. c. 1. & 3. 46. dist.

[c] Cle-

Clericum scurrilem de cons. dist. 2. [d] pro dilectione. In secundo casu, scilicet cum honesta officia exercuerunt, vt Iudices, Aduocati, Tabelliones, subdistingue, quia aut exercuerunt suum officium in causa ciuili, siue pecuniaria, aut in causa sanguinis. In primo casu admittuntur. dist. 61. Osius. In secundo repelluntur. Nota supra de homic. §. pœna homicidij.

§. 3. Sunt autem multæ causæ quare tales prohibentur ordinari, inter quas tres sunt efficaciores. Prima, quia quidam eorum sunt viles personæ, & frequenter contrahunt irregularitatẽ ex officio suo. Secunda, quia multum molestatur Ecclesia, & incommoda patitur propter talès, quando repetuntur. Tertia ratio est, quia præsumitur contra eos, quod non transeant ad clericatum voto religionis, sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorum. dist. 51. c. 1. 2. & 3. & dist. 53. legem.

§. 4. Sequitur vt videamus de secunda parte Rubricæ, scilicet de obligatis ad ratiocinia, puta tutoribus, & curatoribus, & procuratoribus. Circa istos distingue, quia aut perseuerant adhuc in officio, aut non; in primo casu subdistingue, quia aut perseuerant in officio personæ secularis [e] non miserabilis, & tunc non possunt promoueri. 21. q. 3. c. 1. & 2. ext. ne clerici, vel monac. c. 1. & 2. aut in officio personæ ecclesiasticæ, vel etiam secularis, sed miserabilis, & tunc possunt promoueri, si aliud non impediat. dist. 86. peruenit. dist. 89. indicatum. 16. q. 1. monachi. In secundo casu, cum non perseuerant in officio, remanent tamen adhuc obligati ex administratione, subdistingue, quia aut sunt obligati reipublicæ, aut priuatæ personæ. si reip. non debent promoueri ante reddita ratiocinia. dist. 51. præterea. C. de Episcopis. & cleri. officiales. obligati enim reip. ex administratione arcentur ab honoribus. secus si alias sint debitores ex causa mutui, vel simili. ff. de mu. & hono. rescripto. §. debitores. C. de Episcopis. & cleri. quisquis emensis. Si autem remanent obligati priuatæ personæ, aut in ipsa promotione mouetur sibi quæstio, vel est mota; aut non. In primo casu iterum subdistingue, quia aut mouetur quæstio de perfidia, aut dolo, aut culpa tantum. Si de dolo, aut perfidia, non debent promoueri ante decisam litem. 81. dist. tantis. 23. dist. illud. ext. de oblig. ad ratio. c. 1. debet tamen taxari tẽpus, infra quod quæstio decidatur. arg. ext. qui filij sint leg. lator. C. de ingen. man. diffamari. si vero moueatur sibi quæstio, vel prius sit mota de culpa tantum, potest promoueri non obstante debitoris reclamatione, cum lis possit postea procedere, vt prius, & etiam sub eodem Iudice. ff. de iudic. [f] vbi. & de iu-

[c] *Clericum.*] scurrilem & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahẽdum censemus.

[d] *Pro dilectione.*] ibi loquitur de histrione quodã magno, & notorio, & dicitur qđ non est admittendus ad communionem altaris.

[e] *Non miserabilis*] hoc dicitur propter pauperes, quorum tutores, vel procuratores quando sunt ex misericordia ab Episcopo constituti, non impediũtur a promotione.

[f] *Vbi.*] semel acceptum, vel actum

actum est iudicium, ibi finem accipere debet.

g *Quos prohibet*] Prætor postulare omnino prohibet, etiamsi aduersarius eos patiatur postulare.

h *Duæ*] ibi dicitur: qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt a lege publica constringatur.

i *Si qua mulier.*] lex est canonizata, & dicitur ibi quod mulier ingressa monasterium, si decesserit antequã inter liberos diuidat, filij legitimam portionem accipient aliqua substantia monasterio remanente.

k *Deo nobis*] ibi dicitur quod parentes non possunt filios suos ingressos religionem legitima portione defraudare; sed per contrariam consuetudinem derogatum est huic legi, & maxime in Francia.

l *Hæreditariã.*] Vbi est consuetudo, quod ingressi monasterium succedant parentibus morientibus.

m *Alio modo*] scilicet ex donatione inter viuos facta, vel ex testamento.

n *Honesta.*] Si autem erat obligatus ad inhonesta, vt ad ministrandum in balneis, vel tabernis, vel cloacis purgandis, non debet ordinari in clericũ quousque persoluerit, vel alium æque idoneum suppoſuerit ad talia exequẽda; sed in transeunte ad monasterium hoc non requiritur.

o *Legem.*] ibi dicitur quod in monasterijs suscipiendi non sunt, nisi a publicis functionibus sint absoluti prius.

p *Quicumque*] istud autem c. dicit quod serui non admittantur ad clericatũ nisi prius fuerit a dominis pleno iure manumissi.

q *Quod*

risd. omn. Iud. cum quædam. si autem nõ moueatur sibi alia q̃stio, nec mota est, potest promoueri non obstante obligatione, nisi manifestum esset ipsum de dolo teneri; tunc enim posset, & deberet Episcopus ipsum ex officio suo repellere, sicut quemlibet criminosum, vel infamem. 2.q.7. alieni. 7.q.1. infames. ff. de postul. [g] quos prohibet.

§. 5. Pone aliquẽ iuramento mihi obligatũ in centũ libris ad certum terminum soluendis, vel ad scribendum librum, vel ad seruiẽdum in propria persona ad tempus, vel aliud simile, numquid potest intrare religionem? Ad hoc dicas quod potest intrare religionem, nõ obstante tali obligatione, vel iuramento, dummodo non ex leuitate, vel voluntate subtrahendi debitum hoc faciat, sed ex charitatis feruore, & Spiritus sancti interna inspiratione. nec facit iste iniuriam creditori; excusatur enim auctoritate Spiritus sancti, cui nemo potest resistere. 19.q.2. [h] duæ ext. de regul. & trãse. ad rel. licet. Monasterium autem tenetur satisfacere de his, quæ ipse contulit monasterio. 19.q.3. [i] si qua mulier. C. de Episcopis. & cleri. [k] Deo nobis. §. 1. si vero nihil contulit monasterio, quia nihil habebat, inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. 14.q.6. si res. ff. de dolo. nãis. Si tamen post ingressum occasione ei[o] monasterium acquireret aliqua, puta per successionem [l] hæreditariam, vel [m] alio modo, teneretur monasterium in quantum illud esset. arg. 19.q.vlt. si qua mulier. poterit etiam existens in monasterio scribere librum; vel aliud honestum opus facere ad liberandum se, dummodo non negligat propter hoc diuinum obsequium. dist. 91. clericus. & deducantur expensæ, ne sit onerosus monasterio. 16.q.6. de lapsis credo etiam quod potest fieri clericus, quia non potest cedere bonis; remanet tamen obligatus postea, sicut & ante: & potest scribere, & alia [n] honesta facere, dum tamen non negligat officium ecclesiæ, vt supradictum est de monacho, non obstãte. dist. 53. [o] legem. 54. dist. [p] quicumque. quia illa intelliguntur de perpetuo obligatis, puta de seruis

uis curialibus, & similibus. Per ea, quæ dicta sunt, patet solutio alterius quæstionis, scilicet vtrum consul, vel potestas, qui tenetur sacramẽto regere ciuitatem per annum, possit intrare religionem. Dico enim [q]quod põt, licet quidã contrarium [r]sentiant. ne tamen contraria videtur facere ext. de sponsal. commissum. vbi dicitur de quodam, qui iurauerat q̃ contraheret cũ quadam per verba de præsenti infra bienniũ; sed modo volebat intrare religionẽ, q̃ tutius est ei religione iuramẽti seruata prius cõtrahere, & postea si voluerit ante carnalẽ copulam ad religionẽ transire: sed potest responderi q̃ nullo modo p illũ cõtractũ retardabitur ingressus religionis.

[q] *Quod potest*] & hoc contigit Bononiæ de quodam milite publicæ rei astricto, sicut notauit. H. 53. dist. legem.

[r] *Sentiant.*] H. etiam, licet videatur sentire cum Magistro, notauit tamen super illud c. legem. quod forte alicui consulenti se hoc non consuleret, nec persuaderet, licet videatur ei, vt ibi dicit, quod sine peccato, vel reatu periurij possint taliter obligati ad tempus intrare monasterium. Pro opinio-

De seruis non ordinandis, & de manumissionibus eorundem. 47

[a] POstquam vidimus de tẽporaliter obligatis, subijciamus de obligatis perpetuo, videlicet de seruis nõ ordinandis. Videndũ ergo qualiter serui possint ordinari: quid iuris sit, si fuerint ordinati non præmissa manumissione: qualiter serui Iudæorũ ab eorum dominio valeant liberari: deinde visuri de secunda parte rubricæ, scilicet de manumissione.

§. 1. Nullus seruus, siue priuati, siue Ecclesiæ, debet ordinari, nisi prius manumittatur. 54. dist. c. 1. 2. & 3. ratio huius prohibitionis est duplex, scilicet seruilis vilitas, & clericalis dignitas. dist. 54. [b] admittuntur. ext. de seruis non ordinan. [c] de seruorum. *L3. t. 17. p. 1.*

§. 2. Circa manumissores distingue, aut sunt liberti ecclesiæ, aut priuati. In primo casu possunt ordinari etiam retento iurepatronatus quo ad hoc, vt non iniurientur ecclesiæ, nec accusent illam, nec testificentur contra illam, alias reuocentur in seruitutem. dist. 54. [d]qui ex famulis. 12. q. 2. Diaconi. & octaua. ext. eo. de famulis. immo etiam tenentur [e]ad hoc, quãuis pleno iure, vel simpliciter sint manumissi. 12. q. 2. Diaconi. & Episcopus qui mancipium, & liberti. Dicunt etiam quidam, quod alias honestas operas tenentur, licet non sint impositæ nominatim. 12. q. 2. Diaconi. non tamen tenentur seruire perpetuo in ecclesia in officio clericali, nisi expresse dictum sit in ipsa manumissione, & ordinatione. ext. eod. eo libenti. & posito q̃ hoc fuerit expressum, non tamen reuocabitur in seruitutem, cũ non vult in illa Ecclesia seruire in diuinis officijs, nisi quando admonitus perdurat in contumacia. ext. eod. [f]nullus. In secundo casu scilicet cum est libertus priuati, non debet promoueri, nisi primo fuerit cõsecutus a domino plenis-

[a] *Postquam*] tertium impedimẽtum.

[b] *Admittuntur*] ibi dicitur quod seruilis vilitas hunc honorem non capit, vt ad sacerdotiũ promoueatur.

[c] *De seruorum.*] ibi dicitur: persona vilis permanens sacerdotij dignitate fungi non potest.

[d] *Qui ex famulis.*] ibi dicitur: quos flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua conditionis seruitus religet in catenam.

[e] *Ad hoc.*] q̃ non iniurientur ecclesiæ, nec accusando, nec testificando.

[f] *Nullus.*] ibi dicitur qui manu

numissus est a domino suo, & nō vult ei dicere horas, si monitus cōtumax fuerit, dponi debet, & redigi in seruitutem prioris domini.

s *C. 1.*] ibi dicitur quod immunis debet esse ab alijs, qui diuinæ militiæ est aggregandus.

t *In secundo.*] dicitur quod nō est promouēdus ad sacros ordines seruus, nisi prius a proprio domino libertatem legitimam consequatur.

i *Et c. quicumque*] ibi dicitur quod qui retento obsequio manumissi sunt, nō sunt promouendi ad ordines.

k *In c. vltimo*] dicitur quod liberti, quorum patroni in seculo sunt, non promoueantur ad clericatum.

l *Frequens.* ibi dicitur de quodam seruo ordinato in sacerdotem sine consensu domini; & dicitur quod quia propter sacerdotium redigi non potest in seruitutem, si dominus quondā eius in sua ecclesia in ordine sacerdotali eum collocare desiderat, non velut reddi-tum sibi habeat, sed pro ministeriorum celebratione susceptū.

pleniſſimā libertatem, ita quod nec teneatur præstare patrono operas fabriles, quæ consistūt in faciendo, nec obsequiales, quæ consistunt in non faciendo. dist. 54. s c. 1. t & 2. i & c. quicumque. k & c. vltimo. Sed nūquid potest patronus in liberto, quem petit ordinari, retinere saltē operas spirituales, puta vt in sua capella ministret ei diuina, vel similes? Ad hoc dicit Alan. quod sic, de consensu Episcopi, alias non; & sic intelligitur. dist. 54. l frequens, in fine. ext. eo. nullus. & hoc dicit præcipue p illud. c. dist. 54. quocumque. Ita etiam dicit Ioannes, & mihi videtur probabile; videtur tamen ferre. T. quod potest simpliciter tales operas retinere, non distincto quod consentiat Episcopus, vel non. arg. ext. eod. eo libentius. sed illa loquitur de seruis Ecclesiæ.

§. 3. Si seruus fuerit ordinatus non adepta libertate, distīgue, aut est ordinatus sciente domino, aut ignorante. In primo casu subdistingue, quia aut contradicente, aut nō. Si sciente, & contradicente, reuocatur ad petitionem domini in seruitutem, in m quocumque gradu fuerit ordinatus. dist. 54. n qs autem leges. quidam tamen excipiunt vnū casum, scilicet cum est ordinatus in sacerdotem. arg. 54. dist. frequens. & o ex antiquis. si autem sciente, & nō contradicente, eo ipso ingenuus fit. dist. 54. si seruus sciente. Si vero p ignorare domino, similiter subdistingue, quia aut ordinatore, vel p̄sentatore sciente ordinandi conditionem, aut non; in primo casu ordinatus remanebit in ordine, sed ordinator, vel p̄sentator debet condemnari dño in duplum. dist. 54. si seruus absente. & hoc, si alter tñ sciuit: si vero ambo sciuerunt, dabit vnum p̄sentator, & aliū ordinator. sed si neuter habet vnde soluat, poterit dñs postulare illum sibi restitui. arg. dist. 54. ex antiquis. In secundo casu, scilicet ordinatore, vel præsentatore ignorante conditionem eius, si est ordinatus in sacerdotē, remanebit in ordine, propter prærogatiuā illius ordinis; peculio tamen, si q̄ habebat, domino restituto. si in diaconum, dabit pro se vicarium vnum, id est alium seruum domino, & ipse remanebit in ordine, alias reuocabitur in seruitutem; si vero in subdiaconum,

m *Quocumque*] gradu, etiam sacerdotali.

n *Qui autem leges.*] ibi agitur de duobus seruis ordinatis in diaconos cōtradicēte domino: & dicitur quod si ita est a sacris ordinibus repellantur.

o *Ex antiquis*] ibi dicitur quod si quis de seruis, de quibus ibi agitur, presbyter est ordinatus, in eodē gradu remaneat sola peculij amissione mulctatus. Diaconus vero pro se Vicarium reddat, aut ipse reddatur.

p *Ignorare*] sup ple ordinatus.

q *In-*

Digitized by Google

vel infra, indistincte reuocatur in seruitutem. dist. 54. ex antiquis. & frequens. Tamen hodie ordo subdiaconalis cum diaconali gradu priuilegio gaudet eodē. ext. eod. miramur. Et nota qd dominus in casibus, quibus habet ius reuocandi seruum ordinatum, poterit infra annum tantum reuocare, & non vltra. dist. 54. si seruus sciente, & computatur ille annus secundum Alanū, cui assentio, a tempore scientiæ domini. arg. 17. q. 2. si quis incognitus. in fi. H. vero dicit quod a tempore ordinationis.

§. 3. Sed quare seruus alienus consecratus restituitur a Domino, & non alia res aliena consecrata. vt 14. q. vlt. comperimus. R. quod in rebus inanimatis non perpenditur dolus, sed in homine sic. item quia in rebus inanimatis consecratio est in superficie, & ideo non debet a manu profana tractari; sed in homine est anima, quæ tangi non potest. 32. q. 7. licite. De seruis, qui ingrediuntur monasterium, R. supra de votis. §. potest autem votum. vers. item seruus sine domini voluntate. item de seruis Iudæorum, & Paganorum. R. supra de Iudæis, & Sarracenis. §. restat videre.

Nunc videndum est de secunda parte rubricæ, scilicet de manumissione, quid sit, vnde habuit originem, quis possit manumittere, & qualiter.

§. 1. Manumissio est datio libertatis; nam quamdiu quis in seruitute est, manu, & potestati suppositus est; & manumissus est liberatus a manu, & potestate domini. instit. de libertin. in princ. Habuit autem originem manumissio, secundum quosdam, a iure gentium, a quo etiam dicunt seruitutem habuisse originē: & cum antea vno communi nomine omnes appellarentur, isto iure tria genera hominum esse cœperunt, scilicet liberi, & his contrarium serui, & tertium genus liberti; scilicet qui desierunt esse serui. dist. 1. ius autem naturale, & ius gentium. 12. q. 2. cum redemptor. Alii dicunt q sumpsit initium seruitus ab ebrietate Noe, & ita videtur quod a iure naturali. 35. dist. sexto die. vers. non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. sed non est in hoc magna vis.

§. 2. Manumittere potest, qui habet administrationem suarum rerum; Minor autem viginti annorum non potest inter vivos dare libertatem. C. qui manumitt. non possunt. si minor. In vltima vero voluntate, ex qua restari potest, scilicet in 14. anno, potest manumittere. 2. q. 6. §. diffinitiua. vers. nem si sententia cōtra ius. C. Qui manumitt. non possunt authen. sed hodie. item Episcopus potest manumittere seruos ecclesiæ benemeritos. 12. q. 2. si quos de seruis. potest etiam alios, non tamen benemeritos, dum tamen

[a] infra annum] triennium datur ad repetendum monachum.

[b] Si quis] ibi dicitur, quod si infra triennium seruus factus monachus nō fuerit requisitus, postea etiam non potest, nisi sit tam longe, qd inueniri non possit.

[c] Dicit] in fauorem ordinis.

[d] Non perpenditur] id est res non animata nō potest committere debitum.

[a] Magna vis] vtrum a iure diuino vel a iure gentium habuerit ortum seruitus, aut manumissio.

[b] Det

b det ecclesiæ in compensationem pro vno duos eiusdem meriti, & peculij. 12.q.2. Episcopus, qui mancipium. item causa miserationis. 12. q. 2. cum redemptor. vel intelligo illud de benemeritis. item Abbas potest manumittere seruum monasterij, sed non pleno iure, quia nihil habet quod det in compensationem. dist. 54. c Abbati. & §. hac auctoritate. hoc tamen intelligas cum consensu Episcopi, & monachorum, nisi sit d consuetudo contraria. 12. q. 2. Abbatibus. ext. de his, quæ fiunt a præl. sine consens. capit. c. ea noscitur.

§. 3. Manumissio fit multis modis, aliquado in Ecclesia sub aspectu Episcopi, & plebis; & debet de hac manumissione fieri scriptura ad cautelam futuri temporis, ne scilicet possit impediri libertas. C. de his, qui in ecclesia man. l. 1. item fit coram Iudice; & hæc dicitur manumissio e vindicta. Et si fit manumissio ad hoc, vt manumissus ordinetur, debet fieri potius coram ecclesiastico Iudice, quam coram seculari. arg. ext. de seruis non ordinand. c. 1. item potest fieri in secreto, vt dicat dominus: esto liber; vel inter amicos, vel per epistolã, vel per testamentum, vel per aliam qualibet vltimam voluntatem. item potest fieri semper, id est tam diebus feriatis, quam non feriatis; tam de die, quã de nocte, & a procedente per viã, vt hoc totum legitur instit. de libertin. §. multis autem modis manumissio procedit. & hoc ideo est, quia manumissio pertinet ad voluntariam iurisdictionem. Contentiosa enim iurisdictio nõ potest expediri f a Iudice procedente, nec diebus feriatis, nec de nocte. 3. q. 3. §. spatium vers. a Iudice procedente. & 3. supra de neg. secul. §. 1. vers. ex tempore.

§. 4. In sũma nota q hodie sublata est differentia g dedititiorũ, q toto tpe vitæ suæ erant serui, & post mortẽ liberi; & etiam latinorũ, qui econtrario in vita sua erant liberi, & post mortẽ serui; & omnes liberti consequuntur in manumissione perpetuam libertatem. instit. de liberti. §. libertorum. & §. vltimo. C. de lati. liber. toll. l. 1. Item liberti ecclesię pp̃ter hoc manumissi, vt ordinentur, non possunt aliquid de acquisitis quocumque modo ad alios transmittere, sed post eorum obitum omnia ad ecclesiam pertinebunt. ext. eo. de famulis. verius tamen credo cum. T. illam decr. intelligendam, quando hoc dictum fuerat in manumissione, alias posset condere testamentum de his, quæ intuitu personæ suæ acquireret. arg. ext. eod. eo libentius. 12. q. 3. h c. 1. & 2. item seruus com-

b Det ecclesiæ.] de proprio, & matrimonialibus bonis, non de rebus Ecclesiæ.

c Abbati] vel monacho monasterij non licebit seruum facere liberum: qui enim nihil proprium habent, libertatem rei alienæ dare non possunt.

d Consuetudo contraria.] quia si antiqua, & approbata sit consuetudo qđ Abbas in institutionib᷒, quas facit, aut in collationibus ecclesiarum, vel beneficiorum conuentus non requirat assensum, huiusmodi consuetudo præiudicat iuri in hac parte, sicut innuit illa decr. ea noscitur. de his, quæ fiunt a prælat. sin. consen. cap.

e Vindicta] appellatur virga pretoris, qua tãgebantur a pretore illi, qui manumittebantur,

f A Iudice procedente] dilationẽ postulari nõ cõuenit; etiam si vtraque parte psente tribuat.

g Dedititiorum] olim quidã serui dicebãtur dedititij, quidam latini.

h C. 1. & 2.] vbi dicitur q Episcopi, & clerici de his, quæ acqui-

acquirũt ex ſucceſsione, vel dono, vel intuitu perſonæ, non eccleſiæ, poſſunt diſponere ſicut volunt,

i *Ingratitudinis.*] Ingratitudo eſt, cum donatarius in donatorẽ manus injcit, aut actionem, iniuriam, ſeu graue ſuarum rerum damnũ, aut vitæ periculũ inferre preſumit. ext. de donation. c. 1.

k *Solo*] obſequij non præſtiti velamento data libertas reſcindi non poteſt.

l *Liberti.*] ibi dicitur quod liberti eccleſiæ, quia numquam moritur eorum patronã, à patrocinio eccleſiæ nũquam diſcedãt.

m *L. 1. & 2.*] In prima dicitur, q̃ ex cauſa fideicommiſſi ſeruũ manumiſit, vt ingratũ libertũ accuſare non poteſt; hoc enim conceditur ei, q̃ voluntate ſeruo ſuo libertatem gratuitam contulit; non, qui debitã reſtituit. In ſecunda dr. q̃ libertus propter ingratitudinẽ reuocatus ſit in ſeruitutẽ, filij, q̃ poſtea naſcũt, ſerui erunt, non illi, q̃ nati ſunt, dum erat liber.

n *Matris conditione*] quia partus de iure communi ſequitur ventrem, id eſt eiuſdem eſt conditionis cũ matre.

o *Lex illa*] vbi dicitur quod nõ a curiali, ſiue officiali fortuna liberat ſacerdotium; nã & poſt ordinationem durat.

communis pluriũ põt manumitti ab vno, alijs inuitis; ſed debet manumiſſor alios conſeruare indemnes. C. de com. ſeruo ma. l. 1. item libertus quilibet reuocatur in ſeruitutẽ propter omnes cauſas [i] ingratitudinis, ꝓpter quas reuocatur donatio. auth. vt liberti de cætero. coll. 6. §. illud. Item in liberto Eccleſiæ nota tria ſpecialia. Primum, quia reuocatur in ſeruitutem propter operas non præſtitas. 12. q. 2. Diaconi. ſecus in liberto priuati. C. de liber. cauſa. [k] ſolo. Secundum, quia filij libertorum Eccleſiæ, etiam nati poſt manumiſſionem, ſunt obnoxij eccleſiæ. 12. q. 2. de libertis. & liberti. 2. ſecus in alijs. C. de libert. & eo. liber. [m] L. 1. & 2. Tertium, quia liberti tenentur ſeruire eccleſiæ, etiam ſi nulla opera fuerit eis impoſita. 12. q. 2. Diaconi in fi. & liberti.

§. 5. Item ſicut dictum eſt de ſeruis, vel libertis priuatorũ non ordinandis, niſi pleniſſime fuerint abſoluti ab alijs, qui aliquid ſibi in eis vendicant poteſtatis, ita etiam intelligas de aſcriptitijs, originarijs, & alijs, qui aliqua obnoxitate ſunt aſtricti. diſt. 54. ſi quis. & auth. & generaliter. & admittuntur. Hoc autem intelligas, niſi ſint de libera matre nati, quia tunc, cum [n] matris conditionem ſequi debeant, impediri non debent. ext. eod. dilectus filius. g. Dicuntur autem aſcriptitij, qui per triginta annos fuerunt in manſo, ſeu poſſeſſione, vel qui per propriam ſcripturam, & profeſſionem ſunt aſcripti ſolo colendo. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. cum ſatis. §. cum autem. & l. cum ſimus. Originarij dicũtur, qui ex aſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo. & licet iſti liberi ſint, non multũ videntur diſtare a ſeruis. C. de agri. & cen. ne diuti[9]. nec tenẽt finis illius legis. diſt. 54. ſi ſeruus ſciente. vbi dicitur quod inuitis Dominis poſſunt tales promoueri. Item Epiſcopalis dignitas, & etiam ſacerdotalis liberat a fortuna ſeruili, vel aſcriptitia. diſt. 54. ſi ſeruus ſciente. & ſecundũ canones etiam a curiali fortuna, ſiue a vinculo: quod probatur ex eo, quod liberat a ſeruili, quæ fortior eſt. diſt. 54. frequens. & ex antiquis vnde quantum ad hoc non tenet [o] lex illa. ſi ſeruus ſciente. verumtamen curialis nõ debet promoueri, niſi ſecundum diſtinct. quam R. ſupra de curialibus. §. prohibentur.

De cor-

De corpore vitiatis. 68

[a] SEquitur vt de corpore vitiatis tractatum subijciamus, inquirentes qui dicantur corpore vitiati; quare repelluntur a promotione; qui admittantur ad promotionem, qui non. Require de his supra de homic. §. quid de his; qui amputant. vbi plene notaui. Nota tamen, quod præter vitia ibi numerata, sunt alia vitia corporis, quæ in veteri testamento [b] repellebant ordinandos, puta si aliquis habeat grandem, vel paruum, vel tortum nasum; si gibbum, vel lippitudinem; si iugem scabiem, vel [c] impetiginem habeat in corpore; vel si sit [d] ponderosus. sed ista hodie non repellunt ad litteram, nisi inducant enormem deformitatem: tunc enim repellunt. 7. q. 1. qualiter. in fi. vers. quæ in textu [e] Heptateuchi, &c. sed spiritualiter intellecta repellunt indistincte etiam hodie. dist. 49. [f] hinc etenim, & [g] Sacerdotes. Collige breuiter tenorem omnium supradictorum in vna regula: Quicumque culpa sua est vitiatus in corpore, repellitur; qui vero sine culpa, non repellitur, nisi scandalum timeatur ex nimia deformitate, vel periculum ex nimia debilitate.

[a] *Equitur.*] quartum impedimẽtum.
[b] *Repellebant.*] Leuit. 21.
[c] *Impetiginem*] id est scabiem siccam, quæ impedit hominem grauiter.
[d] *Ponderosus.*] siue oneros⁹, ruptus scilicet, cui intestina, siue humores in vesicam descẽdunt.
[e] *Heptateuchi,*] Heptateuchi, appellantur libri quinque Moysi cum duobus libris Iosue, & Iudicum, qui ibi continentur: ab hepta, quod est septem, & teuchos, quod est volumen; vnde Heptateuchon, id est volumen septem librorum.
[f] *Hinc etenim*] ibi dicitur quod per cæcum ignorans, per claudum & distortum iniustus, per grandem, & tortum nasum, intemperans & indiscretus, per gibbosum cupidus designatur. & sic de alijs.
[g] *Sacerdotes.*] ibi dicitur: cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti; claudum, qui terrena lucra quærentem locat in dignitate: & ita indignum est dare Deo, quod dedignatur homo.

De filijs presbyterorum, & de cæteris illegitime natis. 19

[a] DE filijs presbyterorũ, & cæteris illegitime natis videamus quare prohibentur ordinari; quæ dispensatio circa eos fiat; quis possit cum eis dispensare. Causa huius prohibitionis est lex diuina, per quam [b] spurij, & mãseres prohibentur [c] intrare ecclesiam vsque in decimam generationem. ext. de elect. innotuit. & qui filij sunt legitimi. per venerabilem. Causa autem quare lex diuina prohibuit est triplex, scilicet dignitas clericalis; quæ vilibus, & infamibus personis cõmitti non debet. ext. de excess. prælat. [d] inter. item detestatio paterni criminis. item quia tales filij solent esse imitatores paterni sceleris. 5. q. 1. [e] si quis cum militibus. dist. 56. [f] si gens Anglorum.

§. 2. Circa istos illegitime natos distingue; quia aut intrant monasterium, & ibi canonice conuersantur, aut renunciant seculo. In primo casu de iure communi promouentur ad omnes ordines, si alias sunt idonei. dist. 51. c. 1. ext. eod. c. 1. religionis enim ingressus omnem tollit ingratitudinem. 19. q. vlt. non liceat. & monachatus omnem maculam abstergit. auth. de Monach. in princ. quidam tamen dicunt contrarium, scilicet, quod non possunt tales promoueri de iure, sed prodest eis religio ad dispensationem facilius obtinendam. arg. dist. 50. si ille, & dist. 55. priscis. sed prius dictum teneas. hoc tamen verum est, quod [g] ad prælationem non possunt promoueri absque dispensatione. ext. eod. c. 1. In secundo casu, scilicet cum remanent in seculo, non possunt promoueri ad ordinem, nec ad prælaturã de iure. dist. 56. c. 1. ex. eod. c. 1. sed circa eos, si boni sunt, alias

[a] *De filijs presbyterorũ*] impedimentum sextum.

[b] *De spurijs*] nõ recolo cautum esse, sed de manseribus habes Deuter. 23. & dicitur in historijs Manducatoris, in historia Deut. Manser proprie est de scorto natus & ita vocatur in d. c. 23. Deuter. Spurius dicitur natus de concubina, quia ex spurcitia incontinentiæ. Nothus est, qui de adulterio natus est; videtur enim esse filius de matrimonio, cum non sit; sicut & notas febres dicimus, quæ vere quartanæ dicuntur, aut huiusmodi, & non sunt.

[c] *Intrare Ecclesiam*] quo ad hoc dicitur commisceri generi Iudæorum per matrimonium.

[d] *Inter*] ibi dicitur quod personis vilibus, & indignis portæ dignitatum patere non debent iuxta legitimas sanctiones.

[e] *Si quis.*] ibi loquitur de filijs reorum læsę maiestatis, in quibus paterni criminis exempla metuuntur.

[f] *Si gens Anglorum.*] In aliquibus libris incipit c. diuulgatum; & ibi dicitur quod de commistione meretricum æstimandum est degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine esse procreandos; & gẽtẽ non bello fortem, nec stabilẽ in fide, nec hominibus honorabilẽ, nec Deo amabilem esse venturam.

[g] *Ad prælationem*] vt promoueantur in Episcopos, & Abbates. Sed nũquid ad priorat', maxime in conuentualibus ecclijs, quę nõ habẽt Abbates, sed priores, possunt promoueri absque dispẽsatione? ℟; absque p̃iudicio credo q̃ non. & dicũt quidam, q̃ necessaria est dispẽsatio Papæ in hac parte; cum hodie illegitime nati absque dispẽsatione sedis Apostolicæ, nec ad dignitates, aut personatus, aut alia bñficia curam animarũ habẽtia debeant ꝓmoueri, vt ex. eod. nimis. sed illud põt intelligi de remanẽtibus in se-

adhibetur triplex dispensatio, magna, maior, maxima. Magna, vt ordinentur, & inuestiantur, vel instituantur in ecclesijs alijs à paterna, si fuerint filij presbyterorum; vel in quibuslibet ecclesijs, [h] si alias fuerint illegitimi. arg. à contrario sensu. ext. eod. [i] præsentium. Maior, vt etiã in paterna, aliquo tñ medio. ext. eod. ex transmissa. Maxima, vt in paterna nullo medio. ext. eod. ex tua. Numquid potest habere filius vicariã in illa ecclesia, in qua pater immediate habuit personatum? videtur quod sic, quia non succedit in eodem beneficio, sed contrarium est verum. ext. eo. Michael.

§. 3. Potest tamen cum illegitime natis in seculo remanentib[9] Episcopus dispensare in ordinibus. item vt omnes, tam intrantes monasterium, quã in seculo remanẽtes possint eligi in prelaturas. ext. eo. veniẽs. & ex trãsmissa. & ex tua. itẽ non inuenitur in hoc casu prohibitum Episcopis dispensare, ergo intelligitur eis permissum arg. ext. de sent. excõ. nuper. Solus tamen Papa dispensat cum talib[9] in episcopatu. ext. de elect. innotuit. In hoc casu loquuntur capitula. dist. 56. Apostolica. & [k] Cenomanensem. [l] quia dicunt etiam quidam, quod circa paternas ecclesias immediate habendas, solus Papa potest dispensare, arg. ext. eod. tua. sed illa confundit eos; nam ibi fuit consultatio, vt patet in principio: vnde responsio facta ad cõsultationem continuit ius commune; & ita probatur per illam, quod Archiepiscopus, vel Episcopus potest in hoc casu de iure dispensare, & per illam veniens. in eod. titulo. hoc dicunt Io. & T. & multi alij. hodie vero sublata omni distinctione, videlicet, vtrum pater ministrauerit, vel non: item si ministrauerit, vtrum mediate, vel immediate, expressum est iure nouo, quod nec ad dignitatem, nec ad personatum, nec ad beneficia curam animarum habentia potest [m] cum talibus, nisi per sedem Apostolicam dispensari. ext. eo. [n] dilectus. & [o] nimis.

§. 4. Quid de legitimis filijs sacerdotum, vel aliorum clericorum, quos susceperunt de legitima vxore ante sacrum ordinem? dicas quod tales de iure communi possunt promoueri ad omnes ordines, & dignitates, si alias sunt idonei, etiam in eadem ecclesia, in qua

in seculo: vnde dicunt alij, quod cum talibus, qui religionẽ ingressi sunt, possunt Episcopi dispensare, vt promoueantur in Abbates; nõ tamen in Episcopos: & hoc videtur velle T. qui notauit ext. de elect. innotuit. quod Metropolitanus circa illegitime natos potest dispẽsare; non tñ cum illis, qui in Epos promouẽdi sunt. arg. ext. de translat. Episc. inter corporalia. quia Episcoporum, & maiorum iudicia soli Papæ reseruanda sunt, vt ibi innuitur, & dicitur. 17. dist. multis. in fi.

[h] *Si alias*] vt si de fornicatione laicorum sunt nati.

[i] *Præsentium.*] ibi dicitur, quod filij sacerdotum non sunt permittendi ministrare in paternis ecclesijs; ergo à sensu contrario in alijs, quam paternis possunt.

[k] *Cenomanensem*] ibi & in c. Apostolica. dicitur quod pro eo, quod filius sacerdotis est, si cæteræ virtutes in eo conueniant, non reijcitur.

[l] *Quia*] in illo c. dispensatur cũ nato de adulterio, quod fiat Episcopus.

[m] *Cum talibus*] remanẽtibus in seculo.

[n] *Dilectus*] ex illo c. habetur, quod si etiam legatus Apostolicæ sedis dispensset cum aliquo illegitime nato, quod habeat ecclesiam, quam pater eius immediate habuit, nõ tenet dispẽsatio.

[o] *Nimis*] ibi dicitur quod illegitime nati, qui personatus, vel dignitates, & curam animarum habentia sine dispensatione Papæ obtinebant, amoueantur ab illis, & alijs conferantur.

[p] *Sed*

Digitized by Google

in qua patres eorum, vel fuerint prælati, vel canonici, poterunt isti canonizari, & promoueri, dummodo non ad alias dignitates, vel præbendas, quas patres eorum tenuerunt. ext. eod. ad hæc. & de talibus potest intelligi. dist. 16. §. sed hoc, secus de illegitimo, quia ille, nec prælatus, nec canonicus potest esse de iure in ecclesia, in qua pater suus est vel canonicus, vel prælatus: & sic intelliguntur decr. ext. eo. [q] cum decorem. & [r] ad abolendam. & exponitur ibi, maxime, id est tantum, vt ita concordet cũ illa, [s] ad hæc. Item numquid hæc prohibitio extẽditur ad nepotes? videtur quod sic, quia nomine filiorum etiã nepotes continentur. ff. de verbor. sign. [t] liberorum. & arg. ff. ad Maced. [u] filium. sed contrarium est tenendum, quia pœnæ interpretatione legũ arctandę sunt. de pœn. dist. 1. pœnæ. ff. de liberis, & posth. cum quidam. tollitur etiam vitium per successionem. dist. 56. [x] Dominus. vnde licet Senator non possit ducere in vxorem illam, cuius pater, vel mater ludicram artem exercuit, potest tamen illam ducere, cuius auus, vel auia ludicrã artem fecit. ff. de ritu nupt. l. lege Iulia. §. 1.

§. 5. Item quid si aliquis est natus de damnato coitu, postea pater ducit matrem istius in vxorem, numquid iste de iure communi poterit promoueri tamquam legitimus? Ad hoc dicas, quod si pater potuit eam legitime habere vxorem tempore conceptionis, quia nullum suberat impedimentum, & postea duxit eam in vxorem, legitimatus est filius ille antea genitus per sequens matrimonium, & ita succedet in hæreditate tamquam legitimus; & ad actus omnes legitimos admittetur. hoc credo verum, etiam si post natiuitatem, seu conceptionem filij mater nupsit alij, quo mortuo, cõtraxit cũ isto; vel econuerso pater duxit aliã, qua mortua, duxit istã: qđ dico in fauorẽ plis per iura infra posita. secus si pp aliquod impedimentũ nõ poterat esse mrimoniũ inter ipsos parẽtes tpe cõceptionis, qa tunc, licet sublato postea impedimẽto ducat illã in vxorem, nõ legitimabit proles. ext. qui fil. sint legit. tanta. auth. quibus mod. natura eff. legit. coll. 6. circa prin. Quod tñ dixi in primo casu, talem legitimatum quoad omnes actus legitimos, vt quod fallat in ẽpatu, ad quem non poterit talis promoueri absq; dispensatione dñi Papæ, vt patet scdm vnã lecturã. ext. de elect. [y] inotuit. circa prin.

Pone,

[p] *Sed hoc.*] ibi dr, quod Osius Papa, fuit filius subdiaconi: Bonifacius Papa filij sacerdotis: & Felix similiter, & Agapitus, & Theodorus filius Episcopi, & ita de multis.

[q] *Cum decorem*] ibi dicitur, quod indecorũ est, qđ in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret.

[r] *Ad abolendã*] ibi inhibetur ne filij canonicorũ, maxime spurij, canonici fiant in secularibus ecclesijs, in quibus instituti sunt parentes eorum; & si cõtra præsumptum fuerit, non valeat.

[s] *Ad hæc*] ibi dicitur, qđ filij Episcoporũ legitimi, & ordinari, & bñficiari possunt in ecclesijs, in quibus patres eorum præsunt, vel præfuerunt.

[t] *Liberorum*] appellatione nepotes, & pronepotes, cęterique, qui ab aliis descendunt, continentur.

[u] *Filium*] ibi dicitur quod Senatusconsult. Macedon. locum habet in nepote, licet tantũ loquatur de filio.

[x] *Dominus*] ibi dicitur quod ex concubitu Iudæ cum Thamar p multas successiones descendit Christus.

[y] *Innotuit.*] ibi dicitur qđ post quadriennium à natiuitate eius matrimoniũ cõtraxit. quidam tamen dicunt q talis etiam de iure cõmuni potest promoueri ad episcopatum.

[z] *Cre-*

Digitized by Google

§.6. Pone, aliquis sacerdos generat filiũ de vxore legitima, cũ qua videlicet contraxerat laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, numquid erit legitimus filius? [z] credo quod sic, maxime si vxore contradicente, vel ignorãte vir ad sacros ordines est promotus: quod dico in fauorem prolis; & qa culpa parentum non debet nocere huiusmodi filijs de legitimo matrimonio procreatis. arg. 28. dist. [a] Diaconi. 27. q. 2. multorum. ext. eo. [b] litteras.

§.7. Item pone dispensatum esse cum filio sacerdotis, vel cũ alio illegitime nato sub his verbis: dispensamus tecum, vt promouearis ad omnes ordines, numquid ex tali dispensatione poterit promoueri ad prælaturas? Item quid si ita dictum est: dispensamus tecum, vt promouearis in clericum, numquid ex tali dispensatione potest recipere omnes sacros ordines? videtur in vtroque casu quod possit promoueri ad minores ordines tantum, & nihil vltra; quia dispensatio detrahit iuri communi; & ideo per interpretationem est restringenda, cum sit odiosa. ff. de liberis. & posthu. cum quidam. item qa licet dispensetur cũ aliquo in vno, non intelligitur propter hoc in alijs dispensatum. dist. 12. nos consuetudinem. dist. 34. lector. Contra, beneficia principis latissime sunt interpretãda. ext. de donat. [c] cum dilecti. in fin. ext. de verb. sig. olim. 16. q. 2. visis. item nomen clerici generale est, & ponitur pro omnibus ordinibus. 11. q. 1. de persona. in fi. 12. q. 1. duo. vbi colligitur quod ponitur pro omni persona ecclesiastica; quod non faceret, si tu restringeres ad minores ordines tãtum, quod nequaquam faciendum videtur in priuilegio. ext. de decim. ad audientiam. Solutio. Alanus, & quidam alij dixerunt, quod ex tali dispensatione poterit recipere minores ordines tantum: vel dicas melius, vbi ex dispensatione, vel nullum, vel modicum paratur alij præiudicium, latissima est interpretatio facienda. ext. de verb. signif. olim. & de donat. cum dilecti. ita tamen, quod interpretatio nõ excedat metas potestatis illius, qui dispensauit. sed nisi per eum fieret alij enorme præiudicium, strictissime interpretãda essent verba ibi posita. ext. de priuil. porro. & recepimus.

§.8. Item quid si sit dispensatum ad ordines, & beneficium ecclesiasticum, numquid nomine beneficij ecclesiastici cõprehenditur ecclesia parochialis, personatus, & dignitas, maxime si fuerit adiecta hæc clausula: ita tñ quod si eum ad episcopatum vocari contigerit, non recipiat absque licentia Sedis Apostolicæ speciali? [d] Ad primum videtur mihi, saluo meliori iudicio, quod ex quo legitime, id est, nõ per subreptionem, circumuentionem, vel fraudem dispensatum est

sim-

[z] *Credo quod sic*] Verũ est quo ad successionem hæreditatis, non quo ad ordines, vel ecclesiastica beneficia, secundum quosdam, & bene, sicut credo.

[a] *Diaconi*] hoc. c. & istud, multorum. parum faciunt ad propositum.

[b] *Litteras*] ibi permittit Papa quendam in sacerdotio genitũ, de vxore legitima tamen, ordinari, & beneficiari in ecclesia: si est ergo pmissio, non pót hoc fieri de iure cõmuni, quod credo verum esse.

[c] *Cum dilecti.*] ibi dicitur, quod in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs plenissima interpretatio est adhibenda.

[d] *Ad primum*] quod quæritur de parochiali ecclesia.

[e] *c. vlt.*

simpliciter ad ordines, & beneficium, si ab Episcopo facta est dispensatio, nõ extenditur ad ecclesiam parochialem, personatum, vel dignitatem, quia etiam expresse nõ posset quantum ad illa dispensare. ℟. supra eo. §. potest. si vero à Papa, vel ab alio de ipsius mandato facta est huiusmodi dispẽsatio, potest promoueri ad parochialem ecclesiã, nõ tamen ad dignitatem, vel personatum, vel rectoriã, ad quã per clericos electio fieri consueuit. ext. de præben. [e] c. vlt. [f] Ad secundũ, credo quod si à Papa facta est dispẽsatio, vel ab alio de ipsius mandato, potest ad omnes dignitates infra episcopatũ promoueri; tum quia beneficia principis largissime sunt interpretanda. ext. de donat. cum dilecti. tum quia alias illa clausula, ita tamen, inutiliter poneretur.

§. 9. Item pone, q̃ aliquis est legitimatus quo ad actus ecclesiasticos, & spirituales, nũmquid per hoc erit legitimatus etiam quo ad actus seculares? videtur quod non, quia sicut Imperator indiget auxilio in spiritualibus, ita Pontifex etiam indiget auxilio Principis in seculariboꝰ. dist. 10. quoniam. Verius dicas, quod talis intelligitur legitimatus indirecte, & per quandam consequentiam, etiam ad actus seculares, mõstruosum enim videtur, vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actꝰ illegitimus remaneret. ext. qui sint legitimi. [g] per venerabilem. multa enim possumus indirecte, quæ nõ possemus directe. C. de iudic. [h] quoties. ext. de donat. propter nuptias. & do. post diuor. restit. [i] de prudentia. Dicunt tamen Lau. Vin. & fere omnes Doctores decr. quod non erit legitimatus quoad successionem, licet, quo ad actus legitimos, alias sit legitimatus, & eis assentio. *§3 tit. Legitimatio*

§. 10. In summa nota, q̃ nec malitia parentum nocet bono filio quoad Deum, sed nocet interdum quoad pœnam temporalẽ: nec bonitas filij excusat malitiã parentũ. dist. 56. [k] numquam. & [l] nasci. 6. q. 1. si quis. & dicã infra. de pœnis. §. sequitur vtrum vnus. item malitia parentum inducit præsumptionem contra filium. dist. 56. si gens Anglorum. & econuerso malitia filij contra patrem. 6. q. 1. qui crimen. 37. dist. [n] legant.

[n] *Legant*] ibi habetur de Ely, contra quẽ præsumitur propter filios indisciplinatos.

De dis-

[e] *C. vlt.*] ibi dicitur, quod cum Papa mandat aliquem beneficiari simpliciter, nõ propter hoc intelligitur mandare de personatu, vel dignitate, vel rectoria, ad quam fit electio per clericos ecclesiæ.

[f] *Ad secundum*] quod quærebatur de dignitatibus.

[g] *Per venerabilem*] ibi dicitur cum quo in spiritualibus dispẽsatur, cõsequẽter intelligitur in temporalibus dispensatum.

[h] *Quoties*] ibi dicitur, quod de causa status, quæ incidit, potest incidenter iudex cognoscere; qđ alias non posset.

[i] *De prudentia*] ibi dicitur: quod de matrimonio cognouistis, & de dote cognoscere potuistis.

[k] *Numquam*] de vitio erubescamus parentum.

[l] *Nasci*] de adulterio, non eius culpa, qui nascitur, sed eius qui generat.

[m] *Qui crimen*] ibi dicitur: testes sint sine aliqua infamia, & vxores habẽtes, & filios Christũ prædicantes.

Digitized by Google

De differentibus baptizari vsque ad mortem .20

[a] Si aliquis adultus, dum sanus esset, distulit baptizari, & postea timore mortis constitutus in ægritudine fecit se baptizari, non potest promoueri. dist. 57. si quis.

§. 1. Causa huius prohibitionis est, quia præsumitur non vere pœnitens, cum non ex voluntate, sed ex necessitate videatur recepisse baptismum; & ita præsumitur, quod non sint ei peccata dimissa. vt in eod. c. si quis. & de pœn. dist. 7. [b] nullus. Sunt tamen duo casus, in quibus potest talis promoueri. Vnus, si post baptismum fides eius, & vita probabilis apparuerit. Alius, si raritas clericorum exegerit, vt in eode c. si quis. Quæritur aut, cũ baptismus tollat omne peccatum, & sequelam peccati, vt dist. 26. deide. & vna. quare hic non tollit irregularitatem istam, quæ prouenit ex baptismo sic dilato? Et: quia baptismus ita dilatus inducit, eam; vnde nõ pot eam tollere, qa eadem res tã cõtrarios operari effectus nõ pot. arg. ext. de bap. & ei. [c] effectus maiores. vltra med. vers. sed hæc tamquam incompassibilia. & 26. dist. deinde sic. & eadem causa non potest parere obligationẽ, & liberationem. ff. de solut. [d] qui hominem. §. vlt. Quid si aliquis distulit recipere Eucharistiam vsque ad ægritudinem. Videtur idẽ, quod dictum est in eo, qui distulit baptizari. arg. ext. de pœn. & remis. [e] omnis. Sed cõtrarium est verum, quia propter hoc non repelleretur ab ordine. dist. 50. de his vero, secundum vnam lectiam, & est ratio diuersitatis, quia baptismus vix, vel numquã potest differri sine culpa, & periculo; sed Eucharistiæ perceptio quandoque differtur sine culpa, & periculo. ex deuotione, & reuerentia. dist. 15. ad eius. de consec. dist. 2. quotidie. & vt quid paras.

[a] *Si aliquis*] sextum impedimentum.

[b] *Nullus*] expectet quando iam peccare non potest: nã qui prius à peccatis relinquitur, quam ipse relinquat ea, nõ libere, sed ex necessitate condemnatur.

[c] *Maiores*] ibi dicitur, quod baptismus in adultis dormientib' & amentibus nõ potest tollere originale peccatum retentis actualibus, quia ex hoc sequerentur duo impossibilia, scilicet, qd propter actualia nõ dimissa damnatus esset taliter baptizatus, & descenderet in gehennam, & propter originale dimissum visione Dei non careret.

[d] *Qui hominem*] ibi dicitur, quod qui perpetua exceptione se tueri potest, soluta repetit, & ideo non liberatur.

[e] *Omnis*] ibi dicitur, quod qui semel saltem in anno non confitetur, & non cõmunicat, arceatur ab ecclesia viuens, & moriens ecclesiastica careat sepultura.

De peregrinis, & ignotis. 21

Videamus, qui dicantur hic peregrini, vel ignoti, quare tales repellantur à promotione, & quando admittantur.

§. 1. Peregrini possunt large appellari omnes, qui non sunt de epatu ordinantis, siue sint clerici, siue etiam laici; quia nulli tales debent recipi ab aliquo Epo ad [b] dignitates, vel ordines, vel alia ecclesiastica sacramenta. dist. 71. per totum. & specialiter in c. [c] primatus. & ext. de paroch. [d] c. 2. & 3. & quod omnes tales dicantur peregrini, & extranei, est arg. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. c. 1. & 2. Ignoti dicuntur, quorum origo, vita & irregularitas sunt ignota Episcopo; non distincto si sint de eodem episcopatu, vel de alio. 24. dist. quando. 48. dist. quiescamus. vers. si enim in clero, &c. & arg. 2. q. 7. quærendum. vers. quorum vita, fides, & libertas nescitur. Repelluntur autem isti à promotione duabus de causis. Vna, quia non licet Episcopo ponere falcem suæ iurisdictionis in alienam messem, subditum alterius vel iudicando, [e] vel ordinando. 71. dist. per totum. 6. q. 3. per totum. 9. q. 2. per totum. Alia causa est, quia tales solent esse pro magna parte criminosi, infames, & excommunicati, vel alias irregulares. item quia sæpe mentiuntur se habere ordines, cum non habeant; vel habere maiores, quam habeant. dist. 98. Afros. 19. q. 2. duæ sunt.

§. 2. Admittuntur isti clerici peregrini cum quinque sigillis Episcoporum. 98. dist. c. 1. & 2. ext. eo. c. 1. & hoc si sigilla sunt ignota; alias sufficeret sigillum Episcopi sui tantum, si esset notum. 71. dist. primatus. 19. q. 2. duæ. item hoc intelligas, quando huiusmodi clerici volunt publice populo celebrare, alias si vellent in secreto ex deuotione celebrare, sustineri posset. ext. eod. tuæ fraternitatis. Sed quare recipiuntur cum quinque sigillis ignotis, cum non plus fidei præstent mille sigilla ignota, quam vnum ignotum? Ad hoc respõdet Laurentius, qa non ita de facili posset committi falsitas in quinque sigillis, sicut in vno. Io. dicit, quod nisi habeatur aliqualis notitia de sigillis, vel de illis ecclesijs, quarum sigilla dicunt se habere, non est eis credendum, etiam si mille essent talia sigilla. arg. ext. de fide instrum. quod super his. Quid si amisit litteras, numquid est recipiendus, si probet per testes, vel proprio iuramento? Dicas, quod si probat per duos testes de ordinatione, vel conuersatione ho-

[a] *Videamus*] septimum impedimentum.

[b] *Dignitates*] vel ordines. Huic iuri derogatũ est hodie per cõtrariam consuetudinem; cum quotidie clerici vnius diœcesis beneficientur ab Episcopis aliarum diœcesiũ sine literis dimissorijs.

[c] *Primatus*] ibi dicitur, quod nõ licet clericum alienum ab aliquo suscipi, vel retineri sine literis sui Episcopi, nec laicũ de plebe aliena vsurpari sine consensu eius, de cuius plebe est.

[d] *C. 2.*] ibi dicitur, quod interrogandũ est diebus Dominicis, & festiuis, si parochianus alterius ibi sit, qui proprio contempto presbytero ibi Missam audire voluerit; & si iuuentus fuerit, statim ab ecclesia reijciatur.

[e] *Vel ordinando*] nisi prius eũ bñficiauerit, qa beneficiando facit eum suũ clericum.

[f] In

neſta poſt ordinationem, & de abſolutione proprij Epiſcopi, q̃ totum debuit in litteris contineri, recipietur, alias non, etiam ſi proprio iuramento firmaret. ext. eo. ruæ. auth. de inſtru. fide. §. ſi vero. coll. 6. C. de fide inſtrum. f in exercendis. Pone quod Archidiaconi, Abbates, vel alij inferiores Prælati habent ius inſtituendi in aliquibus eccleſijs, inſtituunt clericos alterius epatus, nũquid valet hmõi inſtitutio, dicas q̃ non; immo Eps dioceſanus poteſt remouere taliter inſtitutos, niſi aliquos in eiſdem eccleſijs duxerit ex diſpenſatione dimittendos. ext. eod. c. vltimo.

f *In exercendis*] litibus par eſt fides teſtium, & inſtrumẽtorum.

g *Ex diſpentatione*] & ita Epi in hoc caſu poſſunt diſpenſare, non Abbates, vel Archidiaconi, aut inferiores Prælati.

De ætate ordinandorum, & temporibus ordinantium. 22

Epellitur quis ab ordinatione, & electione propter defectum ætatis. diſt. 77. in veteri. ext. de elect. dudum. Circa hoc tamen nota, in quibus ætatibus valeant ordines recipi, à quibus, quãdo, vbi, & qualiter ſint conferendi.

§. 1. Circa ætatem ordinandi diſtingue; quia aut ab infantia traditur quis militiæ clericali, aut eſt grandæuus, qui petit ordinari. In primo caſu à ſeptimo anno vſq; ad duodecimũ poteſt recipere omnes minores ordines vſque ad Acolitatum, & à duodecimo anno vſque ad vigeſimũ primũ Acolitatum, & Subdiaconatum, ita q̃ in vigeſimo primo recipiat Subdiaconatum, in vigeſimo ſexto Diaconatum, & in trigeſimo primo Presbyteratum; poſtea, ſi meruerit, Epatum. 77 diſt. in ſingulis. & quicumque. In ſecundo caſu, ſcilicet cum eſt grandæuus qui petit ordinari, per ſeptem annos poteſt recipere oẽs ordines hoc modo: in duobus primis annis recipiat quatuor minores, in reliquis quinq; omnes alios. diſt. 77. quicumque, diſpenſatiue tamen, pp̃ neceſſitatem eccleſiæ, poſſet laicus grandæuus omnes ordines recipere p̃ annum, & dimidium; monachus vero per annum. c diſt. 77. monachus. Licet autem hmõi ætates, ac tp̃rum interſtitia taliter eſſent ſeruanda, pleriq; in Eporum in turba clericorum, pluſquam in ſanctitate forſitã gloriates, pueros p̃mouere ad ſacros ordines non verentur. Hoc etiam nota, q̃ hodie tps in aliquib⁹ eſt arctatũ: nam de iure cõi põt q̃s ordinari presbyter, ex quo habet 25. annos; q̃ patet ex eo, q̃ põt eligi talis ad decanatũ, ad regimẽ eccleſiæ parochialis, & ad alia, quę habent ordinẽ presbyteralẽ annexũ. ext. de elec. cũ in cunctis. quilibet enim talis prelat⁹ debet eſſe presbyter. ext. de ætat. & qualit. ord. c. 1. & c. ꝓterea. In Epm autem põt hodie ordinari, ex quo habet triginta annos. ext. de elect. cum in cunctis. eſt etiã firmiter tenendum, q̃ in

a *Epellitur*] octauum impedimẽtum.

b *In veteri*] ibi dr̃, q̃ deuitq; ad vigeſimo quinto ætatis ſuæ cõſecrãtur, & à trigeſimo anno presbyteri ordinantur.

c *Diſt. 77. monachus*] q̃dã libri nõ habẽt, p̃ cap. ſed incipit capitulũ: ſi q̃s de religioſo, ꝓpoſitionẽ tñ q̃ ea, q̃ dr̃ de tẽporibus ordinãdorũ, hodie de cõſuetudine nõ ſeruant, ꝓterquam circa Epos, q̃ debẽt ẽe triginta annorũ.

d *In-*

vna die non conferantur omnes ordines minores vni, nisi hoc obtineat de consuetudine ecclesiæ. Item vnus ordo facer cum minoribus, vel duo sacri nullo modo conferantur eadem die vni personæ. dist. 77. in singulis. & quicumque. ext. de eo, qui fur. ord. suscep. cum H. lator. ext. de temp. ordin. litteras. & dilectus.

§. 2. Pœna eius, qui furtiue recepit ordines contra formã prædictam, est depositio. dist. 77. subdiaconus. ext. de eo, qui furt. ordin. susce. innotuit. Recipiens autem ordinem ante legitimam ætatem, debet suspendi ab executione illius vsque ad ætatem legitimam, in iniuriam ordinantis; & ordinans debet suspendi à collatione ordinum, & compelli prouidere taliter ordinato in ecclesiastico beneficio cõpetenti. ext. de temp. ordin. vel non est. Si vero receptis iuxta consuetudinem patriæ simul quatuor minoribus ordinibus, subdiaconatum eadem die aliquis furtiue receperit, poterit permitti misericorditer in minoribus ordinibus tantum ministrare; & si intrauerit religionem, & vita, moresque eius exegerint, Abbas, si voluerit, in alijs poterit ordinibus dispensare. ext. de eo, qui fur. ord. susce. cum H. lator. Cum illo quoque, qui alias ordinẽ sacrum, vel non sacrũ furtiue suscepit, distingue, quia aut fuit prohibitus ab Episcopo, seu alio prælato sub interminatione anathematis, aut non. In primo casu poterit, condigna satisfactione præmissa, cum eo, vt in susceptis ordinibus ministret, Episcopus dispensare: & si intrauerit religionem, etiam in suscipiendis, postquam aliquanto tempore in ea fuerit laudabiliter conuersatus. In secundo casu poterit cum tali etiam in seculo remanente, post condignam satisfactionem, tam in susceptis, quam in suscipiendis ordinibus dispensare. ext. de eo, qui fur. ord. susc. 1. Si autem aliquis contra prohibitionem Episcopi factã sub pœna excommunicationis clandestine recepit duos sacros ordines simul, non poterit cum eo in executione ordinum, etiã si religionem intrauerit,

Inuenit] ibi dicitur, de duobus clericis, qui contra prohibitionem sub pœna excommunicationis factã, ne aliquis duos ordines sacros simul reciperet, receperũt simul, scilicet subdiaconatum, & diaconatum, quod licet de rigore iuris non deberent ministrare in illis ordinib', tamen, si transierint ad religionem, poterit Episcopus post peractam pœnitentiam de licentia Papæ cum eis dispensare, vt ministrent in illis ordinibus.

Vel non est] ibi compellitur quidam Episcopus, qui ordinauerat puerum tredecim annorum in diaconũ, prouidere ei de cõpetẽti beneficio, & suspenditur à collatione, & ordinatus ab executione illi' ordinis vsq; ad tempus legitimum; & hoc in iniuriam ordinantis, id est, in eius contumeliam, & detestationem.

In susceptis] & non plus. ex hoc, quod Episcopus potest dispensare cum tali, est arg. quod per illa verba, prohibemus sub pœna excõmunicationis, vel per interminationem anathematis, non fertur sententia, sed est comminatio ferendæ. de hoc dic, vt notatum est supra de balistrarijs.

Cap. 1.] vbi quidam furtiue ordinem diaconatus suscepit & dicitur, quod si hoc non fecit post prohibitionem sub pœna excommunicationis factam, poterit Episcopus cum eo dispensare post pœnitentiam condignam, qđ fiat sacerdos: si autem taliter prohibitus fecit, nõ conceditur ei, quod fiat sacerdos, nisi laudabiliter fuerit in religione conuersatus.

Dilectus

Digitized by Google

uerit ; vel quod aliquis minores ordines, & ſubdiaconatum, vel duos ſacros ſimul recipiat, niſi de licentia ſummi Pontificis, diſpenſari. ext. de eo, qui furt.ord.ſuſ. innotuit. & de tempo.ord. [h] dilectus. & [z]. de hoc infra de ſen.excom. §. ſi quis poteſt. & infra eod. §. in ſumma.

§. 3. Pœna vero eius, qui minores ordines cum ſubdiaconatu, vel duos ſacros ſimul, vel alias cõtra canonicã ordinationem ordines contulerit, eſt depoſitio, ſi fecit ex certa ſcientia, niſi forte diſpenſabat in caſu ſibi conceſſo. diſt. 51. [i] qui in aliquo. diſt. 81. tantis. diſt. 82. c. vlt. ſi vero negligenter, quia non examinauit vt debuit, debet priuari poteſtate conferendi talem ordinem. diſt. 36. qui eccleſiaſticis. 1. q. 1. ſi qui Epiſcopi. ext. de temp. ordin. litteras. & dilect⁹.

§. 4. Presbyteri, & omnes inferiores poſſunt, & debent à ſuo Epiſcopo ſolo, etiam ſine alijs Epiſcopis ordinari : [k] conſenſus tamen clericorum ſuorum debet adeſſe. diſt. 67. c. 1. & 2. diſt. 24. [l] Epiſcopus. Item minores ordines poſſunt conferri ab Epiſcopis, qui renunciauerunt loco, & dignitati. Si autem renunciauerint loco tantum, poterunt cõferre etiam ſacros, ſi fuerint inuitati, niſi ſint prohibiti à Papa vel eius Legato. ext. de ord. ab Epiſcopo, qui ren. epiſc. c. 1. Qui tamen à talibus recipiunt abſque licentia Epiſcoporum ſuorum minores ordines, diſpenſatiue poſſunt deſeruire in ipſis ordinibus : nam de iure communi debent deponi, cum non à ſuo Epiſcopo ſe fecerint ordinari. 7. q. 1. Eps. in diœc. 9. q. 2. Epm. Circa illum vero, qui recipit à tali ſacros ordines, diſtinguitur vtrũ ſcienter, vel ignoranter : ſi ſcienter quia indignum ſe fecit, executionem officij non habebit; ſi ignoranter, poterit, niſi craſſa, & ſupina fuerit ignotia, diſcretus Pontifex diſpenſare. vt ext. de ord. ab Epiſc. qui ren. epiſc. 4. Item Abbates, & [m] Corepiſcopi poſſunt [n] conferre tres minores ordines, ſcilicet pſalmiſtatum, oſtiariatum, & lectoratum. diſt. 69. c. 1. item presbyter conferre pſalmiſtatum. diſt. 23. ° pſalmiſta. quidam tamen non concedunt hoc, & intelligunt capitulum pſalmiſta. nõ de ordinis collatione, ſed de [p] executione. ſed hoc nihil eſt dictũ, qa ſe-

manus ab Epiſcopo ſecundum morẽ præficiendorum Abbatũ, vt dicitur ibi.

[q] *Pſalmiſta*] id eſt cantor põt abſque licentia Epi, ſola inſsione presbyteri officium cantandi ſuſcipere, dicente presbytero : vñ, vt q ore cãtas, corde credes, & qđ corde credideris operibus cõpleas.

[p] *Executione*] q verius credo, niſi dicas illud capitulũ loqui ſecundũ conſuetudinem aliquarum eccleſiarũ, in quibus, vel de con-

[b] *Dilectus*] ibi ſuſpẽditur à poteſtate ordinãdi Eps, qui tres ſacros ordines vna die contulit cuidã electo in Epm ; & dr qđ non debuit in hoc obedire Archiepo ſuo, ſi hoc mãdauit ei, quia hmõi diſpẽſatio non eſt cõceſſa Archiepiſcopis.

[i] *Qui in aliquo*] hoc c. & illud, tantis, dicunt, q indignũ ordinãs eũ ordinato periculo ordinis ſubiacebit.

[k] *Conſenſus tamen*] conſentire præſumuntur eo ipſo, qđ non cõtradicũt. hoc hodie non obſeruatur de cõſuetudine.

[l] *Epiſcopus*] ſine cõſilio clericorũ ſuorum clericos nõ ordinet, ita vt ciuium conniuentiã, & teſtimoniũ quærat.

[m] *Corepiſcopi*] q hodie non ſunt in vſu.

[n] *Conferre*] monachis ſuis, & alijs pleno iure ſibi ſubiectis ; & hoc in ſuo monaſterio : alijs autem in alio loco non debent Abbates hmõi ordines cõferre. arg. 69. diſt. c. 1. Si tñ cõtulerint, cõferũt characterẽ : & hoc eſt intelligendũ de Abbatibus, q ſunt presbyteri, & quib⁹ ordinatio impoſita eſt

consuetudine, quam Papa scit, & non reprobat, vel ex delegatione Sedis Apostolicæ hoc faciũt simplices sacerdotes. H.tñ notauit 23. dist. psalmista. quod simplex sacerdos pôt cõferre hunc ordinem, quando vult in dominico die, vel in alio die festo. Dic ẽt quod in Campania simplices p̃sbyteri cõferũt hunc ordinem, & maxime Archipresbyteri.

q *Nulla specialitas*] immo specialitas est, qa in ordinatione cæterorum dr ordinatis ab Episcopis, vel Archidiaconis, vt exerceant suum officiũ: sed Eps cũ ordinat psalmistam, nihil ei tradit, vel p̃cipit officiũ suũ exercere, sed sacerdos; & hoc excludit illa dictio, sola, in prędicto c. psalmista.

r *A tribus*] ternari. iste est de substantia consecrationis Episcopi; vnde si de facto consecretur Eps à paucioribus, quam à tribus Episcopis, nihil agitur, sicut notauit H. 66. dist. porro vbi dixit, quod si non esset modo nisi vnus Episcopus, vel duo, non posset consecrari Episcopus, donec alius constitueretur: sed mortuo Papa generalis Ecclesia posset mutare hanc formã, licet à plurimis constitutã, & statuere, quod vnus Eps solus, vel duo consecrarent Episcopum. Cum autem tres Episcopi consecrant Epm, potest concedi q̃ quilibet eorum consecrat, sed non solus, id est, cũ alio sacrat; & quod sunt ibi tres actiones, sed vnus solus character impressus; & secũdum H. vna sola passio in consecrato, sicut tribus hominibus ferentibus lapidem vnum, tres sunt actiones in ferẽtibus, sed vna passio in lapide.

s *Nec Episcopi*] sine Metropolitani permissu, nec Metropolitanus sine tribus Episcopis prouincialibus præsumat Episcopum ordinare.

eundũ hoc ordinatio q nulla specialitas denotaretur in psalmistatu, cum nec alios ordines posset exequi sine licentia sacerdotis illius ecclesiæ.

§. 5. Episcopi debent cõsecrari ab omnibus Episcopis, qui sunt in prouincia, & auctoritate Metropolitani: vel si non omnes possunt cõuenire, ad minus r à tribꝰ iussu Archiepi consecretur, omnibus alijs per litteras suas cõsentientibus. dist. 64. per totũ. credo etiam, licet quidam contradixerint, q̃ Metropolitanus cũ duobus Episcopis poterit consecrare. Arg. contra ext. de temp. ord. s nec Epi. Dic qd hæc dictio, sine, ponitur ibi t inclusiue. Hic possent moueri multę quęstiones, quas omitto propter prolixitatem vitandam.

§. 6. Primates, & Metropolitani debent cõsecrari a tribus Episcopis suffraganeis, omnibus alijs suffraganeis personaliter venientibus ad consecrationem, nisi essent necessitate grauissima impediti, & tunc consentirent per litteras. dist. 64. quia. dist. 66. Archiepiscopus. & u porro. ext. de tempor. ordinat. si Archiepiscopus. dist. 51. qui in aliquo. in fine. Licet ita sit ordinatio Archiepiscopum, sed in Archiepiscopum per pallij dationem: vel ordinatus: id est, intronizatus in sede episcopali; vel ordinatus, id est, administrationi certi loci deputatus, id est, Hierosolymis, vt ibi præ alijs ecclesijs curam gereret, nec alij Apostoli eo inconsulto ibi aliquid attentarent; cum ante omnes Apostoli indifferenter, & generaliter vbique ministrarent. H. vero dicit quod fuit ordinatus, id est, visibili, & mystica vnctione vnctus, sicut solet fieri in consecratione Episcoporum: cum autem nec ipse, nec alij Apostoli fuissent huiusmodi vnctione visibili inuncti, sed sola inuisibili vnctione Spiritus sancti, diuina fuit inspiratio, quod vnxerunt eum exterius, cum non essent taliter vncti: nec est trahendum ad consequentiam, quod aliquis conferat id, quod non

t *Inclusiue*] absurdum esset, quod tres Episcopi simplices possent consecrare Episcopũ, & duo Episcopi cum Archiepo non possent.

u *Porro*] ibi dr, quod Iacobus Hierosolymitanus à Petro, Iacobo, & Ioãne Apostolis est ordinatus Eps: sed si Apostoli nõ erant Episcopi, quomodo ordinatus est Iacobus in Epm? si aũt erant simplices sacerdotes, quomodo poterãt Episcopũ ordinare? R. scdm quosdam simplices erãt sacerdotes, & diuinatiõ inspiratione consecrauerunt Episcopũ: dicũt enim, q̃ omnes presbyteri tunc poterant cõferre oia sacramenta, qa olim idẽ erat Episcopus, q̃ sacerdos. 95. dist. olim. Ego credo cũ H. qd oẽs Apostoli fuerunt facti Epi à Christo, licet ignoretur qualiter, & qñ, & quomodo. Fuit ergo Iacobus ordinatus ab Apostolis? R. secundum quosdã ordinatus est, nõ in Episcopum, sed in Archiepiscopum per pallij dationem: vel ordinatus: id est, intronizatus in sede episcopali; vel ordinatus, id est, administrationi certi loci deputatus, id est, Hierosolymis, vt ibi præ alijs ecclesijs curam gereret, nec alij Apostoli eo inconsulto ibi aliquid attentarent; cum ante omnes Apostoli indifferenter, & generaliter vbique ministrarent. H. vero dicit quod fuit ordinatus, id est, visibili, & mystica vnctione vnctus, sicut solet fieri in consecratione Episcoporum: cum autem nec ipse, nec alij Apostoli fuissent huiusmodi vnctione visibili inuncti, sed sola inuisibili vnctione Spiritus sancti, diuina fuit inspiratio, quod vnxerunt eum exterius, cum non essent taliter vncti: nec est trahendum ad consequentiam, quod aliquis conferat id, quod non

Digitized by Google

non habet, est etiã ex hoc facto arg. qd vnctio non est de substantia ordinis epalis, cum iste iam esset eps, antequam reciperet huiusmodi vnctionem.

x *De consuetudine*] non credo quod sit generalis hæc consuetudo.

y *Pudenda*] ibi dr quod onerosum erat Mediolanensem, & Aquilegiensẽ Archiepos à Papa consecrari, ideo mos inoleuit, qp isti duo se inuicem consecrarent.

z *Funguntur*] non quoad superioritatem, vt sint maiores eo, sed tantũ quoad consecrationem impendendam.

a *Vnum videlicet*] supple ordinando. non intelligas, quod in talibus diebus posset Eps tantum vnum, vel duos conferre de minoribus ordinibus, immo pot omnes minores ordines; vnum aut duos promouendo. ext. de tempor. ord. de eo.

b *Omnes ordines*] scilicet sacri.

c *Die dominica*] idem dixit de baptismo solleni; & hoc quia quodlibet sacramentũ nouæ legis ex die Resurrectionis Domi

de mero iure, hodie tñ obtinet x de consuetudine, quod null⁹ Archiepiscopus, Patriarcha, vel Primas consecratur, nisi à Papa, vel ab alijs de mandato ipsius. arg. 24. q. 1. y pudenda. Papa debet consecrari ab Epis Cardinalibus, qui quo ad hoc z funguntur vice Metropolitani. 23. dist. in nomine Dñi. vers. sed quia Sedes Apostolica, &c.

§. 7. Ordo sacerdotalis, & omnes inferiores possunt conferri tm in sex temporib⁹ anni, scilicet in sabbathis ieiuniorũ quatuor tẽporũ, & in sabbatho medianæ hebdomadæ quadragesimæ, qua cantat, sitientes. quæ etiam pcedit dñicam de passione; & in sabbatho Sancto parasceues. dist. 75. c. vlt. ext. de temp. ord. de eo. Fallit hic in duobus casibus: Vnus est, quia Papa pot conferre etiam ordinem subdiaconalem etiam in diebus dominicis, vel alijs præcipuis festiuitatibus. Alius est, quia quilibet Eps pot conferre alios minores ordines, a vnum videlicet, aut duos in diebus dominicis, aut alijs præcipuis festis; sed ordinem subdiaconalem numquam, nisi in sex temporibus pdictis. ext. de temp. ord. c. 1. 2. & 3. Hic tamen nota veterem querelam H. & aliorum: dixit enim H. quod b omnes ordines sunt conferendi c die dominica; & dixit q̃ verspera sabbathi trahitur ad mane diei dominicæ, vt, siue in vespera sabbathi, siue in mane dominicæ ordines conferantur, semper in dominica dicantur conferri. Alij dicunt, quibus assentio, omnes ordines in d sabbatho conferendos, etiam in mane dominicæ, continuato e ieiunio tam ab ordinatore, quam ab ordinando. & secundum istos, mane diei dominicæ sequentis trahitur ad vesperam sabbathi præcedentem; & ita, siue cõferantur in vespera sabbathi, siue in mane diei dominicæ sequentis, per fictionem canonicam in sabbatho cõferuntur. Hanc vltimam opinionem videntur approbare omnia iura, & consuetudo ecclesiæ generalis, & dominus f Innocẽtius. ext. de temp. ord. litteras, facit etiam pro ista quod dicitur g de continuatione ieiunij. Hic mul-

nicæ habuit plenariã efficaciã; & ideo conferendus est ordo, & baptismus generaliter in die dominica.

d *In sabbatho conferendos*] qa cum quis ordinat, transit quasi ad sabbathũ, id est ad quietẽ à curis secularibus, à quibus vacare debent specialiter clerici.

e *Ieiunio*] sabbathi; ita quod nihil comedãt, vel bibant die illo, vel nocte sequenti.

f *Innocentius*] non multum videtur plus approbare vnam, quã aliam opinionem.

g *De continuatione*] quia si ordines conferuntur die dominico, quare esset necessaria continuatio ieiunij, cum dñica ante prandiũ intelliga-

gamur esse ieiuni, quantũcumque comederim[o] in sabbatho, vt dicitur in illa decr. litteras.

h *Die dominica*] de hoc notauit H. dist. 75. ordinationes. quod si quis ordinaretur in Epm alia die, quã dominica, & alia hora, quam tertia, nihilominus esset Eps, licet de iure deberet deponi.

i *Hora tertia*] & hoc ideo, quia Spiritus sanctus super Apostolos tali die, & tali hora descendit: & qa tali die, & tali hora imposuerunt manus super Paulũ, & super Barnabã. 75. dist. qđ die. Itẽ specialis est ratio đ hora tertia, quia Epi debent prædicare passionẽ Christi, quæ facta est hora tertia linguis Iudæorum, & fidem sanctæ Trinitatis. & qa Epi non debent cõsecrari nisi in Missa publica, q̃ debet celebrari hora tertia. de cõs. dist. 1. nocte.

k *Exceptis*] scilicet Epo, qui potest conferre minores ordines dñicis diebus; & Papa, qui potest cõferre subdiaconatũ similiter dominicis diebus.

l *Sequenti dominica*] continuato etiam ieiunio posset aliqs die dñica mane in presbyterum ordinari; & hora tertia in Epm consecrari, sicut factum est ab Alexãdro Tertio in die paschæ de quodã Archiepo Pisano; vt notauit H. 75. dist. quod ad patribus.

m *A tempore electionis*] immo à tempore confirmationis secundum H. sicut notauit. 100. dist. quoniam.

n *Vbi elegerit*] nisi aliud obseruandum sit de approbata consuetudine, sicut fit Andegauis, vbi consecratur Episcopus illius loci de consuetudine à Turonẽn. Archiepiscopo.

o *Debent conferri*] de iure hodie tamen de cõsuetudine Episcopi conferunt vbi volunt. dist. 67. c. 1. vbi dr quod reliqui sacerdotes à proprio ordinentur Epi-

multa, & varia solent dici; sed quia plus ad iuris subtilitatem, & disputationem pertinent, quam ad vtilitatem, non prosequor.

§. 8. Ordo vero episcopalis secundum omnes potest, & debet cõferri [h] in die dominica, [i] hora tertia. dist. 75. ordinationes. nec est necessaria continuatio ieiunij, cum tantum die dñica cõsecretur, & in mane quilibet intelligatur ieiunus: & idem in alijs ordinibus, [k] exceptis supra dictis duobus casibus. Item potest electus in Epm die sabbathi ordinari in presbyterum, & in [l] sequenti dominica consecrari in Epm, licet hoc non possit fieri de alijs ordinibus: nam qui recipit vnũ ordinem in sabbatho, non potest alium recipere in dominica; qa intelligerentur collati esse in vna die, quod omnino prohibitum est. secus in casu præmisso, in quo nõ vnus, sed duo dies intelliguntur sabbathum, & dominica. Item debet peti hæc consecratio infra tres menses [m] à tempore electionis. dist. 50. post quã. dist. 75. quoniã. & nisi fecerit, communione priuatus expectabitur adhuc p duos menses, infra quos, si non purgauerit morã, cedet Metropolitani sui iudicio, nec ibi, nec alibi postea consecrabitur: & hoc, nisi fuerit impedimento legitimo impeditus. dist. 100. quoniam.

§. 9. Papa, Patriarcha, Primas, Metropolitanus, debet cõsecrari quilibet in ecclesia sua, nisi necessitas aliud moueat. 23. dist. in nomine dñi. dist. 51. c. vlt. 24. q. 1. pudenda. ext. de tempor. ordinan. si Archieps. Epi debent consecrari [n] vbi elegerit Metropolitanus. dist. 51. c. vlt. in fin. & si in alia ecclesia, quam in metropolitana fuerit consecratus, & sine præsentia Metropolitani, debet se repræsentare Metropolitano suo infra tres menses à tempore consecrationis. 63. dist. cum longe. Alij ordines sacri [o] debent conferri in ecclesia episcopali. arg. dist. 67. c. 1. Minores vero ordines potest Episcopus conferre in quacumque ecclesia sui episcopatus. dist. 75. quando. arg. ext. de tempor. ord. c. 2.

De for-

Digitized by Google

§. 10. De forma consecrationis Episcoporum, & inferiorum ordinum non prosequor, quia scriptam habent Episcopi in ordinarijs suis; & potes inuenire de consecratione Epi. 23. dist. qui Episcopus. dist. 75. c. 1. ext. de sacra vnctione. cum venisset. De inferioribus ordinibus. ℞. 23. dist. [p] presbyter. [q] diaconus. [r] subdiaconus. [s] acolitus. [t] exorcista. [u] lector. [x] hostiarius. & [y] psalmista.

§. 11. Quid si aliqua omittantur de forma statuta in canonibus, numquid tenet ordinatio? videtur, quod non. Nam si ordinator Eps non infundit benedictionem, sed facit alium dicere, qa ipse forte non bene videt, non tenet ordinatio. dist. 23. quorundam. item si vnus vel duo Episcopi consecrent alium non tenet consecratio, nisi sint tres Episcopi. dist. 64. comprouinciales. dist. 66. porro. & generaliter dicit canon, quod si aliquid est omissum de his, quæ fieri debuerunt, nihil est actum. dist. 38. [z] quæ ipsis. Econtra videtur, quod etiam si vnctio omissa fuerit non vitiatur qd factum est; sed caute suppleri debet quod omissum est. ext. de sacra vnct. c. 1. circa fi. & de sacram. non iteran. c. 1. Ad hoc varię sunt opiniones; sed inter alias hanc eligetutiorem, vt regulariter teneas, quod in huiusmodi de quibus nõ constat, quæ sint de substantia, vel quæ nõ, inueniuntur tamen ꝙ debent fieri, intelligas omnia esse de substantia nisi inuenias expressum in iure quod non sint de substantia, vnde si aliquid tale, de quo dubitatur vtrum sit de substantia, siue non, fuerit omissum, potest ordinatio [a] iterari; non enim intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum. dist. 68. [b] presbyteri. de cons. dist. 1. [c] solennitates. si autẽ fuit omissum id, de quo est expressum, quod non est de substantia, non debet ordinatio, nec consecratio iterari; sed quod omissum est debet caute suppleri statuto tempore, ad huiusmodi ordines conferendos. ext. de sacram. iteran. presbyter. & in decr. præall. Est autem expressum in iure quædam nõ esse de substantia, scilicet tempus. ext. de tempor. ordin. sane. item ætatem. dist. 77. subdiaconus. & in veteri. item vnctio-

Episcopo, ita vt ciues, & alij sacerdotes consensum præbeant.

[p] *Presbyter.*] ibi dicitur presbyter cũ ordinatur Epo eum benedicente & manum super caput eius tenente etiam omnes ps̃byteri præsentes manus suas iuxta manus Epi teneãt super caput illius.

[q] *Diaconus.*] vero per solius Episcopi manus impositionem.

[r] *Subdiaconus.*] per receptionẽ calicis vacui, & patenæ de manu Epi, & aquæ, manilis, & vrceoli, & manutergij de manu Archidiaconi.

[s] *Acolitus.*] ꝑ receptionem ceroferarij cum cereo ab Archidiacono, & vrceoli vacui.

[t] *Exorcista.*] per receptionẽ libri exorcismorum de manu Episcopi.

[u] *Lector.*] per receptionem libri, in quo lecturus est, per manum Episcopi.

[x] *Hostiarius.*] per receptionẽ clauium Ecclesię ab Episcopo.

[y] *Psalmista.*] absque scientia Episcopi, sola visione presbyteri officium cãtandi suscipere potest.

[z] *Quæ ipsis.*] ibi dicitur quod sacerdotes debent scire librum sacramentorum, lectionarium, & antiphonarium, pęnitentialem, computum, homilias, & alia, quæ ibi numerantur: ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constare potest.

[a] *Iterari.*] ex toto, quasi nihil factum sit.

[b] *Presbyteri.*] ibi dicitur quod si dubium sit an fuerint Episcopi qui quosdam ordinauerunt presbyteros, ordinentur, & sic ministrent.

[c] *Solennitates.*] aliqui libri habent pro c. decretorum. & dicitur ibi quod consecretur Ecclesia, de qua nescitur ꝙ consecrata sit.

[d] *Ta-*

vnctionem. ext. de sacra vnct. c. 1. circa fi. & de sacram. non iteran. c. 1. item quod ordinandus in diaconum, vel presbyterum recipiat manus impositionem Episcopi, nõ tantum manu super caput suspensa, sed [d] tactu corporali; & quod a proprio Episcopo recipiat ordines, vel qđ recipiat singulos ordines seruatis debitis interstitijs; & non simul, non est de substantia. ext. de sacram. non iteran. c. vltimo. & de temp. ord. quod translationem. & litteras. 9. q. 2. Lugdunen. Sunt autem alia, de quibus nescitur vtrum sint de substantia vel non, [e] vt missa, & quod sint ieiuni, tam ordinãs, quã ordinãdus, & similia. quæ omnia intelligas de substantia, nisi inueniretur expressum contrarium, vt supra dictum est.

§. 12. In summa nota, quod ordinati ab Episcopo alieno sine licentia proprij Episcopi debẽt deponi de iure, nisi multitudo, vel alia causa inducat dispensationem, vel tolerantiam; immo non recipiunt executionem. ext. de temp. ord. quod translationem. & supra eod. §. presbyteri. Similiter debent deponi qui extra statuta tempora sacrum ordinem receperunt. ext. de temp. ordin. sane. potest tamen suus Episcopus cum talibus, primo imposita eis pœnitentia competenti, vt in susceptis [f] ministrent ordinibus, dispẽsare. ext. de temp. ord. consultationi. [g] potest etiam dispensare cum illis, qui ab excommunicato Episcopo ordines receperunt ignoranter. ext. de ord. ab eo qui ren. ep. c. 2. item si Episcopus ordinans non suum subditũ ponit spem in [h] ratihabitione Episcopi, cuius subditum ordinat, poterit proprius Episcopus confirmare quod factum est per suam ratihabitionem, alias non. 9. q. 2. Lugdunen. ff. de solut. [i] si quis offerenti.

§. 13. Item nota quod secundum quosdam sunt nouem ordines, quinque minores, siue non sacri, & quattuor maiores, siue sacri. Minores sunt psalmistatus, ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, & acolitatus. Maiores sunt subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, & episcopatus. Alij dicunt ordines esse tantum septem; negant enim psalmistatum, & episcopatum esse ordines. arg. dist. 77. illud. vbi dicitur quod ostiariatus est primus ordo. Primi probant psalmistatum esse ordi-

[d] *Tactu corporali.*] quod fieri debet sicut dicitur ext. de sacram. iteran. vel non. c. vltimo.

[e] *Vt missa.*] H. tamen notauit 75. dist. ordinationes. quod si alias seruetur forma ordinandi, non tantum minores ordines, sed etiam sacri, & etiam episcopales possunt cõferri absque missa, licet hoc fieri non debeat. similiter notauit eadem dist. cap. quod a patribus. quod pransus potest cõferre ordinẽ, & accipere qđlibet aliud sacram. altaris. ibi tñ dicitur q̃ sacramentum altaris non conficitur, nisi a ieiuno. de cons. dist. 2. liquido. in hoc tamen quod dicit de Eucharistia, credo quod non sit tenenda eius opinio.

[f] *Ministrent.*] non vt promoueantur, vt credo; cũ illa decr. consultationi. nõ loquatur nisi de dispensatione facienda in susceptis ordinibus, nec est contra ext. eod., quod quidam. vbi Papa videtur sibi retinere huiusmodi dispensationem, quia loquitur de rigore iuris.

[g] *Potest etiam dispensare*] tam in susceptis, quã in susciendis, quia illa decr. quæ ad hoc adducitur, non distinguit.

[h] *Ratihabitione*] idem dicit Magister de receptione alterius parochiani ad cõfessionem infra de pœn. §. quilibet in illo vers. item nota quod licet.

[i] *Si quis offerenti*] se negotijs alienis bona fide soluit, cum dominus ratum habuerit, liberat.

[k] *Si*

Digitized by Google

ordinem per iura satis expressa. 23. dist. psalmista. 22. dist. seriatim. ext. de æta. & qualit. cum contingat. de episcopatu vero probatur. dist. 77. c. 1. ext. de presbyt. non bapt. veniens. de vtroque probatur. 21. dist. cleros. Ad c. illud, quod alij inducunt pro se, respõdetur, quod hæc dictio, primo, ibi posita non respicit præcedentia, sed subsequentia. Item debent recipi per ordinem, secundum quod supra numerati sunt. dist. 59. [k] si officia. dist. 77. c. 1. si tamen per saltum aliquis promoueatur, id est vno, vel pluribus ordinibus prætermissis aliquem ordinem superiorem recipiat, sicut quidam interdum faciunt volentes ad sacerdotium præpropere festinare, recipit characterem, nisi aliud impediat, tamen [l] debet deponi, etiamsi non malitia, sed negligentia aliquẽ ordinem prætermisit, sed ex dispensatione Episcopi, imposita ei pœnitentia, pro eo qd sic [m] ignoranter, vel negligenter medium ordinem prætermisit, ad [n] ordinem omissum potest promoueri, interim a superioris ordinis executione suspensus. dist. 48. sicut. vers. ordinate ad ordines accedẽdum est: nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia, postpositis gradibus, p abrupta quærit ascensum. & dist. 52. solicitudo. ext. de cler. per salt. prom. tuæ.

§. 14. Sed numquid laicus, qui nullum habet ordinem, posset recipere ordinem sacerdotalem omnibus alijs prætermissis? Ad hoc dicit H. quod non, nisi prius habeat ad minus [o] primam tonsuram. arg. dist. 40. sicut. Alij contrarium dicunt, dummodo sit baptizatus. ℟. supra de pruden. ord. §. sed numquid laicus. Quid si clericus, prætermisso sacerdotali ordine, consecretur in Episcopum? Ad hoc dicũt fere omnes doctores, quod nullo modo potest esse Episcopus, nisi sit sacerdos, quod videtur etiam sentire Innocentius. ext. de excess. prælat. [p] ex litteris. in fine. Et secundum hoc casus iste est specialis, quia ordo sacerdotalis est quasi fundamentum substantiale ordinis episcopalis. Sed quid si aliquis promoueretur in Episcopum, prætermisso aliquo ordine alio a sacerdotali, & postea ordinaret aliquos, nũquid conferret ordinem? Potest dici quod sic, & ita sentiunt fere omnes, excepto illo ordine, quem non accepit, quem, quia nõ habet, dare non potest. 1. q. 1. gratia. & q. 7. Daibertum. Quid de illis, qui nullum

sit sacerdos. Illiteratus aũt omnino potest recipere clericalem ordinem, tamen officium ordinis exequi non potest sine scientia litterarum, vt supra de pruden. ord. §. sed numquid laicus.

[q] Con-

[k] *Si officia.*] ibi dicitur quod nõ debet esse dux, qui tyro ante nõ fuit, & quod primo lector post exorcista, & sic de alijs, ordinandus.

[l] *Debet deponi*] de iuris rigore.

[m] *Ignoranter.*] ex hoc videtur quod si hoc fecisset ex malitia, non posset Episcopus cum eo dispensare.

[n] *Ordinem omissum.*] numquid ad superiores? & credo quod sic, cum hoc non inueniatur prohibitum.

[o] *Primam tonsuram.*] vel vnũ de minoribus ordinibus: dicit enim quod non põt aliquis recipere sacrum ordinem, nisi receperit aliquem de minoribus; sicut non potest quis aliquem recipere de minoribus, nisi recepto prius sacro baptismate, nec ordinem episcopalem, nisi prius recepto ordine sacerdotali: & sic notauit. H. 52. dist. solicitudo.

[p] *Ex litteris.*] ibi dicitur, quod pontificale officium sine ministerio altaris impleri non potest quo ad executionem; & est argumentum q. Episcopus non potest esse, nisi

Digitized by Google

nullum habentes ordinem exercent diuinum officium, vel aliquem ordinem habentes exercent officium alterius ordinis quem non habent? Solutio. Primi, si fuerint [q] contumaces, debent excommunicari. Secũdi sunt deponendi, vel perpetuo [r] suspendendi ab illo ecclesiastico ordine, quem habebant, nisi postquam iuxta prouisionem Episcopi biennio, vel triennio suspensi fuerint, misericorditer tolerentur: numquam tamen poterunt [s] vlterius promoueri. Probantur hæc ext. de cleri. non ord. ministr. c. 1. & 2. & arg. 11. q. 3. [t] priuilegium. 25. q. 2. sic decet fidem sanctorum patrum in Ecclesia catholica seruari, vt quod habuit amittat, qui improbabili temeritate qđ non [u] accepit [x] assumpserit. De beneficio autem simplici, quod curam non habet animarum, misericorditer agatur cum eo, qui iam est in [y] sacris ordinibus constitutus ne sustentatione priuatus ad secularia negotia reuertatur: vt autem hoc securius possit fieri, de agenda pœnitentia diligens circa eum est adhibenda cautela; salubrius tñ sibi prouideret, si se ad regularem vitam transferret. vt ext. de cleri. non ord. ministr. c. 2.

§. 15. Item numquid Episcopus potest cõpellere clericos ad ordines suscipiendos? videtur quod non, qa dicit Gregorius: [z] Nemo crescere compellatur inuitus, & Episcopus inuitum ordinans debet annali pœnitẽtiæ subiacere. dist. 74. c. 1. Solutio. Quidquid super hoc notatum sit a diuersis, hæc distinctio est diligenter tenenda. Quia aliquando vult Episcopus cogere clericum ad recipiendum ordinem annexum beneficio, vel dignitati, quã habet, aliquando ad recipiendum alium. In primo casu, videlicet cum electum in Archidiaconum vult cogere, vt fiat diaconus, vel electum in Decanũ, Archipresbyterum, Abbatem, Prępositum, vt fiat presq; intelligitur de clericis in minoribus ordinibus constitutis. si tamen præsens sit subdiacon', potius debet legere epistolam, quã Acolitus, vel psalmista. si tamen tunc acolitus eã legat bona intẽtione, & absque præsumptione superbię aut modicũ, aut in nullo peccabit, maxime vbi est cõsuetudo talis, vel ius ignorat.

q *Contumaces.*] ita quod nõ velint cessare.

r *Suspendendi.*] hoc intelligo de his, qui mentiuntur se promotos ad ordines, ad quos reuera nõ sunt promoti, q tanquã schismatici ingerunt se officio ordinis, quẽ non habent, sicut Rex Ozias vsurpauit sibi officiũ sacerdotis. nec credo istum rigorẽ extendẽdum esse ad clericos minorũ ordinũ, qui in missis nouis ministrant in officio subdiaconat' cã cuiusdã gaudij, & solẽnitatis faciendę nõ mẽtientes de ordinibus suis; cum omnes assistentes fere sciãt veritatem: tales tñ graniter peccãt talia attentando, etiã sine malitia. Sed quid de illis clericis sacerdotũ in minoribus ordinibus constitutis, qui in missa legunt epistolam, nũquid fiunt irregulares, & peccant? R: credo quod nõ, ex quo sine solennitate hoc faciunt; cum concessum sit presbyteris parochialibus habere secum clericos, qui cũ eis cantẽt, & lectiones, & epistolas legant. ext. de vita, & honest. cleric. vt quisque.

s *Vlterius promoueri*] de rigore iuris nec ex dispẽsatione Episcopi, quando simplices sunt, & maxime ad ordinem illum, cuius officium vsurpauerunt. & hoc videtur velle decr. ext. de cleri. non ord. min. ex litteris. Quidam tamen volunt quod in hoc casu possit Episcopus dispẽsare, cum nõ expresse phibeat.

t *Priuilegium.*] meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

u *Accepit*] de iure.

x *Assumpsit*] ex officio, vel de facto.

y *In sacris ordinibus*] maxime: idem enim credo de constituto in minoribus ordinibus.

z *Nemo.*] 74. dist. c. 2.

a *Ir-*

byter, potest per subtractionē illius dignitatis, vel beneficij ēt appellatiōe remota. dist. 60. innouamus. ext. de elect. cum in cunctis. vers. si canones nō obsistant. ext. de ætat. & qual. c. 1. fallit tamen hoc in vno casu, scilicet cum sine culpa sua post electionē, & confirmationem, dum tamen ante ordinationem factus est [a] irregularis. ext. de elect. [b] cum in cunctis. vers. si canones non obsistant. quidam tamen non admittunt hunc casum per decr. ext. de ætat. & qualit. [c] c. 1. in fine. sed illa intelligitur, cum culpa sua contraxit impedimentum. In secundo casu, scilicet cū vult eum cogere ad suscipiendum ordinem non annexum beneficio, vel dignitati, subdistingue; quia aut necessitas, vel vtilitas ecclesiæ exigit aliquos promoueri ad ordinem illum, aut non. In primo casu iterum subdistingue, quia aut ille clericus excusat se ratione criminis, quod se dicit commisisse, aut sola voluntate. si quidem excusat se ratione criminis, debet Episcopus promouere inferiores idoneos ad ordinem illum, & ipsum contradicentem remouere a beneficio, quod obtinet in ecclesia, nisi alias sit valde vtilis, & necessarius ecclesiæ. ext. de ætat. & quali. quæris. & ita potest intelligi. dist. 74. consuluit. Si vero excuset se clericus ratione alterius impedimenti, puta propter infirmitatem, vel propter aliquod impedimentum temporale, vel perpetuum nō proueniens ex delicto suo, non est cogendus; & si cogeretur, esset eius appellatio admittenda, sicut dicitur in tutore, cuius excusatio non admittitur. ff. quando appellandum sit. l. 1. §. [d] si quis tutor. Si autem sola voluntate se excusat, nullam aliam causam prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appellatione remota per subtractionem officij, & beneficij. dist. 74. c. 3. & 4. ext. de æta. & qualita. quæris. vbi vero non exigit necessitas, vel vtilitas ecclesiæ, nō debet eū cogere inuitum, & si faciat, puniendus est. dist. 74. c. 1. & 2. & c. vbi ista. Dicitur autem nō exigere vtilitas ecclesiæ, quando ecclesia non indiget aliquibus ministris, & sunt in ecclesia alij idonei præter istum, quem Episcopus vult compellere: necessitas, quando ecclesia indiget ministro, & nullus alius est idoneus præter istum, quem vult cōpellere. Quidam tamen aliter distinguunt, sed teneas quod dixi.

§. 16. Circa hanc distinctionem quæritur vtrum recipiat characterē, qui coactus ordinatur. Ad hoc dicas, quod sic, si coactio est [e] conditionalis. arg. dist. 74. vbi ista: 45. dist. de Iudæis. 1. q. 1. quod quidam. nam in tali casu est ibi voluntas saltem indirecta, de qua dicit August. Voluit facere

[a] *Irregularis.*] vt si perderet manum, vel oculum sine culpa sua.

[b] *Cum in cunctis.*] ibi dicitur: hoc sane non solum de promouendis. sed etiā de his, qui iam promoti sunt, si non obstāt canones, præcipimus obseruari.

[c] *C. 1. in fine*] ibi dicitur si aliqua iusta causa prohibeat presbyteri fieri non possunt, prælationes amittat: & loquitur de Abbatibus, & Decanis, & Præpositis.

[d] *Si quis tutor.*] ibi dicitur, quod quando quis datur tutor in testamento, vel ab illo, qui ius dandi habet, excusare se potest: si tamen causam habeat, & si non admittatur eius excusatio, appellare potest.

[e] *Conditionalis*] vt si fiat comminatio mortis, vel cruciatus, nisi se patiatur ordinari.

[f] *Ab-*

facere, quia voluit viuere. 15. q. 1. merito. sed si fuit [f] absoluta coactio, nullum recipit ordinem, sicut nec in tali casu reciperet baptismum. ext. de bapt. & eius eff. [g] maiores, circa fin. & dist. 50. presbyteros. Sed numquid tenetur continere, qui recipit sacrum ordinem conditionali coactione? Videtur quod sic, ne ordo, vel religio contemnatur. dist. 43. [h] de Iudæis, in fi. item quia voluntas coacta voluntas est. 15. q. 1. merito. & videtur hoc maxime secundum illos, qui dicunt quod votum est annexum ordini sacro. arg. dist. 28. diaconi. dist. 84. cum in præteriro. Ad hoc dicunt, quidam quod talis tenetur cõtinere: nam licet non debuerit cogi ad ordinem suscipiendum, susceptum tamen etiã per coactionem tenetur seruare per illud cap. de Iudæis. Ioannes vero dicit ipsum [k] non teneri, si metus, vel coactio fuit talis, quæ posset cadere in constantem virum, alias sic. ext. quod metus causa. perlatum. & cum dilectus. in fi. item quia integritas corporis res est voti non præcepti. 22. q. 1. integritas. & continentia non debetur, nisi voluntaria. dist. 31. ante triennium. 20. q. 3. præsens. Pone ergo quod non teneatur continere, quia fuit talis metus, qui potuit cadere in virũ constantem, numquid veretur priuilegio clericali? Videtur quod sic, si alias vult viuere clericaliter. arg. dist. 32. si qui vero. & verum credo, nisi penitus transiret ad cõtrarium actum. 84. dist. quisquis. vel [l] alias dicas, quod si prius habebat vxorem legitimam, poterit illa vti sine peccato. & ita intelliges solutionem præcedẽtis quæstionis. Si tamen ipsa vellet continere, & ipse nollet, non haberet priuilegium. alias si ipsa nollet, & ipse vellet quãtum in se esset haberet priuilegium, si alias viueret clericaliter, vt dictum est supra. arg. 27. q. 2. multorum. si vero ante non habebat vxorem legitimam, tenetur præcise continere. arg. illius c. de Iudæis.

§. 17. Quid si clericus vult promoueri, prælatus eius non vult, quia forte

[f] *Absoluta.*] aute est, si omnino inuitus & violenter tenetur sub manibus ordinatoris.

[g] *Maiores.*] ibi dicitur quod ille, qui penitus contradicit baptizari, nec vmquam consentit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti; quia plus est expresse contradicere, quam minime consentire.

[h] *De Iudæis.*] ibi dicitur de Iudæis, qui per coactionem baptizati erant, q̃ fidem, quam taliter susceperũt, tenerẽ cogantur, ne fides, quam susceperunt, vilis ac cõtemptibilis habeatur.

[i] *Annexum.*] quod non est verum, sicut patet in Græcis, qui non tenentur ad continentiam, nec illi, qui apud nos ordinantur inuitis vxoribus. Quod ergo ordinati in sacris ordinibus tenentur continere, hoc non est, propter votum annexum ordini, sed propter cõstitutionem Ecclesiæ super hoc factam, & propter honestatem ordinis conseruandam; sicut notauit. H. 23. dist. in princ.

[k] *Non teneri.*] maxime si protestatus est saltem in secreto nolle continere. arg. illius decr. perlatum.

[l] *Si qui vero.*] ibi dicitur, quod sub ecclesiastica regula sint tenendi clerici cõiugati.

[m] *Contrarium dictum.*] vt si viduam, aut secundam duxerit vxorem: de hoc tamen dic, vt notatum est supra in titulo de apostatis. §. circa apostasiam inobedientiæ.

[n] *Alias dicas.*] prima solutio potior, & bemgnior est, & ideo tenenda. H. etiam notauit. 27. dist. in princ. quod qui apud nos ordinantur inuiti, nõ tenentur ad continentiam, quod si intelligeretur de coactis absolute, nihil diceret, quia illi non recipiunt ordinem.

[o] *Nota.*

Digitized by Google

forte ſcit in ſecreto illum commiſiſſe graue peccatum, & propter aliquam ſimilem cauſam. Dicas, quod ſi eſt clericus ſecularis, admoneri pōt in ſecreto, vt abſtineat; alias ſi ille inſtiterit, debet eum Epiſcopus ordinare. de conſ. diſt. 2.° non prohibeat. & eſt expreſſum. ext. de temp. ord. [p] ex tenore. ſi vero eſt regularis, non debet ordinari contra voluntatem Prælati ſui; non enim in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. ext. de temp. ord. ad aures. Ratio diuerſitatis eſt, quia regulares ſunt fortius aſtricti ſuis prælatis, quam ſeculares. 12.q.1. non dicatis. [q] Vel aliter, ſi habet clericus ius petendi ordinem, forte ratione beneficij, cui eſt ordo annexus, non poteſt Epiſcopus eum prohibere, quamuis ſciat illum commiſiſſe peccatum occultum: & ita poteſt intelligi illa, ex tenore. ſi vero non habet ius petendi, non tenetur eum Epiſcopus ordinare: & ita intelligas illam, ad aures.

§. 8. Pone quod Epiſcopus vult aliquem compellere ad ordinem ſuſcipiendum propter odium, & bene exigit vtilitas eccleſiæ, vel iſtum, vel alium ordinari, numquid tenetur iſte recipere ordinem? non videtur, quia Epiſcopus non poteſt illi taliter præcipere, vel propter odium, vel aliam cauſam inhoneſtam; & ſi cōpelleret eum, videretur, quod deberet deponi, licet vtile eſſet illum ordinari. arg. diſt. 45.c.1. & c. Epiſcopum. ext. de ęta. & qualita. tuam. Credo tamen contra, quod licet Epiſcopus peccet ſic præcipiendo, iſte tamen debet obedire, ex quo non eſt malum, quod præcipitur ei, immo iuſtum, & vtile eccleſiæ. arg. 11.q.3. quid ergo. 23.q.1. quid culpatur. in fi. 33.q.2. [r] manifeſtum.

[o] *Non prohibeat*] diſpēſator pingues terrę in menſa Domini manducare, ſed exactorem moneat timere.

[p] *Ex tenore*] ibi dicitur, quod ſi peccatum occultum eſt, ſi promoueri voluerit, ei nō poteſt, nec debet ratione aliqua prohiberi.

[q] *Vel aliter*] & melius, & plenius.

[r] *Manifeſtum*] ibi dicitur, quod vxor ad mandatum viri votum abſtinentiæ de conſenſu viri emiſſum tenetur frangere.

De impedimento sexus.

[a] POstquam circa tractatū ordinum aliquantulam fecimus digressionem, redeuntes ad propositum, de impedimento sexus pauca subijciamus. Vnde notandum, qđ fœmina nō potest recipere characterem alicuius ordinis clericalis. Ambr. super illū locum Apostoli in prima epistola ad Tim. Mulieres similiter oportet esse pudicas, ait occasione horum verborum: Cathafrigæ dicunt diaconissā debere ordinari, quod est veritati cōtrarium, quia mulieres characterem nō recipiunt, impediente sexu, & cōstitutione Ecclesiæ. Vnde nec pñt [b] prædicare etiam Abbatissæ, nec benedicere, nec [c] excōmunicare, nec absoluere, nec pœnitētias dare, nec [d] iudicare, nec officium aliquorum ordinum exercere, quantumcūque sint doctæ, sanctæ, vel religiosæ. dist. 23. [e] mulier. & [f] sacratas. 33. q. 5. [g] mulierem. ext. de sent. excō. [h] de monialibus: licet enim beatissima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, nō tñ illi, sed istis Dñs claues regni cęlorum cōmisit. ext. de pœn. & remiss. [i] noua. Quidā tñ [k] mentiuntur adhuc cum Cathafrigis fœminā recipere characterem, etiam diaconalem, & presbyteralem. inducūt ꝓ se. 27. q. 1. [l] diaconissam. &

Ambr. in Hexameron ī tractatu diei quartæ.

[a] *Postquam*] vndecimum impedimentum.

[b] *Prædicare*] publica prædicatione; possunt tamen in capitulis suis, & claustris sorores suas exhortari ad bonum, & docere; sed non in ecclesia in publico, aut in synodo. Aug. Mulier semel docuit, & totum mūdum subuertit.

[c] *Excommunicare*] credo tñ, ꝙ possint pcipere presbyteris suis de sua congregatione, qđ excōmunicēt, & absoluant moniales delinquētes; & illi tenentur obedire. si tamen illi presbyteri hoc habeant ex cōcessione generali, vel speciali Episcopi loci illius, vel Papæ, si fuerint exemptæ; aut si habēt hoc de consuetudine antiqua, & approbata. Sed nūquid possunt suspendere? Videtur quod sic, & maxime vbi est talis cōsuetudo, quia mulieres, etiam laicæ, habent iurisdictionem de consuetudine alicubi. ext. de arbit. dilecti. & videtur expressum, qđ possunt suspendere, ext. de maior. & obed. dilecta. & notauerūt ibi quidā, ꝙ clericos sibi subiectos possunt suspendere ab officio, & beneficio, sicut præsentare ad ecclesias vacantes: habent enim huiusmodi Abbatissæ, vt dicunt, iurisdictionem talem qualem.

[d] *Iudicare*] de spiritualibus causis. de temporalibus autem, vbi est consuetudo, credo ꝙ possunt iudicare, sicut nobiles dominæ de Francia. vt ext. de arbit. dilecti.

[e] *Mulier*] quamuis sancta, & docta, viros in conuentu docere non præsumat.

[f] *Sacratas*] ibi dicitur, quod sacratæ Deo fœminæ, sacra vasa, & pallas sacratas contingere, vel incēsum circa altare deferre nō debēt.

[g] *Mulierem*] ibi dicitur, quod mulier nō habet auctoritatem; nec docere, nec iudicare potest.

[h] *De monialibus*] ibi dicitur de monialibus, quę inciderūt in canonē de iniectione, ab Epīs, in quorum diœcesibus sunt earū monasteria, auctoritate dñi Papę absoluant. & credo quod, quoad hmōi absolutionem, sunt Epi delegati à sede Apostolica, & quoad exemptas, & quoad non exemptas.

[i] *Noua*] ibi dr quod Abbatissæ, nec moniales benedicere, nec cō fessiones audire in criminibus, nec euangelium legere, nec publice prædicare possunt, q a, licet beatissima Virgo, &c.

[k] *Mentiuntur*] sed quid de hermaphrodito? R. si magis vergit in sexum virilem, quam fœmineum, potest recipere characterem, sed ecōtra non potest. 4. q. 3. c. 2. §. hermaphroditus. ordinari tamen non debet, siue sic, siue sic se habeat, propter deformitatem, & monstruositatem. arg. 36. dist. illiteratos. 49. dist. c. vlt. si autem æqualiter inualescant in eo sexus virilis, & fœmineus, characterem recipere non potest, quia non potest dici aliquis, vel aliqua.

[l] *Diaconissam*] ante annos quadraginta ordinari non debere statuimus.

[m] *Si quis*

Digitized by Google

m *Si quis rapuerit*] lex est, & loquitur de illo, q̃ solicitat, vel corrũpit diaconissam, vel monachã, vel asisteriã recluſam, dictã ab asistẽdo, q̃a quotidie asistit orationi.

n *Presbyter*] ibi dicitur de presbytero quodã, q̃ habebat presbyteram suã.

o *Homeliam*] & orationẽ forte dicebant. hodie autẽ omnes moniales cõsecratę hoc faciũt, pp defectũ seruientium clericorũ.

m si quis rapuerit. in illis expresse videtur probari de ordine diaconali. de ordine presbyterali probant per 32. dist. n presbyter. sed illa capitula diaconissã, & si quis rapuerit. vocant diaconissam illam, super quam forte fundebatur aliqua benedictio, ratione cuius consequebatur aliquod speciale officium, forte legendi o homeliam in matutinis, vel aliud, quod non licebat alijs monialibus. in illo autem capitulo, presbyter, appellatur presbytera, quia erat vxor presbyteri, vel etiam vidua, vel matricuria, id est, de rebus ecclesiæ curam habens ad instar matrisfamilias. & ita exponit Conciliũ p Laudicense in sequenti capitulo eiusdem dist.

Diaconissę autẽ, de quib⁹ loquitur illud capitulum, diaconissã, nusquã iam inueniuntur, sicut ibi notauit H. quarum ordinatio vocabatur institutio ad p̃dicta officia, nõ collatio alicui⁹ characteris, aut ordinis ecclesiastici.

p *Laudicense*] ibi dr: mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellanr̃, apud nos viduæ, aut seniores, vniuiræ, & matricuriæ, in Ecclesia tamquam ordinatas constitui non debere decernimus.

De sacramentis iterandis, & de consecrationibus ecclesiarum. 24

QVoniam quorundam sacramentorum iteratio irregularitatem inducit, merito post prædicta impedimenta de hoc aliqua sunt tangenda; pauca sacramentorum generalia præmittendo. Videndum igitur primo, quid sit sacramentum, quid signum, quid sacrificium, quid mysterium. Secundo, quot sint species sacramentorum. Tertio, quis eorum effectus. Quarto, quæ sacramenta possint iterari, quæ non. Vltimo, quæ sit pœna iterantis sacramenta.

§. 1. Quid sit sacramentũ ostendit Aug. dicens: b Sacramentũ est sacræ rei signum. Idem: sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Idem: c signũ est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid faciens ex se in cognitionem venire. Idem: sacrificium visibile, inuisibile est sacramentum, species panis, & vini, quæ sunt visibile sacrificium, significãt inuisibile corpus Christi, quod est sacramentũ Ecclesiæ. d Gregorius: sacrificiũ dicitur quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriã dominicæ passionis. Idem: e mysterium est ille f actus visibilis sacramenti applicatus, secretam, & reconditam in se cõtinens dispensationem, id est, virtutem, & gratiam a Deo dispensatam, & collatã. probantur hęc de cõs. dist. 2. sacrificium. &

Aug. lib. 10. de ciuitate Dei. cap. 15.

a *Quoniam*] hæc est 24. Rubrica tertiæ particulæ.

b *Sacramentum est*] hæc distinctio conuenit sacramentis, tam veteris, quã nouæ legis. Secunda vero conuenit specialiter sacramentis nouę legis.

c *Signum est*] istę auctoritates sunt de cõs. dist. 2. signum. & sacrificium.

d *Gregorius*] 1. q. 1. multi.

e *Mysterium*] 1. q. 1. multi.

f *Actus visibilis*] quẽ exercet sacer-

Greg. lib. 3. dialogorum. cap. 31.

sacerdos circa formas visibiles: & videtur quod Magister intermiscet hæc verba sua verbis Gregorij.

g *Signum,*] etc. sacramentum.

h *Nulla salus*] præter baptismum promittitur infantibus.

i *C. 1. & 2.*] in his capitulis agitur de confirmatione.

k *Frequentius.*] ibi dicitur, quod ter in anno debent communicare fideles: & loquitur de cõsilio.

l *Omnis*] ibi dicitur, qđ semel in anno ad minus cõfitendum est, & communicandum, scilicet in paschate.

m *Non potest quis.*] a peccato iustificari, nisi ante peccatum fuerit confessus.

n *De sacramentis,*] scilicet ordine, & matrimonio. Nota versum de istis 7. sacramentis.

Abluo, firmo, cibo, dolet, vngitur, ordine iũgo.

Prima quinque sunt omniũ. sextum, id est ordo, est perfectorum. septimum, id est matrimonium, infirmorum. & dicuntur quædam ex istis sacramenta necessitatis, quia sunt ĩ præcepto, & tenetur quilibet ad ea suscipienda, pro loco, & tempore.

o *Declarauit.*] ibi dicitur: nos dicim' tale cuique fieri sacrificium, qualis accedit ad offerendum, scilicet ad sumendum.

p *95. dist.*] ibi loquit de extrema vnctione, & dicitur quod nõ debet dari, nisi pœnitẽtibus, qa genus est sacramenti.

q *Aug.*] 4. q. 1. quod quidam.

r *Quia neutri.*] verbum est magistri quod dicit Aug. de cõs. dist. 4. ostenditur.

s *Expressum*] q non debeat iterari.

t *In-*

g signum. 1. q. 1. multi.

§. 2. Species sacramentorum sunt duæ; quædam sacramenta sunt necessitatis, & quædam voluntatis. sacramenta necessitatis sunt hæc quinque, baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitẽtia, extrema vnctio. Sacramenta vero voluntatis sunt hæc duo, ordo, & matrimoniũ. probantur hæc de cõs. dist. 4. h nulla salus. de cons. dist. 5. i c. 1. & 2. de cons. dist. 2. & si non k frequentius. & ext. de pœn. & rem. l omnis. de pen. dist. 1. m non potest quis. Iac. Cap. vltimo: infirmat quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. n De sacramentis voluntatis habetur dist. 74. vbi ista. 30. q. 2. vbi nõ est cõsensus.

§. 3. Effectus sacramentorum est, vt talia sint cuilibet, qualis ipse accedit, id est bonis bona, & malis, ac fictis mala occasionaliter. 1. q. 1. Dominus o declarauit. de cons. dist. 2. & sancta malis obesse possunt; bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium: vnde Apost. 1. Corint. 11. Qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit. & ideo dicit canon, quod sacramenta non debent cõferri, nisi pœnitentibus. p 95. dist. illud. hoc aũt intelligas de peccatis manifestis: nam pp occulta nõ possent alicui negari sacramẽta, nisi p admonitionẽ secretã, vel publice ĩ gñe factã. de cons. dist. 2. non prohibeat. & ℞. supra tit. 2. de ætate. §. quid si clericus vult promoueri

§. 4. Circa iterationem sacramentorum hoc teneas, q̃ sm̃ omnes hæc tria sacramenta, baptismus, ordo, & cõfirmatio numq̃ debent iterari, de primis duobus q Aug. vtrumque, scilicet baptismus, & ordo sacramentum est, & quadam consecratione datur, illud q̃dem cum baptizatur, istud vero cum ordinatur; ideoque in catholica Ecclesia vtrumque non licet iterari, r quia neutri facienda est iniuria: dicitur autem iniuria fieri sacramento, quando non iterandum iteratur quasi prima collatio non valeat. 1. q. 1. sacramenta. De confirmatione vero est s expressum de cons. dist. 5. dictum. & de homine. reliqua vero quatuor sacramẽta dicunt q̃dam q̃ possunt iterari: nã de pœnitẽtia, eucharistia, & matrimo-

q *Aug. ad Emeritum Epist. 164.*

nio in-

Digitized by Google

nio indubitãter videtur, cũ videamus quotidie iterari sine aliqua quæstione. De extrema vnctione videtur similiter, q̃ possit intrepide iterari quoties aliquis infirmatur; cum enim sit medicina corporis, & animæ, videtur quod adueniente morbo apponi possit, & debeat medicina, & hoc optime innuitur in prædicta auctoritate Iac. infirmatur quis, &c. & ad idem. 95. dist. illud. Alij autem dicunt, q̃ nullum sacramentum est iterandum: pro eis facit Aug. dicens: nulli sacramento [t] iniuria facienda est, ergo nullum sacramentum est iterandum, quia de tali iniuria loquitur. de cons. dist. 4. ostenditur. Si obijciatur eis de istis quatuor sacramentis prædictis, quæ quotidie iterãtur; Respondent quod licet quodam respectu dicantur iterari, eo quod sæpius ab aliquo sumãtur, tamen quia nõ iterũ benedicitur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. In cõiugio quoque semel benedicitur quisque, non sæpius. ext. de secund. nupt. vir autem, vel mulier ad bigamiam trãsiens non debet a presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti sit, eorum benedictio [u] iterari non debet. presbyter etiam iterans talem benedictionẽ suspendi debet ab officio, & beneficio. ext. de secundis nuptijs. [x] capellanum. Pænitentia similiter tantum semel imponitur cum solennitate; & illa pœnitentia similiter dicitur solennis, [y] nec debet iterari licet priuata pœnitentia iteretur, quoties homo peccat. [z] Ambrosius: sicut vnicum est baptisma ita vnica est pœnitentia. ℟. infra de pœnitentia. §. species pœnitentiæ. Potest etiam dici, quod ideo in tribus primis non potest fieri iteratio absque iniuria, quia in prima collatione cuiuslibet eorum imprimitur character animæ, qui etiam in morte nõ separatur ab ea. Vnde si aliquis resuscitaretur, non esset baptizandus, reordinandus, vel reconfirmãdus, secus in alijs quatuor sacramentis. probatur hæc diuersitas ab Aug. 32. q. 7. [a] licite. & 1. q. 1. [b] quod quidam. Quod autem dictum est de benedictione secundarum nuptiarum, & pœnitentia solenni non iterandis, intelligas, nisi de cõsuetudine alicuius ecclesiæ alias obtineret; tunc em̃ posset sine periculo iterari. de pen. dist. 3. §. ex persona.

§. 5. Pœna iterantis baptismum, vel confirmationem videtur secundũ leges esse decapitatio. C. ne sanctum bapt. itere. l. 1. secundũ canones vero,

[t] *Iniuria.*] 1. q. 1. sacramenta. de cons. dist. 4. ostenditur.

[u] *Non debet.*] hucusque sunt verba decretalis.

[x] *Capellanum.*] ibi præcipitur, quod capellan⁹, qui benedictionem cum secunda celebrauerat ab officio, & beneficio suspensus mittatur ad curiã; sed istud potest intelligi de illo, qui sciẽs maritum alicuius viuere benedixit vxorem eius cum alio, vel intelligitur secundum consuetudinem illarum ecclesiarum, in quibus non adhibetur benedictio secũdis nuptijs.

Aug. lib. 1. contra donatistas. cap. 1.

[y] *Nec debet.*] nisi vbi est consuetudo q̃d iteretur.

[z] *Ambrosius.*] de pœn. dist. 3. reperiuntur.

[a] *Licite.*] ibi no tauit. H. quod Lazarus post suam suscitationẽ non posset repetere vxorem suam, vel econuerso, & quod si vellet iterum eam habere vxorem, oporteret eum cum ea de nouo contrahere, non tamẽ esset bigamus, quia non diuideret ꝓpter hoc carnem suã in duas.

[b] *Quod quidam*] ibi dicitur quod in restituto ab Imperatore ad militiam character non repetitur, sed potius agnitus approbatur: & moneta extraordinarie facta non in monetis publicis sed in thesauris regis cõgeritur.

[c] *Pri.*

Amb. lib. de Patriarchis lib. 1. de Abraham c. 6.

Aug. de adulterijs coniugijs. lib. 2. cap. 4. & 5.

qui ſponte, vel coacti, vel cõditionaliter fuerint baptizati, non poſſunt promoueri. & idem intelligo ſi ignoranter, & poſtea, cum ſciuerint, ratũ habuerint. Idem, ſi ab hæreticis abſque neceſſitate ſcienter baptizati ſunt. diſt. 50. confirmãdum. 1. q. 1. ventum. in fine. & q. 7. qui in qualibet. & conuenientibus. In habitu tñ clericali debent iſti viuere, & ſic retinebunt [c] priuilegiũ clericale. diſt. 81. dictum. de conſ. diſt. 5 dictum. qui autẽ ignorãter ſunt rebaptizati, ſicut interdum fit de infantibus, vel coacti, abſolute poſſunt promoueri ſecũdum quoſdã de iure, ſecũdum alios, q̃ tutius eſt, de diſpenſatione Epi. 1. q. 4. [d] placuit. de vtraque hĩ de conſ. diſt. 4. [e] eos quos. contradicit vehementer. de conſ. diſt. 4. qui bis ignoranter. vbi dĩ, q̃ ſi aliquis rebaptizatus eſt, non indiget pœnitere; [f] ſed tñ eſt irregularis, & non põt promoueri: ſed illud dictũ fuit olim in odium rebaptizantium, vel de magno rigore, vel de ignorantia iuris, quæ non excuſat in talibus. item quod dictum de baptizato, itelligas de reordinato, & de reconfirmato. arg. diſt. 68. c. 1. & de conſ. diſt. 5. dictum. diſt. 50. presbyteros.

§. 6. In ſumma nota, q̃ qui dubitat probabiliter, vtrum ſit baptizatus, vel cõfirmatus, vel ordinatus ſine periculo propter tale dubium poteſt baptizari, vel ordinari, vel confirmari, quia non intelligitur iteratũ, qđ factum neſcitur eſſe. de conſ. diſt. 1. ſolennitates. de conſ. diſt. 4. ſi nulla. ext. de presbyt. non bapt. veniens, & debet conferens ſacramentum vti his verbis, non te rebaptizo, ſed, ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Pat. & Fil. & Spi. Sanc. ext. de bapt. & eius effe. c. 2. & eãdẽ formã ſeruet [g] in alijs.

§. 7. Item ſolus Epiſcopus indiſtincte [h] poteſt confirmare. de conſ. diſt. 5. manus. & nouiſſime. & vt ieiuni. ſolus ſimiliter poteſt ordinare clericos. & infra de differentijs officiorum. §. Epi ſubſunt. ſolus etiam imponit pœnitentiam ſolennem, & reconciliat ſolenniter pœnitentẽ, niſi neceſſitas aliud inducat. diſt. 50. in capite. 26. q. 6. [k] c. vlt. Alia ſacramenta poſſunt conferri a ſacerdotibus. Item quantũ ad veritatem ſacramentorũ, non refert a quo conficiantur

[c] *Priuilegium.*] vnde incidunt in canonẽ de iniectione, q̃ degradatũ quemcumque percutiunt, niſi ſit dimiſſus ab eccleſia ſeculari poteſtati.

[d] *Placuit.*] ibi dicitur de infantibus, qui ab hęreticis baptizati ſunt, nec ſuo iudicio hoc fecerunt, quod parẽtum error illos non impediat, quominus reuerſi ad eccleſiam promoueantur ad miniſterium altaris.

[e] *Eos quos.*] ibi dicitur q̃ Epiſcopi, presbyteri, diaconi, q̃ ſpõte, vel coacti rebaptizati ſunt, debẽt pœnitere vſque ad mortem, nec admittendi ſunt ad orationem, etiam cum cathecumenis.

[f] *Sed tamen.*] Nõ ſunt hęc verba Canonis, ſed dicitur ibi quod ſecundum Canones ordinari nõ poſſunt.

[g] *In alijs*] id eſt in collatione aliorum ſacramẽtorum, quando dubitatur, vtrũ alias eidem collata ſint.

[h] *Poteſt confirmare*] videtur cõtra. 95. diſt. peruenit. vbi concedi videtur ſimplicibus presbyteris cõfirmare, ſed illud fuit cõceſſum ad tempus propter ſcã-

dalũ, & hoc ſpecialiter in quibuſdam presbyris, nõ omnibus generaliter.

[i] *Ordinare.*] ad ſacros ordines; quia quidam minores poſſunt cõferri ab Abbatibus, vt ſupra de ætat. & qualita. ord. §. item Abbas.

[k] *C. vltimo.*] ibi dicitur q̃ presbyter non recõcilietpœnitentes in conſulto Epo, niſi abſente Epo vltima neceſsitas cogat.

[l] *A quo.*] iuſto ſcilicet, vel peccatore; catholico, vel hæretico; ſuſpenſo, vel interdicto; excommunicato, vel degradato, dum tamen ordinem habeat, qui adhoc exigitur, & forma hodie ſeruetur Eccleſiæ.

[m] *Non*

ciantur, & conferantur dummodo in forma Ecclesię conficiantur, & cōferantur; peccant tamen qui indigne conficiunt, vel celebrant: peccant etiā, qui accipiunt ab hæreticis, vel schismaticis aliquod sacramentum, præter baptismū in articulo mortis, cū catholicus nō inuenitur, à quo accipiatur: & idem credo in excōicato, q̄ ab eo nullum sacramētum debeat recipi, nisi baptismus in necessitate, vt dictum est de hæretico. De toleratis in Ecclesia sunt duo genera hominum, videlicet simoniaci in ordine, & notorij fornicatores, à quibus [m] nō debent recipi sacramenta, nisi forte morte interueniēte baptismus, & communio. dist. 32. §. [n] verum. 1. q. 1. [o] sacramenta. & sicut ficti. de hoc [p] supra de hæreticis. §. item numquid. Qui intelligantur notorij [q] infra de notorio. In baptismo etiam nota specialem singularitatem, q̄d si baptizetur aliquis, nedum à falso Christiano, vel hæretico, qui aliquando fuit in Ecclesia; sed etiam à Iudæo, vel Pagano, vel à muliere, quæ prohibita est baptizare propter sexum, fortius quam masculus laicus, nisi in necessitate, vere baptizatus est; dummodo forma Ecclesiæ sit seruata, etiam si non suberat necessitas, quia non illorum, sed Christi est, & Spiritus sancti, qui gratiam subministrat. de consecr. dist. 4. [r] mulier & [s] in necessitate. & [t] Romanus. & [u] a quodam Iudæo. 30. q. 3. super quibus. Item hæc quatuor sacramenta, Baptismus, Eucharistia, Confirmatio, & matrimoniū, habent se excedenter, & excesse: nam Baptismus excedit alia ratione [x] efficaciæ. de consec. dist. 4. per baptismum sine pœnitētia; Eucharistia vero ratione dignitatis, & sanctitatis. de consec. dist. 2. [y] nihil. Confirmatio, ratione [z] conferentis. de cons. dist. 5. manus. Matrimonium, ratione [a] significationis. ext. de bigamis. debitum.

§. 8. Post prædicta sacramenta, in genere de consecratione ecclesiæ, vel altaris parum tango: nam & [b] ipsa dicitur sacramentum, & eius iteratio est prohibita. Nota ergo, q̄ solus Eps pōt consecrare ecclesiā, & debet consecrari cū Missa, & alijs solennitatibus, q̄ numerantur de cons. dist. 1. [c] c. 1. & [d] 2. ex quo aūt semel fuerit cōsecrata ī forma debita, nō debet postea recōsecrari. dist. 68. ecclesijs. fallit hoc in

diuinæ, & humanæ naturæ; de hoc nota vers[o].

Maior in effectum Baptismus, Corpus in esse.

Coniugium signo, maiori Chrisma ministro.

[z] *Nam & ipsa*] consecratio ecclesiæ.

[a] *Cap. 1.*] ibi dicitur, quod diuinis, & sacris vnctionibus consecrāda est eccl'a.

[b] *In secundo capitu-*

[m] *Non debent*] recipi, quia suspensi sunt, quo ad se, & quo ad alios.

[n] *Verum*] ibi dī: officiū simoniacorum, & infornicatione iacentium, scienter nullo modo recipiatur.

[o] *Sacramenta, & sicut ficti*] illa duo capitula dicunt, quod sacramenta Ecclesiæ collata ab hæreticis in forma Ecclesiæ vera sunt.

[p] *Mulier*] ibi dī, quod mulier non debet baptizare, nisi in necessitate.

[q] *In necessitate*] loquitur de laico istud c.

[r] *Romanus*] loquitur de Pagano.

[s] *A quodam Iudæo*] ibi dicitur quod baptizati a Iudæis non debent rebaptizari.

[t] *Efficaciæ*] q̄a ex virtute eius dimittuntur omnia peccata pœnitenti, quo ad culpā, & quo ad pœnam; nec est necessaria huiusmodi exterior pœnitentia.

[u] *Nihil*] in sacrificijs maius esse potest, quā corpus Christi.

[x] *Conferentis*] quia à solo Episcopo cōfertur.

[y] *Significationis*] quia significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam per vnionē

pitulo] dicitur, quod debet consecrari cum Missa.

d *Templa sacrari*] si hoc verbũ sacrari communiter accipiatur pro consecratione, & reconciliatione, verum est, quod dicunt versus; aliter nõ est verum generaliter.

e *Ecclesiæ*] ibi dicitur, qđ quæ ambiguę sunt đ consecratione, consecrentur.

f *Solennitates*] ibi habet de scriptura, & testib⁹. quidam tñ libri habent pro capitulo de ecclesiarum.

g *Dicticis*] dicticæ sunt columnæ ecclesiæ.

h *Destructa*] vł sm̃ aliã litteram decrustata, quia cum cõsecratio ecclesiæ potissimum consistat in superficie, tã interiori, quam exteriori, vbi fit aspersio aquæ, & pingũtur cruces, & fiunt vnctiones, decrustata superficie enormiter per exustionem, vel alio modo, recõsecranda esset ecclesia.

i *Si non tota*] quia si superficies tantum fuit exusta, nec altare fuit crematũ, vel locus ille, in quo sunt cruces, & reliquiæ positæ, non esset reconsecranda ecclesia.

k *Domum*] ibi dicitur, qđ non tenet venditio domus p̃ maiori parte combustæ, quando tam venditor, quam emptor ignorabãt combustam esse: si autem solus venditor sciebat, quantacumq; pars remaneat incombusta, stat venditio, & tenetur venditor emptori ad interesse. Si autem ecõuerso sciebat emptor, & venditor ignorabat, stat venditio, & totum pretiũ tenet. soluere emptor si nondum soluit, nec solutum repetet. Si autẽ vterq; sciebat domũ exustã, vel totã, vel pro parte, nihil actũ est; q̃a dolus dolo cõpensatur, & impedit iudiciũ bonæ fidei: quod tñ in hoc vltimo casu dr̃, quod nihil actum est, intelligitur quoad partẽ combustam.

l *De fabrica*] ibi dr̃, quod si quã basilica à fundamẽtis fuerit innouata sine alterismotione, sine aliqua dubitatione, cum in ea celebrata fuerit solẽnitas Missarum, totius consecratio sanctificationis implebitur; sed parũ videtur facere hoc ad probãdum quod Magister dicit, cum hoc cap. videatur contrarium dicere.

m *Exteriori*] vnctione. arg. hic, quod in præcedentibus est litera illa decrustata.

n *Ecclesiam in qua*] ibi dicitur, quod si ecclesia, in qua mortuorum corpora sũt sepulta, apta videtur ad consecrãdum, euulsis

hoc in sex casibus sm̃ quosdã, in quibus debet reconsecrari, & no tantur his versiculis.

Ignis, adulterium, destructio, mensa remota,
Mors, dubium faciũt iterato d templa sacrari.

Quidquid autem dictum sit ab istis, vel alijs, qui varia super hoc notauerunt, tu tñ teneas indubitãter, quod in tribus casibus tantum debeat ecclesia reconsecrari. Vnus, quando dubitatur an ecclesia fuerit consecrata; quia non apparet aliqua scriptura de hoc in instrumẽto dotationis, vel in libro ecclesię, vel in columna, vel tabula marmorea; nec apparet vnus testis de visu, vel de auditu: casus iste probatur de conse. dist. 1. e ecclesiæ. & f solennitates dedicationũ. qđ quęlibet prędictarum probationum sufficiat in præall. c. solennitates. 24. q. 2. sane profertur. vers. in sacris g dicticis scripserunt. 22. q. 5. hoc videtur. & intelligas semiplenas probationes sufficere, vbi non esset de hoc contentio, p̃ quã vel tolleretur ista probatio, vel appareret quod non posset haberi fides tali probationi, quin alteri fieret præiudicium. Alius casus est, si sit exusta ecclesia, id est, quod sit h destructa propter exustionem. de conse. dist. 1. ecclesijs. quod forte est intelligendũ etiam i si non tota, sed pro maiori parte decrustata. arg. ff. de contrahen. emp. k domum. Tertius casus est, si funditus est destructa, & de nouo reparata, siue ex eisdem lapidibus, siue ex alijs. de consec. dist. 1. l de fabrica. & est ratio in his duobus casibus, quia tota consecratio ecclesiæ maxime cõsistit in m exteriori vnctione, & coniunctione, & dispositione lapidum. arg. de consec. dist. 1. n ecclesiam, in qua. secus esset si parietes non funditus,

Digitized by Google

sis inde corporibus,& rasis parietibus, & tignis eius reædificetur, id est, reaptetur per dealbationem,& cruces ibi apponantur.

q *Si motum*] ibi dicitur: si motum fuerit altare, Ecclesia de nouo consecretur, si parietes mutantur,& nō altare, salibus tantum exorcizetur Ecclesia.

p *Propter homicidium*] idem intelligas de sanguinis effusione facta per contētionem; quod tñ ītelligo de enormi sanguinis effusione, non de modica, vel leui; vt si quis, forte dum contēdit cum alio in ecclesia, impetu in eum facto offendat in nares ei', vel cum vngue aliquantulū excoriet eū, & inde aliquātulum sāguinis effluat, maxime si ille, qui hoc facit, non habet propositū effundendi sanguinē. Quid si lapide, vel ligno, cadente de ecclesia aliquis occidatur; aut quid si aliquis furiosus se ibi præcipitauerit, aut ictu proprio occisus fuerit? ℟. videtur bene notasse do cōs. dist. 1. Ecclesijs. quod in his casibus non sit reconcilianda ecclesia, ex quo per intentionem non est sanguis effusus; tamen loquitur ibi de consecratione, non de reconciliatione, nisi nomine consecrationis intelligas reconciliationē: habetur enim ibi, quod si in ecclesia vulneratus aliquis lætaliter, postea moriatur in domo sua, ibi dicetur mortuus, vbi causam mortis acceperit. omnino idem intelligo in contrario casu, vnde si aliquis extra ecclesiam vulneratur lætaliter, & fugiens ad ecclesiam ibi moriatur, non reputabitur violata homicidio: sicut si aliquis lætaliter vulnerauit seruum, licet tempore mortis factus sit liber, non punietur occisor tamquam de libero occiso, sed tamquam de seruo. Quid si in ecclesia martyr occidatur, sicut factum est de beato Thoma Cantuariensi? ℟. dicunt q̄ non propter hoc reconsecranda sit ecclesia, quia huiusmodi sanguinis effusio ecclesiā non polluit, sed consecrat. Pro adulterio debet similiter ecclesia reconciliari; similiter de fornicatione ibi commissa; quia nec illud c. de cons. dist. 1. ecclesijs. nec illud. ext. de cons. eccl. c. vltimo. distinguit de pollutione seminis, vtrum sit facta fornicando, vel adulterādo: propter pollutionem autē in somnis factam, non debet eccl'a reconciliari: si autē ibi vir reddat debitū vxori suæ, vel econuerso, aut causa prolis procreandæ ibi coierint, videtur. H. sentire, quod non sit reconciliāda ecclesia; sed tamē, vt dictū est, loquitur ibi de consecratione. Ego credo q̄ in hoc casu indigeat reconciliatione; & etiā p̄p sodomiticum vitium ibi perpetratum; non tñ credo huiusmodi recōciliationem esse necessariam propter occultam fornicationem, aut adulterium, sed propter manifestam; vel quādo publica fama est de hoc, & vterque delinquentiū, vel alter eorum publice de crimine confitetur: & sic intelligitur ext. de adult. significasti. Difficile enim mihi videtur, & absonum, quod propter huiusmodi pollutiones occultas, de quibus nullū est scandalum, aut fama, fiat solennis reconciliatio ecclesiæ consecratæ per Episcopum, cum quotidie oporteret Episcopos discurrere ad huiusmodi reconciliationes faciendas, cum eas demādare nō possent simplicibus sacerdotibus.

sed successiue mutati essent; quia tunc non esset reconsecranda, sed reconcilianda. de cōs. dist. 1.°si motum. p Propter homicidium autem, vel adulteriū, non debet consecrari, sed reconciliari tantū. ext. de consecr. Ec. p. posuisti. ext. de adult. significasti. Potest autem Diœcesanus Episcopus reconciliare ecclesiam per se, vel per alium Episcopum, nō distincto vtrum ipse benedicat aquam, & ipse reconciliet ecclesiam: per sacerdotes vero simplices non potest reconciliare ecclesiam, etiam si consuetudo contrariū obtinuerit ab antiquo; quia licet Episcopus committere valeat, quę iurisdictionis existunt; quæ ordinis tamen q episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demādare. ext. de cons. eccl. aqua. Item quid fiet, si ecclesia non consecrata cuiuscumq; fuerit r semine, aut sanguinis effusione pollu ta? ℟. debet aqua s exorcizata t lauari, ne diuinæ laudis organa suspendantur. ext. de cōs. ecc. si ecclesia. quā ℟. infra inter nouas

q *Episcopalis.*] sicut est consecratio virginū, & ecclesiarum, & earum reconciliatio.

r *Semine.*] nō distinguit quo affectu effusum sit semen, siue matrimoniali, siue fornicatorio; vnde non videtur distinguendum esse.

s *Exorcizata*] huiusmodi aqua conficitur a simplices sacerdotes.

t *Lauari.*] & hoc potest fieri per simplicem sacerdotem, vt credo, & sine speciali mandato

dato Epi. arg. eius, quod dr in illa decr. si eccle sia. quod protinus debet lauari, quod non fieret si oporteret mandatum Epi expectare. Alij aliter dicunt, q̃ auctoritas Epi necessaria est in hoc casu, quia sicut necessaria ē auctoritas Epi ad hoc, quod Ec cl̃a ædificetur, & quod ibi celebrentur diuina à principio, ita dicunt, q̃ necessaria est auctoritas ad reconciliationem eius, postquã taliter est polluta.

u *Ad hæc*] si altare motũ fuerit, aut lapis ille solũmodo suppositus, qui sigillũ continet, confract⁹ fuerit, aut diminutus, oĩno debet consecrari ecclesia; non enim consueuit pp hoc reconciliari, licet id q̃dã canones innuere videantur.

x *Quod in dubijs*] ibi dr, quod altare, in quo tabula est consecrata, si mota fuerit, vel enormiter fracta, cõsecrari debet.

y *Dictum est*] scilicet quod propter mensæ destructionem, debet altare consecrari.

z *Enormiter*] maxime si in angulo, vel angulis, siue cornib⁹ constitutiones. Item quid de mortuorum corporibus, qui à schismaticis sunt sepulti; & de indumentis sacerdotalib⁹ cum quibus, necnon & de altaribus in quibus degradati presbyteri celebrauerunt? Dic, qd propter hoc, nec sepulti huiusmodi debent exhumari, nec indumenta iterum benedici, nec altaria reconsecrari. ext. de sacramen. iterand. vel non. à nobis. Item propter altaris remotionem, vel mensæ destructionem, non debet ecclesia reconsecrari, sed altare tantum; quia alia est cõsecratio altaris, alia ecclesiæ. ext. de cons. eccl. u ad hæc. & x qd in dubijs. Quod autem y dictum est de mensa, intellige siue fuerit destructa penitus, seu z enormiter fracta, seu fuerit a mota iunctura, qua adhæret stipiti; nam in illa præsertim coniunctione intelligitur esse consecratio altaris: vnde si aliquis de lapidibus b stipitis tangens ipsam mensam esset c motus, altare esset reconsecrãdum. ext. de cons. eccl. ad hæc. & quod in dubijs. Idem etiam sentiunt Doctores, nisi fieret altari tantum augmentum, quod amitteret formã; quia forma rei est esse rei. arg. 10. q. 2. hoc ius.

§. 10. Item possunt Ecclesiæ dedicari, tam diebus dominicis, quam priuatis. ext. de cons. eccl. c. 2. Virgines tamen tantum cõsecrandæ sunt in diebus dominicis, & alijs præcipuis festis, nisi forte immineret mortis articulus; quia tunc non esset implorãtibus cõsecratio deneganda. 20. q. 1. deuotis. Item nullus propter somnia, vel inanes reuelationes, vel quamlibet aliam causam debet ædificare ecclesiam, nisi de consensu, & auctoritate diœcesani Episcopi, qui debet ponere primarium lapidem, crucem figere cum orationib⁹, designare atrium pro cęmeterio, & porticu; & petere sufficientem dotem assignari ecclesiæ. non debet etiam fieri, nisi in loco vtili, fuerit fracta, cũ in angulo soleat pręcipue altaris consecratio fieri. Quid si aliquid additũ fuerit ad longitudinem, vel latitudinem altaris? R. credo quod propter hoc nõ debeat consecrari.

a *Mota iunctura*] si autẽ mensa illa cum sibi cohęrẽtibus moueatur, non debet iterare consecrationem: quod apparet in altari portatili, quod etiam si portatur de loco ad locum, nõ propter hoc reconsecratur; dũ tamen lapis superior non separetur ab eo, cui compaginatur.

b *Stipitis*] secus de lapidibus parietis, vel de ipso pariete, cui lateraliter compaginatum est altare in quibusdam ecclesijs; quia propter motionem illius parietis, aut lapidis non reconsecrabitur altare, si maneat immotum.

c *Motus*] hic intelligo de principalibus lapidibus, vt potẽ qñ super quatuor columnas fundata est mensa altaris, & vna illarum mouetur, mensa nihilominus remanente immota. —

d Ne-

Digitized by Google

& honesto. de consec. dist. 1. [d] nemo. & ecclesias per congrua. & hic ergo. & [e] placuit. Item permittitur cuilibet fidelium habere oratorium priuatum in domo sua, & ibi orare; sed non debet ibi missa celebrari, nisi de consensu Episcopi, & propter necessitatem: & dūmodo nō fiat præiudicium saltē enorme parochiali ecclesiæ. Clericus vero, qui sine auctoritate Episcopi in tali oratorio celebrauerit, debet deponi. de cons. dist. 1. vnicuique. & clericos. & [f] si quis etiam. [g] vel dic, quod nec etiam oratorium aliquod licet habere in forma ecclesiæ absque auctoritate Episcopi: hospitale tamen sine oratorio posset aliquis auctoritate propria facere, ad recipiendos pauperes.

§. 11. Item nota: ex quo monasterium, vel ecclesia, vel etiam hospitale [h] auctoritate Episcopi ædificatū est, nullo modo debet postea conuerti in seculare habitaculum, vel alios profanos vsus. ext. de rel. dom. ad hæc. 19. q. 3. [i] quæ semel. & quoniam. 17. q. vlt. questi. Similiter ligna cathedræ, [k] pallæ altaris, vela, vel cortinæ ecclesiæ, vestimenta ministrorum, vasa sacra, peluis etiā, in qua diaconus, ad cuius spectat officiū, cum ministris humilibus abluit [l] corporalia intra sanctuarium, & velamina nō debent conuerti ad vsus laicos, vel profanos; sed si aliqua sunt vetustate consumpta, debent comburi, & cineres recondi intra ecclesiam sub pauimento, vel alio loco tuto, & honesto, ne introeuntium pedib⁹ coinquinentur: ligna tñ ecclesiæ destructæ possent poni ī alia ecclesia; vel etiā in alio vsu honesto fratrum, puta capitulo, dormitorio, vel simili. possent ēt vasa pp necessitatem vendi alij ecclesiæ, etiam in eadem forma, vel cōflata cuilibet. probantur hæc oīa de cons. dist. 1. ligna. & altaris. & nemo per ignorantiā. & [m] in sancta. & [n] vestimēta. & [o] ad nuptiarū. Item nō debet hodie fieri altare ligneū, vel tereum, sed lapideum: nec calix debet fieri de ligno, vitro, ære, vel aurichalco, sed de auro, argento, [p] vel stanno: nec

[a] *Nemo*] ibi habetur de crucis fixione per Episcopum, & atrij designatione, & de dote assignanda.

[b] *Placuit*] ibi habetur de somnijs, & vanis reuelationibus.

[c] *Si quis*] ibi agitur de oratorijs priuatis, & quod non debet ibi celebrari in festiuitatibus p̄cipuis, sed tantum in alijs diebus.

[d] *Vel dic*] & melius.

[e] *Auctoritate Episcopi*] generali, vel speciali: quod dico propter monasteria, in quibus, eo ipso, quod fundata sunt de consensu Episcopi, videtur esse concessum erigere capellas ad opus infirmorum, & ad processiones faciendas intra septa sua.

[f] *Quæ semel*] dedicata sūt monasteria cum consensu Episcoporum, maneāt perpetuo monasteria, nec vltra possunt fieri secularia habitacula.

[g] *Pallæ altaris*] palla dicitur q̄libet vestis, qua altare cooperitur. Item dicitur palla corporale, quo corpus dominicum inuoluitur. Velum autem, vel cortinam possumus vocare pannū, qui super altare, vel ante dependet, vel quod in quadragesima extenditur circa altare, vel ea, quæ dependent ad parietes ecclesiæ.

[h] *Corporalia*] ex hoc patet, quod non sunt abluenda per laicos, aut mulieres, aut etiam moniales de iure, licet de consuetudine fiat contrarium.

[i] *In sancta*] ibi dr̄, qđ sacra vasa ab alijs, quā à sanctis hominibus, Dominoq; dicatis, non tractentur.

[k] *Vestimenta*] in illo c. dicitur, quod sacra vestimenta nō debent ad alios vsus transferri, vel ab alijs, quā à sacratis hominibus contingi, aut offerri.

[l] *Ad nuptiarum*] ornatum, diuina ministeria non præstentur.

[m] *Stanno*] sub quo intellige plumbum.

[n] *Alta-*

Digitized by Google

[q] *Altaria*] si non sunt lapidea, consecrentur. In sequenti capitulo dicitur, quod in luteis vasis non conficiatur. In tertio, quod calix non debet esse de ære, quia vomitum prouocat; nec de aurichalco, ligno, vel vitro, sed de auro, vel argento, vel stanno. In quarto, quod in serico, vel in panno tincto nō celebretur, sed in puro linteo de lino, sicut corpus Domini in sindone munda sepultum fuit.

[r] *Altari*] Ecclesiæ.

[s] *Tabula*] lapidea, quæ consecrari non debet, nisi habeat capsulam; de capsula autem, cui cōpaginatur tabula, non refert, vtrū sit lignea, vel lapidea, vel alia materia solida. altare autē lapideum significat Christum, iuxta illud, petra autem erat Christus. Vnde denudatio altarium in die passionis dominicæ significat, quod discipuli eo relicto omnes fugerunt.

suffícit tacitus consensus Epi. arg. 33. q. 5. [k] qui vxorem. Item qa non vī ipsum alienare, cum adhuc remaneat de sua iurisdict. Si tñ subest alij inferiori prælato, & transit ad ecclesiā nō subditam illi, illius cōsensus expressus est requirendus. 58. dist. [l] c. 2. 9. q. 3. [m] conquestus. Cum vero transit ad ecclesiam alterius episcopatus, necessarius est expressus cōsensus Episcopi, & etiam alterius, si habet alium super se, præter Epm, 71. dist. per totum. 85. dist. [n] florentinum. 7. q. 1. [o] Episcopus de loco. C. de emancip. [p] l. 3. ext. de renunc. admonet. Si autem transit de seculari ad regularem, potest, petita tñ licentia sui Episcopi, & alteri[9] prælati, si habeat; & si non obtenta, nisi sit Eps, qui non potest, nisi petita, & obtenta licentia Papę, vt supra dictū est. 19. q. 2. [q] duæ. ext. de regul. [r] licet. Si de regulari ad regularem, subdistingue: aut ad arctiorem, aut ad parē, aut ad laxiorem. In primo casu, idē qđ supra in casu proximo scilicet cū de seculari ad regularem, & per eadem iura, hoc addito, quod Abbas, qui subest immediate domino Papæ, non potest transire, nisi de licentia Papæ. ext. de consuetud. cum venerabilis. Nec tenent capitula. 19. q. 3. nullus. & mandamus. Vbi dicit, qđ canonici regulares non pñt transire ad regulā monachorum; nisi velis intelligere de transeuntibus causa leuitatis, prout dicitur ext. de regul. licet. In secundo casu, scilicet cum ad parē, idem quod in membro primo posito, scilicet cum de seculari ad secularem, & per eadem iura. & 19. q. 3. [s] statuimus. In tertio casu, scilicet cum vult transire ad laxiorem, non potest nisi in duobus casibus: vnus est quando ingrediens monasterium, fuerit protestatus, quod volebat esse in probatione. require supra de vot. §. quæritur circa votum. Alius est propter defectum paris ordinis, vel arctioris; nam tunc posset esse non solum cum laxioribus, sed etiā, si nulli religiosi inuenirentur, [t] cum secularibus; conuersando tamen inter eos regulariter, & honeste. arg.

[k] *Qui vxorem.*] ibi dī: qui vxorem suam velari pmiserit, aliā nō accipiat, sed similiter cōuertatur.

[l] *C. 2.*] ibi dicitur, quod si quis de alterius monasterij cōuentu in suo monasterio aliquem cōuertere velit, sine licētia Abbatis, & monachorū non fiat.

[m] *Conquestus*] ibi dī, quod Eps alienum clericum, inuito suo Epo, ad iudiciū suum venire cōpellere non debet.

[n] *Florentinum*] ibi dī de quodā postulato, quod apud Epm suum agere debet, vt concedatur.

[o] *Episcopus de loco*] ibi dicitur, quod per cōcessionē Episcoporū suorū pñt sacerdotes, & clerici inferioris gradus transire ad alias eccl̄as.

[p] *L. 3.*] ibi dī: non nudo cōsensu patris liberi potestate, sed actu solenni, vel casu liberantur nec causæ, quibus motus pater emācipauit filiū, sed actus solennitas quæritur.

[q] *Duæ*] ibi dī, q̄ contradicēte Episcopo clericus ad religionē transire potest.

[r] *Licet*] ibi dī: licentia trāseundi ad arctiorem regulā, vel religionē negari nō potest, etiam si priuilegium habeat locus ille, quod nullus inde transeat post professionē ibi factam.

[s] *Statuimus*] ibi dicitur, qđ nullus, propter p̄fessionem alicubi factā, leuitatis instinctu, vel districtioris religionis obtētu, ex claustro audeat recedere, sine permissione patris, & totius congregationis.

[t] *Cum secularibus*]. ex hoc patet, qualiter cōsulendū sit regularibus eiectis, & fugitiuis, qui non pñt impetrare suā recōciliationē secundū formā decret. ext. de regulari. c. vlt. nec inueniunt arctiorem religionē, in qua recipiantur, scilicet, quod cum secularibus cōuersentur regulariter, & honeste.

[u] *Nul-*

19.q.3. "nullus. Sicut & propter talem defectum, monasterium posset conuerti in ecclesiam secularem, ext.de relig.dom.[x] inter. Si vero de regulari ad regularem, non potest, nisi sit electus ad aliquam prælaturam, cui sit annexum officium prædicationis, quod priuilegiatum est; [y] quia tunc potest, cum licentia tamen Episcopi, & Abbatis. 58. dist. [z] c.1. & 2. 16.q. 1. [a] cum pro vtilitate. ext. de stat. mona. [b] quod Dei timorem. in fi.

§. 3. In summa nota, quod qui transit de vna ecclesia ad aliam, debet transire de minori ad maiorem, 93.dist. [c] legimus in Isaia. in fi. ext. de translat. [d] c.1. Item debet transire causa necessitatis, vel vtilitatis, vel humilitatis tantum, 16.q.1. [e] monachi vagantes. & [f] cū pro vtilitate. ext. de regular. [g] licet. Item dicitur clericus tunc translatus, cum est confirmatus in alia ecclesia, & obtinuit corporalem possessionem. 21.q.2. [h] si quis iam translatus. 92.dist. [i] si qui Episcopi. ext. de elect. [k] cum in cunctis.

a *Nullus*] ibi dicitur, quod canonicus regularis inter monachos recipi non debet, quandiu sui ordinis ecclesiam poterit inuenire.

x *Inter*] ibi loquitur de monasterijs Græcorum, & dicitur, quod non debent ibi constitui seculares, quandiu poterunt inueniri regulares, siue Græci, siue Latini.

y *Quia tunc potest*] secundum vetera iura ad simplicem curam, etiam parochialis Ecclesiæ.

z *C.1.& 2.*] in 1.dicitur, quod nullus monach⁹ producatur ex monasterio ad officium ecclesiasticū, nisi quō Abbas loci admonitus, ppria voluntate obtulerit Episcopo. Casus secūdi capituli positus est supra eod.§.

a *Cum pro vtilitate*] ibi dicitur, quod pro vtilitate Ecclesiæ monachus potest promoueri ad clericatus officium per Episcopum, cū Abbatis tamen voluntate.

b *Quod Dei*] ibi dicitur, quod per antiquos canones monachi possunt ad regimen parochiarum assumi.

c *Legimus*] ibi dicitur: qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur.

d *C.1.*] ibi arguitur quidam Archiepiscopus, qui quendam de archiepiscopatu transtulerat ad episcopatum.

e *Monachi*] dicitur ibi: si fuerit necesse clericum de monacho ordinari, cum consensu Abbatis fiat.

f *Cum pro vtilitate*] ibi dicitur, quod si monachus in ecclesia maior persona debet fieri, sine licentia Abbatis, & monachorum non fiat.

g *Licet*] ibi dicitur: ne quis ex temeritate, vel lenitate, in iacturam sui ordinis, vel iniuriā, sub prętextu maioris religionis ad alium ordinem transeat.

h *Si quis iam translatus*] ab vna ecclesia ad aliam nihil habet commune cum priore.

i *Si qui Episcopi*] dr quod Epi, q ordinati sūt, nec recepti ab illa parochia, i qua fuerant denominati, si voluerint vbi prius fuerāt vt presbyteri residere, non abijciantur à propria dignitate.

k *Cum in cunctis*] ibi dicitur: electorum confirmatorum beneficia possunt alijs conferri, postquam huiusmodi electi administrationes bonorum ecclesiæ, ad quam electi sunt, adepti fuerunt, & decurso tempore de consecrandis Episcopis à Canonibus diffinito.

Digitized by Google

STensum est supra de qualitate promouendorũ, sed qm̃ natura humana quodãmodo labit ad delicta, &, vt ait [a] Toletanũ Cõcil. procliuis est cursus ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum, ideo expedit supponere, saltem in genere, tractatũ de lapsis, ac dispensationibus eorundem. Vt autem plenius intelligas, Nota primo circa lapsos tres regulas ius commune cõtinentes. Secundo, interpretationes diuersas circa intellectum regularum. Tertio, quis possit cõtra illas regulas dispẽsare. Prima regula est. Qui peccauit, mortaliter post baptismũ, nõ põt promoueri. 25. dist. [b] primũ. 48 dist. [c] qm̃. 50. dist. [d] illud. 1. q. 7. [e] si qs oẽm. Secunda est, quod promotus, qui mortale crimen commisit, deijcitur. dist. 50. [f] qui semel. & [g] si Episcopus. & [h] si post ordinationem. 81. dist. [i] diaconus. Tertia est, qui ab ordine deponitur, non potest restitui. dist. 50. c. 1. & 2. & c. [k] peruenit. & [l] post quam. & istæ tres regulæ colliguntur dist. 50. [m] vt constitueretur. in princ. Vbicumque mitius agitur, dispensatio est. Circa intellectũ autem istarum regularũ tres fuerunt ab antiquo opiniones solennes. Prima opinio dicit, quod omne peccatum mortale repellit promouendum, & deijcit promotũ, & peccat mortaliter, qui post baptismũ peccauit, si se promoueri permittit, vel si permanet in ordine iam suscepto, quatamcunq; egerit pœnitentiã, nisi cũ eo sit dispensatum. Hæc opinio intelligit regulas, put sonant, & est nimis rigida, cũ sm̃ eã nullus posset promoueri: nã res pene cõtra naturã est, vt qui H. vt sine peccato aliqs sit. dist. 25. vnũ orarium. §. nunc aũt. & ideo nõ est tenenda. Secũda opinio intelligit pdictas regulas de mãgnis peccatis; qa minora post pœnitentiã non repellunt, nec deijciũt. arg. 46. dist. [n] clericus. dist. 81. [o] Apostatæ

[a] *Toletanũ*] 20. q. 3. procliuis.

[b] *Primum*] ibi dicitur, qd̃ Episcopus talis debet esse, quod ex eo tẽpore, quo ex Deo renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur.

[c] *Quoniam*] ibi dicitur: si mortale crimen cõmiserit post baptismum, ante ordinationẽ, cessabit à clero.

[d] *Illud*] ibi dicitur, quod non debent suscipere sacramentorum gerendorũ instrumẽta, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

[e] *Si quis*] ibi dicitur, qd̃ fornicans post baptismum conuictus deponitur; & qui cum fornicatione ad sacerdotium promotus est, conuictus degradatur.

[f] *Qui semel*] ibi dicitur, qui post ordinationẽ suã labit deinceps, iã deposit' erit, nullumq; gradũ sacerdotij poterit adipisci.

[g] *Si Episcopus*] ibi dicitur, quod si Episcop' presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, chartã falsauerit, falsum testimonium dixerit, depositus in monasterium retrudatur.

[h] *Si post*] ibi dr, quod si qs post ordinationẽ labitur, phibend' est, ne cum lutulentis manibus, & pollutis nrę salutis ministeria pertractet.

[i] *Diaconus*] aut presbyter, si capitale crimen commiserit, officio simul, & cõmunione priuetur. dist. 50. c. 27. Quidã libri habent hic c. 7. & quidã habent. c. 1. & 2.

[k] *Peruenit*] ibi dicitur, q quidã de sacris ordinib' lapsi, vel post pœnitẽtiam, vel ante erant reuocati ad officiũ, qd̃ ibi fieri prohibetur.

[l] *Postquam*] ibi dr quenquã criminaliter cadẽtem, in locum, quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari.

[m] *Vt cõstitueret*] in Eccl'a, ne qs post pœnitentiã alicui' crimnis, clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu remaneat, non desperatione veniæ, sed rigore factum est disciplinæ.

[n] *Clericus*] maledicus ad postulandam veniam cogatur: si non fuerit, degradetur, nec absque satisfactione ad officiũ reuocet.

[o] *Apo-*

Apostolus. 5. q. 4. [p] in loco. & interpretatur illa peccata magna, de quibus est expressum in iure, quod debeant repellere, vel deijcere. hæc opinio non distinguit inter peccata occulta; & manifesta, & ideo non est tenenda, dist. 50. [q] de his vero. Tertia opinio intelligit prædictas regulas de manifestis: occulta enim post pœnitentiam non repellunt, nec deijciunt, immo de iure communi possunt, qui commiserunt talia promoueri, & si promoti sunt in susceptis ordinibus ministrare. dist. 50. [r] sacerdotes. & de his vero. dist. 48. qm. hæc opinio nõ distinguit iter enormia peccata, & alia, & ideo nõ est tenenda. ext. de accusat. [s] inquisitionis.

§. 2. Vt ergo sine calumnia, & contrarietate procedas, distingue, cum quis agit pænitentiã, de peccatis, aut illa fuerunt enormia, aut mediocria, aut minora. [t] Si enormia, puta simonia, vel homicidiũ volũtariũ, siue sint occulta, siue sint manifesta [u] repellunt promouendum, & [x] deijciũt promotũ. dist. 50. [y] miror. 1. q. 1. [z] erga. & [a] si quis neque. ext. de accusat. inquisitionis. & ꝛc. supra de simonia. §. restat. & de homicid. §. pœna homicidij. alia vero enormia post actam pœnitentiam executionem officij nõ impediunt. ext. de accusat. inquisitionis. Si mediocria subdistingue, aut sunt manifesta;

[o] *Apostolus*] ibi dicitur, quod si Apostolus dixisset: si quis sine peccato est, nullus ordinaretur, sed quilibet reprobaretur. sed dicit: si quis sine crimine est, sicuti est homicidium, adulterium, vel aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi. crimen aũt est peccatũ graue, accusatione, & dãnatione dignissimum.

[p] *In loco*] ibi dicitur, quod faciens strepitum in synodo, expellatur, & triduo excõmunicationem sustineat.

[q] *De his*] ibi dicitur, quod clerici in sacris ordinibus constituti, si deprehensi fuerint publice in periurio, furto, fornicatione, & similibus, à proprio decidãt gradu. Et infra: his vero abscõse, id est occulte peccantibus, & pænitentibus, gradu seruãto, spes veniæ promittenda est de misericordia Dei.

[r] *Sacerdotes*] ibi dicitur, quod sacerdotes fornicantes, si criminis manifestus, siue ostensus sit actus sacerdotij honorem habere non possunt; secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

[s] *Inquisitionis*] ibi innuitur, quod quædam sunt crimina, quæ ordinis executionem suscepti, aut retentionem beneficij, etiam post peractam pænitentiam impediunt; vt homicidium, simonia in ordine, vel in beneficio, & huiusmodi criminibus probatis per modum inquisitionis procedendum est, sicut in accusatione; alioquin secundum personæ merita, & quantitatem excessus, Iudex pœnam poterit moderari.

[t] *Si enormia*] hoc restringendũ est, sicut magister exemplificãdo videtur innuere, solummodo ad homicidium, & simoniam in ordine, & si qua sunt cætera ita enormia, quod etiam post peractam pænitentiam executionem suscepti ordinis ĩpediunt. Secus est de aliis enormibus, qualia sunt hæresis, idolatria, sodomiticũ vitium, incestus. H. per incestum dicit enorme crimen intelligi. 50. dist. in prin. G. etiã notauit ext. de tẽp. ord. ex tenore. quod adulteriũ, periuriũ, falsum testimonium, & homicidium, de qbus hic agitur ext. de temp. ordin. quæsitum enormia sunt; talia enĩ enormia occulta post pœnitentiã veram nõ deijciunt promotũ, nec impediunt promouẽdum, vt dr̃ in illa decr. quæsitũ. pter homicidiũ.

[u] *Repellunt*] id est indignum faciunt, ne promoueantur, ẽt post quãtancũq; pænitentiam.

[x] *Deijciunt*] id est indignum faciunt ad officiũ suscepti ordinis exequendum, ẽt post pænitentiã. ita autem expono, quia propter occultum nõ deponitur quis, siue deijcitur.

[y] *Miror*] ibi dicitur, quod post quantancũque pænitentiam sacerdos homicida in sacerdotio administrare non debet.

[z] *Erga*] ibi dicitur: erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse decernimus.

[a] *Si quis neque*] ibi dr̃, q̃ qui simoniace Epalem, vel sacerdotalẽ dignitatẽ acceperit, & in vita sua nõ sponte reliquerit, eumq; insperata mors pœnitẽtẽ nõ inuenerit, in æternũ peribit.

[b] *Fra-*

aut occulta. in primo casu repellunt promouendũ, & deijciũt promotũ. dist. 50. de his. excepto crimine simplicis fornicationis, qa licet sit mediocre, & manifestum, nõ inducit depositionẽ, nisi admonit⁹ nollet se corrigere, dist. 34. [b] fraternitatis, dist. 50. [c] quia sanctitas, ext. de cohabit. clericorum, & mulierum. [d] sicut, & intelligas hoc, quãdo sunt manifesta per sententiã, & per coniunctionem, vel cõfessionem metu probationis factam, dist. 24. [e] c. vlt. Si autem per cõfessionem etiam factam in iure sponte, & nõ metu probationum, non deponeretur ita precise, sed fieret quod legitur 15. q. 8. [f] qui admisit, & siquis presbyter. [g] vbi dicitur quod talis, si est sacerdos, nõ cãtet missam, nec diaconus legat Euangelium; alios autem ordines poterit exequi. Hoc tamẽ nota, quod si clericus confiteatur publice, etiã extra ius, se cõmisisse crimen tale, quod vergit in alterius infamiam, & præiudicium, vtputa confiteretur aliquã nunc coniugatã se primitus deflorasse, vel se cum illa adulteratũ esse, vel simile, sicut quidã fatui interdum solent in talibus, cum male fecerint, [h] gloriari, licet iura dicãt confessionẽ extra ius factam regulariter nõ parare præiudicium confitenti, iste tamẽ debet suspẽdi ab officio, & beneficio, ext. de exces. præl. [i] quã sit graue. Si vero sunt manifesta per famam, deficiente accusatore, & probatione legitima, indicetur purgatio, qua præstita absoluetur, si in ea defecerit, deponetur ext. de adulter. [k] significasti, & de purgat. canonica, [l] ex tuarum, & ℞. infra de purg. §. circa processum. In secũdo casu, scilicet cum sunt mediocria, & occulta, possunt remanere in susceptis ordinibus, & promoueri ad superiores, ext. de tẽp. ord. [m] ex tenore, & [n] quæsitum. vocantur autem crimina mediocria quantum ad præ-

[b] *Fraternitatis*] ibi dicitur, quod defect⁹ nostri tẽporis districtionis illius manere nõ patitur cẽsurã: & loquitur de clerico cõcubinario, cui conceditur, vt fiat diaconus.

[c] *Quia*] ibi dicit, qđ in sacris ordinib⁹ cõstituti, post lapsum, & pænitentiam ad ministerium Ecclesiæ possunt reuocari. Sicut Petrus post negationẽ Domini ab Apostolatu non est reiectus.

[d] *Sicut*] ibi dicitur quod clerici fornicarias habẽtes in domib⁹ suis si sunt in sacris ordinib⁹ cõstituti, & si moniti eas non remouerint, vsque ad satisfactionẽ suspendantur à beneficijs; quod si suspensi eas retinuerint, ꝑpetuo remoueantur ab eisdẽ beneficijs.

[e] *C. vltimo*] ibi dicitur, qđ presbyter, aut diaconus, qui, dum discuteret, peccata sua confessus est, aut post ordinationẽ suã ab alijs detect⁹, abijciatur à clero; & hoc de vniuerso ordine clericorũ seruetur.

[f] *Qui admisit.*] peccatũ corporale, & postea factus est presbyter, si confessus fuerit, numquã offerat, sed maneat in alijs officijs, propter studij eius vtilitatem.

[g] *Vbi dicitur*] idest innuitur, quia non expresse dicit hoc ibi.

[h] *Gloriari*] Prouerb. 2.

[i] *Quam sit graue*] ibi quidam diaconus præcipitur suspendi, si publice scilicet confessus est se cuiusdam vxorẽ pluries cognouisse.

[k] *Significasti*] ibi dicitur: si defecerit, suspendatur.

[l] *Ex tuarũ*] ibi agitur de purgatione super homicidio; & dicit, quod si presbyter super hoc diffamatus se legitime purgauerit boni viri testimonio denũcietur, & ab infamia homicidij absoluatur.

[m] *Ex tenore*] ibi dicitur de quodam, qui occulte peccauit tali peccato, quod, si esset publicũ, deponeretur, quod iniũgatur ei pœnitẽtia, cui⁹ parte peracta, ordine suscepto vtatur, & ad superiorem ordinem nõ ascẽdat: si tamẽ voluerit promoueri, quia peccatum occultũ est, prohiberi nonũ debet.

[n] *Quæsitum*] ibi dicitur, quod si sacerdotum, aut aliorum clericorum adulteriũ, homicidiũ, aut falsum testimonium notorium non fuerit, nec in iure probatum (præter reos homicidij) post veram pænitentiam in iam susce-

ſuſceptis, vel ſuſcipiendis ordinibus impediri non debent: ſi autem non pœnituerint, monendi ſunt, & obteſtandi, vt etiam in ſuſceptis non miniſtrent.

o *Adulterium*] ſecundum Bern. vt dictum eſt, adulterium, & periuriũ enormia, non mediocria ſunt.

p *Fraus*] mala, quæ dolũ habet: non enim omnis fraus eſt dolus; vt cũ aliquis alium decipit re ipſa, non intentione, aut voluntate fallendi.

q *Multa*] nõ omnia; quia ibi fit mentio de homicidio.

r *Presbyter*] aut diaconus, qui in fornicatione, furto, periurio captus eſt, deponatur.

s *De his*] ibi fit mentio de periurio, furto, & fornicatione, & diſtinguitur inter occulta, & manifeſta crimina.

t *Qui in aliquo*] ibi fit mentio de his, qui in hæreſi baptizati ſunt, aut qui ſemetipſos abſciderunt.

u *§. Criminis*] ibi dicitur de ſacrilegio, homicidio adulterio, fornicatione, falſo teſtimonio, furto, [illegible] ira, ſuperbia, inuidia, auaritia, longa iracũdia, ebrietate, aſsiduia; quæ omnia dicit Auguſtin' mortalia.

x *Quorundam*] ibi arguit quidã Epiſcopus iuuenis, qui venationi erat deditus.

y *Eſau*] ibi dr: ſentẽ materiã. o Adulterium, fornicatio, furtum, p fraus, cui ineſt dol', ſacrilegium, periurium, & alia q multa, quæ enumerantur diſt. 81. Apoſtolus, & r presbyter, & ſi quis diaconus, diſt. 50. s de his vero. & diſt. 51. t qui ĩ aliquo. diſt. 25. u §. criminis. Non obſtat, quod dicitur diſt. 50. de his vero in fi. verſ. ſpes veniæ de miſericordia, &c. quia illud intelligit de miſericordia habita quo ad peccatum, vel de miſericordia iuris, ſecũdum quam dicitur: vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas. Si autem ſunt minora, nec repellunt, nec deijciunt. Dicuntur autem minora, crimen venationis in clerico & etiam in laico, niſi faceret ob neceſſitatem pellium, vel carniũ, vel victus ſui, quia pauper eſſet, & non in quadrageſima, vel alio tempore ſpecialiter deputato ad orationem, & peccatorum purgationem; penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem.

z *In c. ſequentibus*] dr: quid prodeſt ieiunare viſceribus, & luxuriari venatibus; abſtinere à cibis, & errare peccatis. ibi etiam Amb. arguit ieiunium illius, qui primo diluculo ſurgens non ad eccleſiam vadit, nec ad martyrũ ſancta loca, ſed congregat ſeruulos, forte magis ad eccleſiã feſtinantes, diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſiluas que perluſtrat; & arguit eum, tam de ſua, quã de ſeruorũ perditione. Sed nõne tenentur obedire dñis ſuis ſerui? R. tenentur quidẽ in licitis, ſed non illicitis, quale eſt hoc, qđ eſt contra illud: primum quærite regnũ Dei, ideſt, Eccleſiam; quod ſemper faciendũ eſt in mane, vt ibi notauit H. ſi autẽ ad licitã venationẽ compellãtur a dñis, non peccant mortaliter.

a *Cum Apoſtolus*] ibi: nec cum canibus venatoriis, & auib' piſcẽt. & loquitur ibi de prælatis viſitantibus ſubditos ſuos.

b *Numquã*] ibi dicit H. texent lina capiendis piſcibus.

c *Qui venatoribus*] ibi arguit Aug. eos, qui paſcunt tales; quia arti nequiſsimæ dãt, nõ hominis vitio, nõ naturæ.

d *Videtur*

venatio

de quibus reſpondetur ſupra d ferijs, diſt. 34. x quorundam diſt. 86. y Eſau venator erat. & in duobus z c. ſequentibus: & hoc de venatione ſaltuoſa, ideſt, quæ fit cum clamore, canibus, & auibus, & armis; quæ etiã prohibita eſt clericis. ext. de cenſib. a cum Apoſtolus. Ponere aũt laqueum, vel rete plane, & in ſilentio non prohibetur, etiam clericis; dum tamen diuinum officium non negligat. arg. de conſ. diſt. 5. b numquam. Sunt alia duo genera venationum, quæ grauiſſima peccata ſunt. Vnũ eſt oppreſſionum, quo homines opprimuntur, & ſuperbe ſubiugantur. de hoc in Gen. 9. cœpit Nembrot eſſe robuſtus venator cora Domino. Aliud arenarium, ſcilicet cũ qs pugnat in arena cum beſtia dentata, & cauſa cupiditatis; ſecus enim, ſi cauſa liberandæ patriæ. de hac diſt. 86. c qui venatoribus. &

Digitized by Google

[d] vident homines. Itē inter minora computātur alea, & ebrietas, dist. 35. c. 1. Item facere strepitum in Synodo, 5. q. 4. in loco. hoc tamen intelligas, nisi admoniti nollent corrigi; tunc enim fierent hæc crimina grauiora propter cōtumaciam, vt colligitur ex eisdē capitulis. bene facit ad hāc dist. ext. de temp. ord. quæsitum.

§. 3. Contra prædictas tres regulas pōt Papa dispēsare in omni casu ex plenitudine potestatis; licet plures casus sint, in quibus nullo modo dispēsat, vt in homicidio voluntario. dist. 50. Item in quatuor casibus, quos ℞. supra de simonia. [e] §. restat. sed circa Episcopos inferiores est duplex solēnis opinio. Vna dicit quod Episcopus pōt dispensare contra primas duas regulas in adulterio, & minoribus criminibus: in maioribus adulterio nequaquam, nisi in casibus à iure [f] expressis. ext. de iudic. [g] at si. Nā hoc ipso, qd de quibusdam cōceditur, de alijs tacite ꝓhibetur. dist. 25. [h] qualis ext. de transl. [i] inter. vers. nec qd de cessione. & C. de procurat. [k] marit⁹. Exprimitur autem in iure de quibusdā criminib⁹ maiorib⁹ adulterio, in quibus permittitur Episcopis dispensare; vt in hæresi, & [l] sacrilegio. dist. 50. [m] presbyteros, & [n] si quis presbyter. [o] Alia opinio dicit, quod potest Episcopus dispensare in omni crimine cōtra duas regulas primas, nisi expresse prohibeat sibi à iure. hoc probatur dist. 82. presbyter. & optime de pæn. dist. 6. c. 1. in fi. vers. Itaque Pontifex iustus, ꝑfectus, atque discretus non cogitur suos sacerdotes semper abijcere, nec mox restituere, nisi statutū fuerit à Rom. Pontifice, & ext. de sent. excom. nuper. circa fi. vers. quia tamen conditor canonis eius absolutionē sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi. facit ad idem ff. quibus ex causis maior. in integr. rest. nec non §. quod eis. Vidēdum ergo secundum

[a] *Videtur*] ibi dr: qui vidēt venatorē, & delectantur, videbūt Saluatorem, & contristabūtur: & supra dicitur: veh miseris, si se nō correxerint.

[e] *Restat*] secūdū illos vel sus. Siue bis ordo datur, &c.

[f] *Expressis*] qa in eis posset Eps dispensare.

[g] *At si*] ibi dr: de adulterijs, & alijs criminib⁹, quę minora sūt, pōt Eps cū clericis post peractam pænitentiam dispēsare.

[h] *Qualis*] ibi dicitur: quod de vno negatur, de quibusdam concedit; & loquitur de peccato ī Spiritū sanctū, de quo dicitur, quod non remittitur in hoc seculo, neque in futuro.

[i] *Inter*] ibi dr: quod de cessione dixerat, poterat & de translatione expressisse, si circa trāslationem idem fieri voluisset.

[k] *Maritus*] dicit, qd si maritus habet literas ꝓcuratorias ab vxore, ad agendū de rebus ad ipsam pertinentibus, id solū exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. ad idem est arg. ext. de temp. or. dilectus. ibi, cū illi huiusmodi dispensatio à canone minime sit permissa.

[l] *Sacrilegio*] potest etiā dispensare in capitalibus criminibus occultis 50. dist. de his vero. Idē in aliquo simoniaco, quandoque ī beneficio, quādoque in ordine. 1. q. 5. c. 1. & vlt. ext. de elect. si alicuius. item cū schismatico, 50. dist. vt constitueret. circa fi.

[m] *Presbyteros*] ibi agit de ꝑsbyteris, & diaconis, qui idolis immolauerūt coacti, & postea pænituerūt: de quibus dicitur, qd penes Episcopos eorum erit potestas aliquid eis tribuendi, vel adhibendi.

[n] *Si quis*] ibi dicitur, quod iudicio Episcopi remittēdus est clericus sacrilegus, si in suo gradu recipi debeat.

[o] *Alia opinio*] est celebrior, & benignior. ego credo vtrāque opinionem verā esse, dum tamen prima intelligat de peccatis manifestis per facti euidentiam, vel per confessionē in iure sponte factam, non metu ꝓbationis: & credo quod in adulterijs, & minoribus criminib⁹ manifestis potest Episcop⁹ dispensare; in maioribus aūt adulterio criminib⁹ mani-

manifestis dispensare nō potest, nisi in casibus supra sibi à iure concessis. Secundam autem opinionem credo veram esse de omnibus criminibus occultis, quantacumque sint, & quantumcūque enormia; si tamen exigant dispensationem; quia non credo quod omnia crimina indigeant dispēsatione, quando occulta sūt. hoc patet ext. d tēp. ord. quæsitū. per illud verbū ibi positum non debēt impediri. & loquitur ibi de periurijs, & aduīterijs, & falsis testibus, qui secundum quosdā ad minus dicunt enormiter peccare: credo em, sine præiudicio, quòd nullū peccatum occultū, quātumcumque sit enorme, indiget dispēsatione post pœnitentiā, nisi expressum sit in iure quod indigeat, vt de homicida

istos, in qbus casibus est Episcopis prohibita dispensatio. Nota igitur quod nō potest dispensare cum homicida. dist. 50. miror. hoc intelligunt quidā [p] indistincte, qd etiā roboratur Ecclesiæ cōsuetudine, alij de homicida voluntario. Itē nec cum [q] simoniaco, & supra de simon. §. restat. & §. sed numquid. Nec cum eo, qui excommunicatus est maiori excommunicatione, vel per Iudicem suspensus ab officio [r] celebrat officiando. 7. q. 1. [s] si quis presbyter. 11. q. 3. [t] si qs Episcopus 1. & 2. & arg. ext. d postula. prelat. [u] ad hæc, ext. de sent. excom. [x] cum illorum. Quidam dicūt contrarium in hoc casu, scilicet quod possit Episcopus dispensare. arg. 2. q. 5. [y] quæ de causa. sed non est [z] rutu, nisi in casu, scilicet si eos redderet igno-

[p] *Indistincte*] tam de voluntario, quam de casuali.

[q] *Simoniaco*] in ordine, quod possit in eo ministrare? nec cū simoniaco in beneficio, quod possit illud retinere. de hoc tamen dic, vt in loco, quem signat magister.

[r] *Celebrat officiando*] idest celebrat, vel aliter ecclesiam etiam officiat. Quid si quis suspensus, non à Iudice, sed à iure, vt notorius fornicator, celebrat, numquid est irregularis? R. quod sic; & quia dispensatio in hoc casu nō legitur Episcopo esse prohibita, credo quod possit in hoc casu Episcopus dispensare. Si qua autē iura videntur esse contraria, loquuntur de suspenso à Iudice, non à iure; & iura benignius solent agere, quam homines.

[s] *Si quis presbyter*] ibi dicitur, quod qui non vult redire ad suam ecclesiam admonitus ab Episcopo, debet deponi, sine spe restitutionis.

[t] *Si quis Episcopus*] in primo dicitur, quod si Episcopus à synodo damnatus, vel presbyter, vel diaconus ab Episcopo, ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, spem restitutionis non habeant. Idem dicitur in secundo. c. & exprimitur ibi de excommunicatis, qui oblationem faciunt, vel mātutinum, vel vespertinum sacrificiū, quasi in officio suo agant, & appellatur mātutinum, vel vespertinum sacrificium horæ consuetę diei, in mane, & vespere.

[u] *Ad hæc*] ibi reprobatur postulatio cuiusdam Episcopi, qui non seruauerat sententiam interdicti.

[x] *Cum illorum*] ibi dī, quod qui, in excōmunicatione ordines suscipiunt apostolica indigent dispensatione.

[y] *Quæ de causa*] ibi committitur cuidam, qua debeat pœnitentia purgari, qui excōicatus missā celebrauit.

[z] *Tutum*] nec etiam consuetū. sed nūquid clericus in minoribus ordinibus cōstitutus excommunicatus, si legat epistolā sine solennitate in missa privata, fit irregularis? R. credo quod non, ex quo sine solennitate hoc faciat; cū etiam à laicis aliquando legantur epistolæ, & lectiones in missa, de consuetudine etiā; cum in illis capitulis. 11. q. 3. si quis Eps. 1. & 2. non fiat mentio, nisi de Epo, presbytero, & diacono. Si etiā sacerdos, aut diaconus taliter absque solēnitate legeret epistolam, non crederē ipsum incurrere irregularitatē; cum pœnæ nō sint extendendæ, sed restringēdæ. Quod tū in prædictis capitulis dī de Episcopo, presbytero, & diacono, credo esse extendendū ad subdiaconum, cū hodie diacono patificetur in multis vt in titulo de ætate, & qualitate ordinād. De constitutis autē in minoribus ordinibus, qui in excōicatione ministrant cū solennitate in officio suo, credo qd non incurrūt irregularitatē; cum prædicta duo capitula non loquantur de his, sed de diacono, & supra; cum pœnę non sint extendendæ, vt dictū est: & hoc credo maxime de psalmista: aut si incurrūt irregularitatem tales, credo qd Episcopus possit dispēsare; cum hoc nō inueniatur ei prohibitū; nec est contra. ext. de cleric. excōm. min. Apostolicæ. quia loquitur ibi de alijs, q vel celebrauerunt missam, vel ministrauerūt cū solēnitatē in sacro ordine. In recipiēte autē ordinem in excōicatione nō distinguo inter sacrum, & non sacrū, quantū ad irregularitatē cōtrahendam,

dam, & dispensationem sedis apostolicæ impetrandã; cum decr. ext. de sen. excom. cum illorum. non distinguat. De recipiente autem ordines in minori excõmunicatione, videtur quod sit irregularis. arg. ext. de clerico excõi. si celebrat. credo tamẽ, qđ siue sit irregularis, siue non, Episcopus pót dispensare cum eo; cũ non sit ei prohibitum.

rantia [a] probabilis. excusatos. ext. de cleric. excomm. min. apostolicæ. Item nec [b] cum clerico, qui accedit ad iudicium principis in casu non concesso, cõtempto iudice ecclesiastico. 21. q. 5. si qs Episcopus. Nec cum bigamo, ext. d bigam. nuper. & super eo. ℟. supra de bigã. §. item numquid. Nec cum duobus presbyteris, vt præsint vni ecclesiæ æqualiter. 21. q. 2. [c] penult. Nec in habendis duobus, vel pluribus beneficijs curam animarum habentib⁹. ℟. supra quod ordinandus debet esse domui suæ bene præpositus; hãc vltimam opinionem tenent Lauren. Vin. [d] T. Io. & eis consentio.

§. 5. Item capitulum quandoq; dispensat. ext. de simon. [e] ex insinuatione. Item qa capitulum comparat

senatui. 16. q. 1. Ecclesia. sed senatus. restituit aliquem famæ. ff. de postul. l. 1. §. d qua autem. Ergo [f] & capitulum.

§. 6. Contra tertiã regulã, scilicet, quod non potest restitui depositus, nullus potest dispensare, nisi solus Papa. 50. dist. c. 2. & 2. q. 6. ideo. 1. & 2. Item quia nec præses prouinciæ potest eum restituere, quẽ damnauit. ff. [g] de quæst. l. 1. in fi. & intelligas hoc de solenniter degradato. Quidam tñ dicunt, & male, quod Eps potest depositum restituere, p eis est 11. q. 3. [h] Episcopus, presbyter, aut diaconus. Sed illud potest intelligi cum cõstabat depositionem nullam esse. item pro eis est dist. 46. clericus [i] maledicus. sed ibi exponitur, degradetur, idest suspendatur

§. 7. In summa no-

sententiam suam reuocare possit.

[a] *Probabilis*] sicti scilicet; vt si quis misit procuratorẽ sufficienter instructum, pro se ad causã; & quia procurator impedit nõ cõparuit ad diẽ assignatũ, excõmunicatus fuit dominus tamquam cõtumax; ipse tñ hoc nesciẽs interim celebrauit. In hoc casu non indiget dispẽsatione, sed quãdo crassa est ignorantia, tunc indiget dispẽsatione Papæ; vt in c. apostolicæ. Crassa autem ẽt set ignorantia, si citatus ad diem peremptorium non iret, nec mitteret, & sic excõmunicatus celebraret, licet nihil sciens de illa sententia. Idem intelligo, quando quis probabiliter dubitans de sua excõmunicatione, maxime cum cõscius est de culpa, propter quam iuste potuit excommunicari, celebrans in excommunicatione committit se discrimini. Sed nũquid qui baptizat excommunicatus à Iudice, vel suspensus irregularis est? ℟. non expedit quod huiusmodi irregularitas extendatur ad hunc casum, præsertim vbi necessitas est: nec obstat 11. q. 3. si quis Episcopus. i. vbi ideo irregulares esse innuuntur, qui excommunicati aliquid de sacro ministerio attingũt; quia potest dici quod sacrum ministerium ibi restringitur ad officium ecclesiasticum, & ad sacramentum altaris. Cętera ad hanc materiam pertinentia ℟. infra de sent. excom. §. sed quis posset.

[b] *Cum clerico*] excommunicato in concilio.

[c] *C. penul.*] ibi prohibetur, ne qs præsumat ecclesiam diuidere iter duos, vel plures presbyteros, quia ecclesia Christi vxor debet esse, non scortum.

[d] *T. Io.*] vt patet. 50. dist. si qs presbyter.

[e] *Ex insinuatione*] ibi agitur de quodam capitulo, qđ quendam simoniacũ elegit ad præbendam post factam renunciationem præbendæ, quã p simoniam alienã adeptus erat ignorans.

[f] *Et capitulum*] non tantum cathedralis Ecclesiæ, sed etiam aliarum.

[g] *De quæstionibus*] ibi dicitur: præses prouinciæ eum, quem damnauit, restituere non potest, cum nec pecuniariã

[h] *Episcopus, presbyter*] ibi dicitur, quod iniuste deiectus non potest esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat de manibus Episcoporum coram altari.

[i] *Maledicus*] ibi dicitur, quod si noluerit petere

tere veniam clericus maledicus, degradetur, & sine satisfactione non reuocetur ad officiū.

k *Multi*] ibi malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit.

l *Illud*] ibi dicitur, quod sacramenta negātur impœnitentibus.

m *Audi*] ibi dr de occulto peccatore, quod traditur à Domino Sathanæ.

n *Recepit*] sciēter in mortali.

o *Dispensationē*] non credo quod indigeat dispensatione post pœnitentiam, si sit occultū, arg. ext. de tēp. ord. quęsitum. posito etiā quod peccatum, in quo scienter ordinatus est, generaret irregularitatem; sicut non crederem, qd si aliquis irregularis celebraret, non propter hoc aliam irregularitatem contraheret.

p *Suspensus*] large dicitur talis suspensus, non per modum sentētię, sed per modum prohibitionis simplicis, cōtra quam prohibitionem qui celebrat, nō incurrit irregularitatē, sicut incurrit, qui celebrat suspensus per sententiam: si tamē dicerem talē irregularem esse, dicerem illum posse dispensare in hoc casu, qui posset dispensare in illo peccato, in quo celebratur, vel ordo recipitur.

q *Quia ergo*] ibi dicitur, quod criminaliter peccans alteratur, &, vt ita dicam, capite minor legibus censetur.

ta, quod existens in mortali peccato, seu manifesto, seu occulto, peccat mortaliter recipiendo ordines, sicut recipiendo alia sacramenta: dist. 40. k multi. dist. 95. l illud 11. q. 3. m audi. & R. supra de sacram. non iteran. §. effectus. Item si n recepit, non debet exequi, nisi egerit pœnitētiam, & obtinuerit o dispensationem, quia p suspensus est quantum ad se; vt in illo c. audi. & 2. q. 7. §. q quia ergo. fallit tamen hoc in casu, scilicet quando existens in leui peccato mortali est ordinatus, licet peccauerit mortaliter recipiēdo: potest tamen licite ministrare, si de peccato vellet se corrigere. dist. 68. r c. 1.

§. 8. Quid si recepto ordine peccat mortaliter, numquid existens in illo peccato tenetur exequi officium suum, vel peccat exequēdo? de hoc R. infra de scandalo. §. pone sacerdotem. Item nota quod dispensatio alia est debita, alia prohibita, alia permissa. Debita est vbi multorum scandalum timetur. dist. 50. s vt constitueretur. Caue tamen ne decipiaris in scandalo. R. infra de scandalo. §. 1. 2. 3. & quasi per totum: Item debita est ratione t tēporis, vel u personæ vel x pietatis, vel y necessitatis ecclesiæ, vel z vtilitatis ecclesię, vel a euentus rei. de singulis ponuntur exempla 1. q. 7. §. nisi rigor. & in capitulis, & in §§. sequentibus, vsque ad §. ecce. & breuiter vbicūque subest iusta causa, est debita dispēsatio. dist. 50. domino sancto. vers. b præcipiunt. & vers. necesse sit, & c. c considerandum: licet au-

r *C. 1.*] ibi dicitur, quod qui cum leui culpa fit sacerdos, pro culpa pœnitentiam indictam agat; & tamen ordo seruatur.

s *Constitueretur*] ibi dicitur: vbi multorum strages iacet, & detrahendum est aliquid seueritati.

t *Temporis*] vt quando propter raritatem clericorum cōcessū est ex monachis, vel laicis clericos fieri. 1. q. 7. necessaria.

u *Personæ*] vt pro senectute 1. q. 7. tanta.

x *Pietatis*] vt de corpore vitiatis, vel illiteratis. ead. q. c. si qui.

y *Necessitas*] propter scandalum. ead. q. c. quoniam quicquid. & c. quoties.

z *Vtilitatis*] vt de filijs monialium raptarum, propter vtilitatem, vel necessitatem ordinandorum. ead. q. c. tali.

a *Euentus*] vt de laicis promotis in Episcopos de facto. ead. q. c. exigunt.

b *Præcipiunt*] canones illos redire ad gradus pristinos, quos præcessit cōfessio, & satisfactio; & ideo necesse est illos restaurari in honoris loco, qui per pœnitentiam recepisse merentur reconciliationem diuinæ pietatis.

c *Considerandum*] ibi dicitur de Petro: quem dominus post culpam negationis recepit, vt in seipso disceret qualiter alijs misereri debuisset.

d *Quanto*

tem debita sit ex cau sis prædictis, & peccet prælatus non dispensando. arg. 2. q. 5. [d] quanto. in fine. tamen subditi non possunt petere, nisi forte supplicando, sicut Episcopatus debetur meliori de Ecclesia. 8. q. 2. [e] licet. ille tamen non potest eam petere, vt in ead. q. [f] in scripturis. Prohibita est dispensatio, vbicumque non potest fieri sine manifesta decoloratione Ecclesię. item vbicumque non subest iusta causa dispensandi. 1. q. 7. tali. & c. & si illa. ext. de elect. innotuit. permissa etiam videtur aliquando dispensatio. distin. 50. [g] si quis presbyter. quod forte potest intelligi, quando aliquis ad accusationem alterius conuictus est subripuisse vasa ecclesiæ, vel aliam rem ecclesiasticam, tunc si subest alia causa dispensandi, permittitur Episcopo dispensare, etiamsi forte contradiceret accusator. Hoc autem notabiliter teneas, quod Episcopus, qui sine iusta causa dispensat, puniendus est, & propter indiscretam dispensationem pœna depositionis infligenda, si de hoc fuerit accusatus, dist. 51. cap. 1. in fi. & c. [h] qui in aliquo. in fi. peccat enim grauissime promouens. indignum dist. 49. [i] sacerdotes.

§. 9. Item nota qd aliud est rigor, aliud dispensatio, aliud ius. Rigor est excessus iuris, & auctoritas facta ad terrorem. secundum hunc rigorem dicit canon, quod non est danda communio, etiam in fine vitæ, his, qui defecerunt in accusatione clericorum. 2. q. 3. si quis Episcopum. & quod non oretur pro illo, qui presbyterum nominauit tutorem in testamento filio suo. dist. 88. neque. Iste rigor non est seruandus, nisi vbi timetur exemplum mali. dist. 45. [k] sed illud. quandoque tamen rigor idem est, quod subtilitas iuris, sic ponitur ext. de restit. spol. [l] in litteris. Dispensatio est idem quod iuris relaxatio, vnde canon vocat eam vulnus. 23. q. 4. [m] ipsa pietas circa fi. Sed numquid dispensatio est ius? quidam dicunt, quod sic, quidam contra. tu dicas quod dispensatio actiue, idest secundum quod est in dispensante, non est ius, [n] sed est potestas data à iure. Dispensatio

[d] *Quanto*] ibi dicitur quod humiliatis, & pœnitentibus locũ veniæ negare non debemus.

[e] *Licet*] ibi dicitur: qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille ad sacerdotium eligatur.

[f] *In scripturis*] ibi dicitur: sicut locus regiminis desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus.

[g] *Si quis prerbyter*] ibi: in Episcopi potestate dimissum est, quod de sacro altari contaminatum est.

[h] *Qui in aliquo*] ibi: & in c. 1. dicitur, quod indigni ordinati cum suis ordinatoribus deponantur.

[i] *Sacerdotes*] ibi dicitur: cæcum animal offert, qui ordinat indoctum, loco docti, & ita indignum est dare Deo, quod dignatur homo.

[k] *Sed illud*] ibi dicitur: dum parcunt vni, vniuersæ Ecclesiæ moliuntur interitum: polluitur enim ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur.

[l] *In literis*] ibi: prædo de rigore iuris est restituendus, idest de subtilitate.

[m] *Ipsa pietas*] ibi dicitur de criminosis ad officium restitutis: doleant, qui in tanta morte præcisionis iacent, vt isto quodam vulnere matris Ecclesiæ reuiuiscant.

[n] *Sed est potestas*] idest actus potestatiuus à iure concessus.

Digitized by Google

passiue, idest secundum quod est in eo, cum quo dispensatur, est [o] priuatum ius, sed non commune: sic & de priuilegijs [p] potest dici. arg. ad hoc 33. q. 2. [q] interfectores. & in [r] adolescentia. Ius autem incedit regia via, idest media inter rigorem, & dispensationem; est enim ius æquitas ius suum vnicuique tribuens, bonis præmia, & malis supplicia: & hoc debet Iudex semper seruare, vt C. de iudic. [s] placuit. dist. 45. [t] disciplina. & c. [u] & qui emendat. distin. 50. [x] ponderet. in fin. & [y] Domino sancto. in fi. 26. q. 7. [z] alligant. nisi ex causa iusta seruet rigorem, vel faciat [a] dispensationem, vt dictum est.

o *Priuatum ius*] idest licentialis promissio quædam alicui specialiter facta contra rigorem iuris.

p *Potest dici*] quod sunt iura priuata.

q *Interfectores*] ibi dicitur de interfectoribus vxorum, qui de indulgentia possunt contrahere.

r *In adolescentia*] ibi dicitur de pænitente solenniter, quod ex indulgentia potest contrahere.

s *Placuit*] in omnibus rebus magis pręcipuã iustitiæ, & æquitatis, quam stricti iuris rationem esse.

t *Disciplina*] vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur.

u *Qui emendat*] ibi dicitur: qui alium corripit, & pœna emendatoria plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam præstat; multa enim bona præstantur inuitis.

x *Ponderet*] ibi dicitur, quod sententia, quæ misericordiam vetat, non solum non est tenenda, sed nec audienda.

y *Domino sancto*] ibi dicitur: quoties in gestis conciliorũ dignior sententia inuenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cuius antiquior, & potior est auctoritas.

z *Alligant*] ibi dicitur: melius est de misericordia, quam de seueritate reddere rationem.

a *Dispensationem*] Nota quod valde necessaria est dispensatio etiam in occultis, non propter depositionem vitandam; quia occulta peccata vindictam non habent: sed quia de eo, super quo dispensatum est, accusari non potest quis. arg. ext. de filijs presbyter. ex tua. alioquin posset etiam post peractam pænitentiam accusari. arg. 33. q. 2. admonere. 15. q. 5. presbyter.

De scandalo, & perplexitate, & notorio.

SVpra titulo proximo facta est mentio de scandalo; vnde videndum quid sit scandalum, & vnde dicatur, & quid sit scandalizare proximum; vtrum omne scandalum sit peccatum mortale; & in quibus non. vltimo de perplexitate, quæ prouenit interdum ex scandalo, & alijs peccatis, aliqua supponemus.

§. 1. Scandalum est [a] dictum, vel factũ, vel signum, cuius occasione trahitur quis in consensum mortalis peccati. scandalum autem est dictio græca, quæ offensionem significat, à ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quid obstet eunti à σκάτω claudico, quod claudus inflectens se videatur tendere ad ruinam. patet iam ex his quid sit scandalum, & scandalizate proximum; quia nihil aliud

a *Dictum*] supplemminus rectum. & idem intelligas de facto, & signo.

b *Cum*

aliud est, quam offendere proximum, prouocando eum in consensum mortalis peccati occasione dicti, vel facti, vel cuiuscumque exterioris signi. Vtrum autem omne scandalum sit mortale peccatum, videndum est: & quidem plures auctoritates videntur expresse dicere, quod sic, & Euang. Matth. 18. væ illi, per quem scandalum venit, expedit ei potius vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris; hic assignatur pœna mortalis peccati, ergo est mortale. Item Apost. 1. Cor. 8. si esca mea scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Item
Psal. 139. Psalmus: Iuxta iter scandalum posuerunt mihi quasi non in via, sed in inuio. Item Augustinus 32. q. 4.
Auguſ. de bono coniu gali c. 18. sicut satius est mori fame, quam idolotito [b] cum scandalo vesci. Item non solum multitudinis, vel maiorum scandalum est vitandum, sed etiam pusillorum, iuxta testimoniū veritatis Matth. 18. Qui scandalizat vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & deijciatur in profundum maris. E contra videtur quod ipse peccans dicitur scandalum, vnde Dominus ait Petro Matth. 16. Scandalum mihi es. similiter sacerdos dicitur esse scandalum totius parochiæ, cum tenet publice concubinam. Ad hoc dicas, quod nec omne peccatum mortale est scandalum, nec omne scandalum est peccatum mortale, vel etiam peccatum. Non omne peccatum mortale est scandalum, ideo dixi, quia nullum peccatum in se pure consideratum est scandalum, sed per accidens, ideſt ex eo, quod peccatum manifestū est, & ideo datur aliis occasio peccandi, secus si occultum. Non omne scandalum est peccatū mortale, vel etiam peccatum ideo dixi, quia quandoque nullum, vel modicum peccatum est, vnde, vt plenius liqueat, in quibus casibus scandalum est peccatum, in quibus non. Nota distinctionem: quia aut ipsum factum, dictum, vel signū, cuius occasione alij trahuntur ad peccatum, est malum in se, aut bonum, aut indifferens. In primo casu fugiendum est omnino scandalum, tum propter factum, quod in se malum est, tum propter circumstantiam facti, quæ est mala, quia dat alijs occasionem peccandi. In secundo vero casu, scilicet quando est bonum in se, quod fit, alij tamen est occasio peccandi, si tale bonum est, quo omisso [c] non esset salus omittenti, non debet dimittere illud propter aliquod scandalum; aliter videtur quod sit omittendum. ext. de renun. nisi: §. [d] pro graui. Vnde Innocentius III. ext. de nou. oper. nunc. cum ex iniuncto. vers. licet. opera illa, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando

[b] *Cum scandalo*] hoc non est verbum Augus. sed potius glosa.

[c] *Non esset salus*] puta, quia credit in Deum, aut pie credit, & colit Deum.

[d] *Pro graui*] ibi dicitur, quod inter scãdalum, & scandalum, est differentia, quia Dominus distinxit, cum Apostolis dicentibus, quia Pharisæi hoc verbo audito scandalizantur, respondit: sinite, cęci sunt, & duces cæcorū. Alibi

bi vero dixit: qui scandalizauerit vnum de pusillis, &c.

e *Nec ea*] vt adorare idola, occidere hominem, adulterari.

f *Quæ sine peccato*,] vt loqui aliquãdo, vel nõ loqui, comedere carnes, vel abstinere ab eis. credo tamen quod non debet esse ꝗs facilis ad credendum, qđ alij scandalizent de bono opere, qđ facit; nec facile ꝓpter huiusmodi metum scandali debet cessare à bono, cum debeat potius ꝓsumere de alijs, quod sint boni, quam quod sint mali; durante tamen conscientia huiusmodi scilicet, qđ alij scandalizentur ex illo bono, debet illud dimittere, ex quo sine eo potest esse salus, ne faciens contra conscientiam ædificet ad gehennam. Quid si dicat mihi conscientia, quod iste scãdalizabitur, nisi dedero ei librũ meum; aut si petiero ab eo sub Iudice res mihi ablatas ab eo, numqđ propter vitandum scandalũ eius, teneor ei dare rem meam, aut cessare à repetitione, posito etiam quod mihi reuelatum est ipsum scandalizandum ex hoc? Respondeo, Si status meus, vel familiæ meæ non est in tuto, si caream re mea, quia pauper sum, & indigebo cum familia, & ero in periculo incidendi in impatientiam, aut murmurationem in Deum, non teneor rem meam dare, aut à repetitione cessare, cum debeam me plus diligere, & meos, quam extraneum: propter hoc enim excusatur, qui indigens ab alio accipit ad vsuram, vt sit securus ab eo. Si autem in tuto sit status meus, & familiæ meæ, licet re huiusmodi caruero, ita quod ex hoc nullũ mihi, vel familiæ meæ imminet periculũ, credo quod teneor dare rem petitam, propter vitandum scandalum eius; si tamen credam eum ea re bene esse vsurum, alias non; quia in hoc casu dare ei rem illam, esset dare gladium in manu furiosi. Circa illum autem, qui abstulit res meas, si non est soluendo, & pœnitet de peccato, paratus satisfacere, si haberet vnde, credo quod propter vitandũ eius scandalum debeo cessare à repetitione, cũ sine periculo possim re illa carere: si autem est soluendo, & non pœnitet, non credo quod tenear cessare à repetitione, propter eius scandalum, quia in hoc casu non scandalizo eum, licet scandalizetur ille; sicut Iudæi scãdalizati sunt à Christo, ipse tamen non scandalizauit eos.

g *Sicut*] quædam sunt, quæ nulla ratione cõuelli possunt, ita multa sunt, quæ, aut pro necessitate temporum, aut consideratione ætatum oportet temperari.

h *Et si illa*] ibi dicitur, quod illa magnopere præcauenda sunt, quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt.

i *Versibus*] alius versus,

Scandala non vitant Iudex, Doctor bene viuens.

k *Tacere*] 11. q. 3. quando. vbi dicitur qđ taceat illo tempore, ne sanctum det canibus, quia aliquando verum tacere non est culpandum, malum autem dicere non inuenitur sanctis concessum. 22. q. 2. nequis. in fi.

l *Doctrinæ*] iustitiæ. aliud videntur velle hi duo versus,

Est verum vitæ, doctrinæ, iustitiæque.
Primum semper habe, duo propter scandala linque.

non sunt tamen hi versus contrarij præcedentibus, si bene intelligantur.

m *Apo-*

Scandala pro vita, doctrina, iustitiaque,
Tu nõ effugies; sunt in reliquis fugienda.

Pro vita, quia pro nullo scandalo debet quis mortaliter pec-

Scandalum

care. Doctrina, quia doctor, vel prædicator non debet falsum docere, vel prædicare pro aliquo scandalo; k tacere tamen potest, & debet, si omnes obstinati sunt ita, quod deteriores efficiuntur doctrina. ℟. supra de doctri. ord. §. in summa. Iustitia, quia nec iudex falsam sententiam, nec testis falsum testimoniũ debet ferre pro aliquo scandalo: & in istis casibus locum habet decr. ext. de reg. iuris. qui scãdalizauerit. vers. vtilius scandalũ nasci permittitur, quã veritas deserat. Veritas, scilicet vitæ, l doctrinæ, iustitiæ.

Scandalum

In. 3. casu scilicet cum est indifferēs, videt secundum prędicta omnino cessandum esse propter scandalum.

§. 3 Pone quod aliquis religiosus, vel alias iustus habet purā, & serenam conscientiam apud Deū; multi tamen suspicantur malum de ipso, & sic scandalizantur, quid fiet? vr quod sufficiat ei conscientia. [m] Apostol[q]: gloria nostra hęc est testimonium, &c. [n] Iob: ecce in cælo testis meus. Aug. [o] senti de Augustino quicqd libet, sola me in oculis Dei conscientia nō accuset. Ad hoc dicas tibi quod debet, quantum est in se, niti satisfacere eis, ostendendo eis intentionem suā, & causam, remouendo etiam speciem mali: nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. 11. q. 3. [p] non sunt audiendi viri sancti, &c. & vt sup hoc daret nobis exemplum Dns, voluit solvere tributū [q] dicens Petro: Ne forte scandalizemus eos, vade ad mare; &c. & Apost. Rom. 12. si fieri pōt, quod ex nobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. [r] si autem nolunt recipere satisfactionem, sed parati sunt reprehendere, & non mutari, tūc debent dolere, qa illi peccāt, & sufficiet eis conscientia bona: vnde cum Dominus [s] dixisset. Non qd intrat in os, sed qd procedit ex corde coinquinat hominē, dixerunt Discipuli ad Dominum: scis quia audito hoc verbo Pharisæi scandalizati sunt, & respondet Dns, sinite eos abire, cæci sunt, &c.

§. 4. Item quid fiet, si multitudo [t] est in scelere, vel etiam pauci, potentes tamen, quos magna sequitur multitudo, nunquid [u] excōicabit eos Eps, si nolunt se corrigere? Ad hoc dicas, qd si illi recognoscunt se peccare in hoc, de quo reprehenduntur, tamen nolunt cessare, & si infligatur eis pœna excommunicationis, vel similis, timetur schisma, vel aliud magnum malum, potest, & debet dissimulari; fiant tamen comminationes de scripturis, & interim caute attrahantur maiores, & sapientiores inter eos, & magis spirituales, quorum auctoritate, & leniss[i]mis quidem, & instantiss[i]mis admonitionibus cætera multitudo frangatur. dist. 44. [x] cōmessationes. dist. 50. [y] vt constitueret. 23. q. 4. ipsa, & [z] cū quisque. Si vero peccatū, qd faciunt, auctoritate defendūt, quasi nō sit peccatū, tunc nō debet circa tales dormire seueritas disciplinæ: nā tales etiā hęretici possūt dici

[m] *Apostolus*] 2. ad Cor. 1.
[n] *Iob.*] 16.
[o] *Senti.*] 11. q. 3. senti.
[p] *Non sunt audiendi*] ibi arguuntur illi, qui cōtenti conscientia sua non curant quid de eis existimēt homines; cum tamen famam contemnentes occidant animas aliorum blasphemātium viam Dei.
[q] *Dicens*] Mat. 17.
[r] *Si autem*] hoc bene dicitur 11. q. 3. inter verba.
[s] *Dixisset*] Mat. 15.
[t] *In scelere*] vt in retētione decimarum à laicis, aut in torneamentis, aut duellis.
[u] *Excommunicabit*] numquid publice prędicādum est tales nō esse in statu salvandorū? R. credo idem esse servandum circa prædicationem, quod dicit Magister de excommunicatione.
[x] *Commessationes*] ibi: nō aspere, non duriter, non imperiose ista tollūtur, sed magis docendo, quam iubendo, magis monēdo, quam minando: sic enim agendum est cū multitudine; seueritas autem exercenda est in paucorum peccata.
[y] *Vt constitueret*] ibi dicitur: vbi multorum strages iacet, detrahendū est aliquid seueritati. Idem dicitur in c. ipsa pietas. in fi. 23. q. 4.
[z] *Cum quisque*] ibi dicit, quod quando alicuius crimen est execrabile, & non habet defēsores, per quos schisma possit contingere, non dormit seueritas disciplinæ.
[a] C. 1.

Augustin. lib. contra Secundinū manichęū cap. 8.

de pę. dist. 6. [a] c. 1. in fi. dist. 50. [b] Dño sancto. dist. 82. [c] plurimos. Hoc etiã nota, qđ peccans dr̃ qñque scandalum improprie, & per figuram, quæ dicitur emphasis, sicut illud: Dauus est ipsum scelus. & in hac significatione ait Dominꝰ Petro Matt. 16. scandalum mihi es.

§. 6. Circa perplexitatem nota qđ alia est iuris, alia facti. Perplexitas iuris est, cum aliquis circa illud, qđ sibi occurrit faciendũ, inuenit diuersas auctoritates sibi ad inuicem pugnãtes; hæc perplexitas per cõtrarioruꝫ concordiã est soluenda: nam in iure nulla est contrarietas realis, sed superficialis tantũ. Perplexitas facti est, cum diabolus suggestione sua mala, vt ait [d] Gregorius, pleroſq; ita peccare facit, quatenus, si peccatum fortasse fugere appetunt, hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant. Contra istam autem perplexitatẽ dat ipsemet Grego. consilium dicens: Est tñ qđ

ad destruendas Behemoth versutias subtiliter fiat, dum mens inter maxima, & minora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus [e] patet, minora semper eligantur; quia, & qui murorum vndiq; ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenit. Dicas ergo, quod veritate inspecta nihil est [f] perplexitas; nec potest aliquis esse perplexus inter duo mala, ideſt necessitate astrictus ad ali quod malum perpetrandum. [g] Aug. vasis iræ numquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatũ. Idem. vsque adeo peccatum voluntarium. Cum ergo positus est inter duo mala, aut potest vtrumque vitare, aut alterum facere sine peccato; & cum oportet me alterum facere, debeo eligere, iuxta consiliuꝫ Gregorij, quod per se consideratum esset minus peccatum.

Aug. lib. de prædestinatione, & gratia cap. 15.

Greg. lib. 32. in Iob. cap. 20.

§. 6. Pone sacerdotem indutum ad missam, & peruenit iam ad illa verba: hoc est corpus, tunc occurrit conscientiæ suæ aliquod mortale, qđ faciet: si procedit, peccat mortaliter conficiendo, & sumendo, [h] quia iudiciũ sibi manducat, & bibit, &c. si non conficiat, & fingat se conficere, grauius peccare videtur, quia Deo videtur illudere, & populo, quem decipit, se astringit ext. de cele. mis. de homine. in fine. si autem ex toto dimittat, magnum scandalum generat, & ita videtur perplexus. Solutio credo præcipuam, & tutiorem viam, vt pœniteat, & conuertat; doleat etiã, quia ita tarde pœnitet, & proponat confiteri quam cito poterit habere oppor-

[a] *C. 1.*] ibi dicitur, quod spes impunitatis rescindenda est, cũ tot sint, qui peccãt, vt ex auctoritate se defendant, & vsum peccandi sibi faciant.

[b] *Domino*] ibi dicitur, qđ qui se non corrigũt de peccato carnis, sed ipsum quadam superstitione nitũtur defendere, nec gradũ honoris, nec gratiam recipiant communicationis.

[c] *Plurimos*] arguũtur fornicarij sacerdotes, q defendunt se, q a in veteri test. cõcessa legitur sacerdotibus generandi facultas.

[d] *Gregor.*] 13. dist. c. 2.

[e] *Patet*] aut ꝓpter erroneam conscientiã, aut propter voluntatem prauam.

[f] *Perplexitas*] nisi propter errorem conscientiæ, vt dictũ est, aut propter prauam voluntatẽ, quam non vult deponere.

Greg. Imo ralibus. p. 6. lib. 22. c. 55. et 56.

[g] *Aug.*] 23. q. 4. Nabuchodonosor. & vasis.

[h] *Quia iudiciũ*] 1. Cor. 11.

[i] *De homine*] ibi agitur de quodã sacerdote, qui sciens se esse in mortali; supprimebat i canone verba, ꝓ quæ fit confectio, & tandem sumebat purum panem, & vinum: & dicitur hic quod huiusmodi falsa remedia sunt abij-

Greg. Ibidem c. 20.

Digitized by Google

abijcienda, quæ sunt veris periculis grauiora: & ita grauius sine dubio videtur offendere, qui sic fraudulenter præsumpserit ministrare. Quid de sacerdote, qui celebraturus, per negligentiam panem non ministrat, aut vinum in calice, aut aquam, nec aduertit, donec veniat ad verba confectionis, vel etiam vsque ad sumptionē; nec aduertit de defectu panis, vel vini, vel aquæ? ℞. defectio vini, & aquæ, vel panis, vel cuiuslibet istorum, si eam deprehenderit antequam veniat ad verba, quæ sunt de substantia cōsecrationis, suppleat apponendo quod prætermissum est. Si prætermissum est vinum tantum, apponatur. Si autem panis prætermissus est tantum, & hoc deprehenditur, cū ventum est ad verba, q̄bus cōficitur sacramētum corporis, apponatur, & repetantur omnia, à, te igitur, super totum, cū vinum nondum sit cōsecratum. Si autem aqua sit prætermissa, & hoc deprehēditur ante verba confectionis, apponat aqua. Si autē hoc deprehēditur postquā est facta consecratio corporis, & sanguinis, non apponatur aqua, & nulla fiat iteratio verborum, cum iam facta sit consecratio, tam corporis, quam sanguinis. Si autem tantum facta sit consecratio corporis, apponatur aqua, & nihil reiteretur. Si autem, cum ventum fuerit ad sumptionem, tunc primo deprehenditur vinum esse prætermissum, tunc debet sacerdos ponere in calice vinum cum aqua, & reassumere à verbis cōsecrationis sanguinis. Si vero hoc percipitur post sumptionem corporis, debet sacerdos apponere aliam hostiā simul cū sanguine iterum cōsecrādam, & in fine sumere hostiam iterum cōsecratam, & sanguinem, non obstāte etiam si prius sumpsit aquam, q̄ erat in calice; quia præceptū de perfectiōe sacramenti maioris ponderis est, quam præceptū, quod hoc sacramentum à ieiuno sumatur.

opportunitatem; & sic conficiat, & sumat: si hoc non potest, vel nō vult facere, dicunt quidam quod simplicem hostiam debet sumere; sed hoc videtur reprobari in prædicta decr. de homine. Vnde si non consecrauit, tutius est ex toto dimittere: si consecrauit, sumat ꝓpter generalē ecclesiæ [k] traditionem, arg. illius decr. de homine.

§. 7. [l] Item pone, q̄ sacerdos tenet [l] concubinam in domo, parochiani vident ipsum [m] indutum, quid facient? si audiunt eius missam, faciunt contra conscientiam, quæ dictat eis contrarium, præsertim propter ꝓhibitionem Nicolai, & Alexandri. 32. dist. nullus audiat missam sacerdotis, quem scit concubinā indubitanter habere. si non audiat, similiter remanet scrupulus in conscientia; [n] quia non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt; idcirco præcipitur, q̄ percipiatur communio à sacerdote quantumcumque polluto, vsque quo Episcoporum iudicio reprobetur. 15. q. vlt. sciscitantibus. & ita videntur perplexi. Solutio hūc articulum latius prosequar, quia circa eum occurrunt quam plurima dubia.

§. 8. Vnde notandum, quod clerici nō debent habitare cum mulieribus. 30. dist. [o] hospitiolum. dist. 81. [p] legitur. Nam cohabitatio sæpe [q] intercipit adulterium. 18. q. 2. [r] diffinimus. Excipiuntur tamen quædā

[k] *Traditionem*] & constitutionē Ecclesiæ. de cōs. dist. 2. relatum.

[l] *Concubinam*] aut sub introductam mulierem. 32. dist. nullus.

[m] *Indutum*] vestibus sacris ad celebrandū missam.

[n] *Quia non pōt*] hic incipiūt verba illi' canonis, sciscitantibus.

[o] *Hospitiolum*] tuum, aut raro, aut nunquā pedes mulierū terāt; & ita fœminā, quā bene videris conuersantem, mente dilige, nō corporali frequentia; quia fœmina consciētiā pariter secū habitantis exurit.

[p] *Legitur.*] ibi dr̄, q̄ beatus Aug. cum sorore sua nō consensit habitare, dicens: quæ cū sorore mea sunt, sorores meæ nō sunt: Sancti ergo viri cautela magna nobis dr̄ esse īstructio.

[q] *Intercipit*] id est, occasio īcurrēdi adulteriū.

[r] *Diffinimus*] ibi dicitur: non habitent simul in monasterio monachus, & monacha; adulterium enim intercipitur cohabitatione.

[s] *Cum*

personæ, cum quibus licite possunt habitare clerici, videlicet mater, soror, amita, matertera, auia, filia fratris, vel sororis, vxor filij, & regulariter omnes consanguineæ per lineam transuersalem vsque ad secundum gradũ inclusiue. arg. dist. 81. [f] cum omnibus; & consanguineæ per lineam ascendentem vsq; ad quartum gradum. arg. ext. de consang. & affin. [t] non debet. dist. 81. [u] volumus. & [x] fœminas. & est ratio in istis, quia fœdus naturale nil sæui criminis cum talibus existimari permittit. ext. de cohabi. cleri. & mul. à nobis. & de præsumpt. cum in iuuentute. & hoc intelligas, si consanguinea non habet secum domicellas pedissequas, vel aliquas mulieres suspectas. Nam de talibus dicit Aug. Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. dist. 81. legitur. & in hoc casu potest intelligi. ext. de cohabitatione cleri. & muli. [y] c. 1. Item licet dixerim, quod fœdus naturale non permittit cum talibus oriri suspitionẽ, tamen non debet clericus, & maxime Episcopus, habere [z] cum ea immoderatam familiaritatem, osculando scilicet eam coram hominibus, vel caput suũ in gremio illius ponendo, vel simile, ne ex hoc vilis, ac contemptibilis habeatur: & si admonitus forte nollet desistere, deponatur. dist. 34. [a] quorumdam. Vltra secundum gradum lineæ trãsuersalis, distingue, aut sunt suspectæ, quia iuuenes, aut non. In primo casu non possunt, in secundo possunt. & eadem distinctio facienda est in ancillis: & sic intelligo dist. 81. fœminas. dist. 32. interdixit. in fin. Eadem est distinctio facienda in vxore propria, quia si subdiaconus, vel supra habet vxorem legitimam, cum qua cõtraxerat ante subdiaconatum, si vetula est, potest eam habere in domo, & eam caste regere. dist. 81. [b] volumus. Si vero iuuenis, non debet secum manere, sed [c] sequestrato mansionis cubiculo. dist. 77. Episcopus. & arg. de conuers. coniug. [d] vxoratus. & sane si cõiugati. Quidam ab hac distinctione excipiũt Episcopos, & monachos, qui indistincte non possunt etiã cum aliqua consanguinea habitare. arg. dist. 32. quorundam. ext. de conuers. coniug. sane si coniugatus. Sed licet tutum esset hoc, & honestum, tamen non obstant eis illa iura, quia illud capi-

[f] *Cum omnibus*] ibi fit mentio de prædictis personis exceptis.

[t] *Non debet*] ibi dicitur, quod consanguinitas nõ durat hodie, nisi ad quartum gradum.

Interdixit] ibi dicitur, quod nõ licet habere secum, nisi matrẽ, sororem, amitã, & personas idoneas, quæ fugiãt suspitiones.

[u] *Volumus*] excipiũtur mater, soror, & vxor, quæ caste regendæ sunt.

[x] *Fœminas*] ibi fit mentio de illo c. à nobis, &, cum in iuuentute.

[y] *C. 1.*] ibi dr̃, quod neq; illas personas facerdos habeat, quas canones concedunt, matrem, scilicet, amitã, & sororem, qa frequenter cum illis peccatum commissum est, aut cum pedissequis earum.

[z] *Cum ea*] id est cum filia, sorore, & vxore, & similibus.

[a] *Quorumdam*] ibi dr̃ de quodã Episcopo, quod, nisi admonitus destiterit ab immoderata filiæ suæ familiaritate, & venatione, puniatur.

Aug. lib. 7. epis. 39.

[b] *Volumus*] ibi habetur de vxore, quæ caste regenda est.

[c] *Sequestratio*] & continentia, tam à viro, quã ab vxore ꝓmissa, vt in illo c. Episcopus.

[d] *Vxoratus*] ibi & in c. sane, dicitur quod coniugatus non ꝓmoueatur ad sacros ordines, nisi ab vxore fuerit profitente continentiam absolutus. Vxor vero promouendi in Episcopũ prius debet ꝓfiteri continentiam, & sacrum velamen, & religiosam vestem assumere.

[e] De-

capitulum, quorundam, loquitur quando immoderatam familiaritatē habet Episcopus cum filia, cuius occasione vilis à subditis habeatur: & sic illa decret. sane, loquitur in vxore Episcopi, quę omnino debet intrare religionem.

§. 9. De pœna clerici non seruantis cōtinentiam ita teneas; quod si accusatus est conuictus, debet [c] deponi. 81. dist. si quis clericus. & [f] presbyter. & si quis Episcop[g]. Item aut est notoriū eum habere concubinam, aut non. In primo casu, si est notorium iuris, puta quod est cōdemnatus de illo crimine, vel est confessus sponte in iure, vel canonice cōuict[g], clerici, qui in minoribus ordinibus constituti legitime contraxisse probentur; qui tamen cum vxoribus ecclesiastica beneficia retinere non debent. De ista admonitione duplex est opinio. Quidam dicunt, quod non sufficit, nisi specialiter fiat ad personam super hoc infamatam. Alij dicūt, quod sufficit generalis admonitio facta in synodo, non per modū simplicis exhortationis, quā faciunt prędicatores, sed p modū prælationis, & iurisdictionis, vt sit via ad incurrendā pœnā illius cōstitutionis: & licet hæc admonitio fiat ad multitudinē, & sit synodalis, id est facta in synodo, nihilominus est personalis, cum fiat ad præsentes: & secundū hanc opinionē huiusmodi generalis admonitio ad illos solos extēditur, qui p̄sentes sunt; ad alios autem non, siue teneantur interesse synodo, siue non; licet ab his, qui interfuerūt, audiant postmodū huiusmodi admonitionē factā esse. & qñ Episcopus intendit facere admonitionem trinā, non sufficit vnam audisse, aut duas, nisi & tertia audiatur præsentialiter, & præsente monitore. Item non extenditur hæc admonitio, nisi ad illos solos, qui à tempore monitionis illius huiusmodi focarias cum scandalo detinent. Item oportet, quod sit trina, vel vna pro omnibus facta ex causa, alias nō esset legitima; & quamuis non exprimatur causa, propter quā fit vna pro omnibus, si tamen subest alia causa, nihilominus incurretur sententia illius canonis. prima opinio benignior est, & cōmunior. Clericus autē, qui cum scandalo passim & pu-

debent subditi vitare ipsum in sacramentis, quia ex tunc est ipso iure suspensus. 15. q. 5. presbyter. ext. de cohabit. cleri. & muli. [h] vestra. [h] Idem credo, licet aliter quidam dixerint, si est notorium facti, puta quia mulierem suspectam publice tenet [i] in domo, & etiā forte sunt argumenta gradientia super terram, quia cum sit publicum non ex fama, sed ex euidentia, ita quod nec possit aliqua tergiuersatione celari, nec testis est necessarius, nec etiam [k] accusator. ext. de cohabit. cleri. & muli. tua. debet etiam [l] talis admoneri [m] ab Episcopo, vt se corrigat; & si noluerit se corrigere, [n] suspendatur à

[c] *Deponi*] secundum vetera iura, quæ hic allegantur.

[f] *Presbyter*] ibi dicitur, quod clericus sponte confessus, vel conuictus testibus, & accusatus priuatur proprio gradu.

[g] *Vestra*] ibi dicitur, quod à presbyteris, vel clericis fornicarijs, quandiu tolerantur ab Ecclesia, nec habēt operis euidentiam, licite audiantur diuina mysteria, & recipiātur ecclesiastica sacramenta.

[h] *Idem credo*] scilicet, quod suspensi sint ipso iure.

[i] *In domo*] idē intelligo, si alibi.

[k] *Accusator*] ex quo crimen est ita publicū, quod debeat appellari notoriū, vt in c. tua. qđ loquitur de clericis concubinarijs.

[l] *Talis*] notorius fornicator, qui suspēsus est ipso iure ab officio, quo ad se, & quo ad alios.

[m] *Ab Episcopo*] admonitio inferioris prelati nō sufficeret quo ad hoc, quia posset inferre pœnam hic notatam, nisi talis esset, qui haberet iurisdictionem episcopalē plenarie in talibus concubinarijs, & in eorum beneficijs.

[n] *Suspendatur*] hoc ordine procedendum est contra concubinarios secundum ius commune; sed in regno Franciæ tenet constitutio legati in Francia, quæ talis est. Excommunicamus omnes sacerdotes, & clericos quoscunque, qui post legitimam admonitionem focarias, vel alias mulieres, de quibus mala suspicio possit oriri, in domibus, prijs, vel alibi, vbi populus, vel etiam scandalizetur Ecclesia, duxerint tenendas, nisi sint

& publice cum plurimis fornicatur, licet grauius peccet, quam ille, qui publice vnam tenet focariam, non incurrit tamen sententiam prædictam, vt credo, quia constitutio illa non videtur loqui, nisi de tenentibus cum scandalo focarias, vel alias mulieres; cum pœnę potiſ sint restringendæ. De illis autem, qui tenent mulieres in suspectis locis, & cũ scandalo, sed tamen non peccãt cum eis, nec peccare proponunt, potest dici benigna interpretatione, qđ non incidunt in illam sententiã, & quod illa constitutio intelligitur de illis, q eas retinent in concubinatu: alijs tamen videtur, quod, ex quo post legitimam admonitionem cum scandalo tenent mulieres huiusmodi, siue peccent cum eis carnaliter, siue nõ, incidunt in illam sententiam pòst admonitionem legitimam: & quod dixit, duxerint retinendas, intelligo retinendas, id est, habendas ad vsum carnis; licet enim non teneant eas expensis suis, aut tamquam suas proprias concubinas, ex quo tamen vtuntur eis ad peccatum carnis cum scandalo, & post admonitionem legitimam, incurrunt sententiam. Vnde si clericus adulteretur cum vxore alicuius manente in domo mariti, & cohabitante cum marito, & hoc cum scandalo, & post admonitionem, incurrit sententiam prædictam; licet non exhibeat eam ille clericus, aut alter eam teneat. ab illa autem sententia, cum conditor canonis nõ retinuerit sibi absolutionem, possunt Episcopi absoluere subditos: inferiores autem prælati non consueuerunt de hoc absoluere. Quid si aliquis absolutus reuertatur ad vomitum cum eadem concubina? R. si adhuc durat scandalum, recidit in eandem excommunicationem, quamuis non fiat noua admonitio; si autem non durat, sed creditur publice, quod sit correctus, non incidit in illã sententiam, donec iterum super hoc ortum sit scandalum, quo exorto, nõ credo quod necessaria sit admonitio noua. credo autẽ quod peccãt Episcopi, & inferiores prælati, ad quos pertinet huiusmodi admonitionem facere: (inferiores enim eam possunt facere, etiam si sint simplices sacerdotes, curati tamen; cum constitutio illa non specificet, quod ab Episcopo sit facienda) si per negligentiam, aut alias corrupta intentione omittant eam facere: si autem ex iusta causa omittant; quia forte vident ibi multorũ stragem iacere, vel aliud simile, non peccant. De huiusmodi autẽ clericis fornicarijs credo, q non oportet eos vitari tamquã excõicatos ex illo canone, nisi constet eos tenere focarias cũ scandalo, & sup hoc eos esse legitime admonitos, & nominatim excommunicatos. licet autem Episcopi possint ab huiusmodi sententijs absoluere, non tamen possunt dispẽsare super irregularitate contracta, si in hmõdi excommunicatione publice celebrauerunt, aut ministrauerunt, aut ordines receperunt, licet autem idẽ legatus multa alia constituerit, vel innouauerit ad honestatem clericalem spectantia, tam contra habitum, quam contra negotiationem, & vsuras, & alia quædam, dicens se talia prohibere sub eadem distinctione, sub qua prohibuit vsum focariarum, non tamen clerici, qui faciunt contra illas prohibitiones, & post admonitionem legitimam, ipso facto excommunicationem incurrunt; quia quantum ad illas prohibitiones non facit promulgationem latæ sententiæ, sed potius comminationem ferendæ: & ita habet consuetudo, quæ optima est legum interpres.

beneficio ecclesiastico vsque ad satisfactionem congruam; & [o] si adhuc perseuerauerit, in perpetuum remoueatur. ext. de cohabi. cleri. & mulier. sicut ad extirpandam. & [p] secundum hoc intelligitur. dist. 32. nullus. & præter hoc. dist. 81. si qui sunt presbyteri. ext. de cohabi. cler. & muli. vestra. in fi. & tua. & ext. de verb. signifi. [q] cum olim. hæc opinio confirmatur. ext. de cohabitat. cleri. & mulier. [r] quæsitum. quam R.

[o] *Si adhuc*] id est, post huiusmodi suspensionem à beneficio, vt in illo c. sicut.

[p] *Secundum hoc*] ibi de illis, qui iacent in notoria fornicatione, & de talibus dicitur in c. si qui sunt. quod interdicitur eis introitus ecclesiæ, donec satisfaciant: & si qui in huiusmodi malo perseuerauerint, nullus audiat missam illorum; quod tamen hic dicitur de interdicto ab introitu ecclesiæ, hodie de consuetudine non seruatur.

[q] *Cum olim*] ibi dicitur, quod offensa manifesta est, quæ per confessionem, vel probationem vera fuerit, aut per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari.

[r] *Quæsitum*.] ibi dicitur, quod quamuis mortaliter peccans quo ad se sit suspensus, non tamen debet in officijs euitari, quia non est suspensus quo ad alios, nisi sit peccatum fornicationis, quod sit notorium per sententiam, vel per confessionem factam in iure, aut per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari.

[s] *Si de-*

infra inter nouas constitutiones. Si autem nō est notorium eum habere concubinam, sed est publicum ex fama tantum, si non appareat accusator, & de hoc habeatur suspicio, erit ei purgatio indicenda, in qua [f] si defecerit, [t] deponatur. ext. de cohabi. cleri. & muli. [u] tua nos. Et iste non debet à subditis euitari in sacramētis, quandiu ab Ecclesia toleratur. de talibus legitur dist. 28. [x] consulendum. 15. q. vlt. c. vlt.

§. 10. Præter has pœnas imponuntur adhuc aliæ, quia si clericus in sacro ordine constitutus, matrimonialiter ducat aliquā in vxorem, ipse clericus debet priuari ordine, & beneficio ecclesiastico, potest tamen cum eo dispensari secūdum id, quod dixi supra de bigam. §. [z] quæritur. in fine. Mulier si erat libera, debet redigi in seruitutem ecclesiæ. dist. 32. [a] eos. si ancilla, debet vendi. dist. 81. [b] quidam clerici. filij tamen nati redigūtur in seruitutem ecclesiæ. 15. q. vlt. cum muliere. In matre tamen dicunt quidam, quod, si filij sui adhuc paruuli sunt, non vendetur, & retrudetur in monasterium, ne propter eius absentiam filij pereant. dist. 34. [c] fraternitatis. vel intellige [d] illud, quando non cōtraxerat [e] cum ea matrimonialiter. Item nota, quod clericus in sacro ordine cōstitutus, quando separatur ab illa, quam de facto duxit vxorem, debet eam abiurare secundum formam istam, quod de cætero nullo modo accedet ad illam, nec cum illa ad vnam mensam manducabit, nec bibet, nec sub vno tecto manebit, nisi in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse; nec etiam ibi loquatur cum ea, nisi coram testibus idoneis pro certa necessitate. 15. q. 6. ab isto die. & est hæc forma seruanda, etiam quando separantur ꝓpter consanguinitatem, vel aliud legitimū impedimentum: & est expressa decretalis in hoc casu ext. qui clerici, vel vou. [f] ex litterarum. sed contradicit. ext. de cohabit. cleri. & mulie. clericos. vbi expresse dicitur, quod à talibus non debet exigi iuramentum, ne instinctu diaboli in idem crimen redeant, & insuper [g] reatum periurij incurrant; sed illa loquitur, quando clericus habetur suspectus, quod non serua-

[f] *Si defecerit*] vel se purgare noluerit.

[t] *Deponatur*] secundum veteris iuris rigorē loquitur illud capitulum.

[u] *Tua nos*] non loquitur de depositione, sed de canonica animaduersione.

[x] *Consulendum*] ibi dicitur, quod ad laicos non pertinet iudicare de vita clericorum.

[y] *C. vlt.*] ibi agitur de presbytero deprehenso in adulterio, & dicitur quod ab eo, quousque iudicio Episcoporum reprobetur, percipiātur ecclesiastica sacramenta.

[z] *Quæritur*] ibi dicitur, quod Episcopus in religione cum tali potest dispensare.

[a] *Eos*] ibi dicitur de diaconis, qui vxoribus vacant, qui si admoniti ab Epis non se correxerint, principib' indulgetur licentia, vt eorum fœminas mancipēt seruituti.

[b] *Quidam*] ibi dr̄ quod Episcopus vendat ancillā, quam habet clericus in concubinatu.

[c] *Fraternitatis*] ibi: ancilla eius iubemus vt monasterio continentiam professura tradatur. & loquitur de subdiaconis, & supra, qui ex coniugio ingenuarum, vel ancillarum filios receperunt.

[d] *Illud*] scilicet c. fraternitatis.

[e] *Cum ea*] ancilla scilicet, vt in primo casu, scilicet quando contraxit, vendatur, in secundo retrudatur in monasterium.

[f] *Ex litterarum*] ibi approbat Papa id, quod fecit quidam Episcopus, qui subdiaconum fecit abiurare illam, quam duxerat post subdiaconatum.

[g] *Reatum periurij*] ex hoc patet quod

quod male faciũt sacerdotes, & alij prælati, qui laicos solutos faciunt abiurare concubinã.

h *Clericus solus*] nec sol' presbyter cum sola fabulas misceat; nec domos matronarũ frequenter intret archidiaconus prętextu humilitatis, aut officij, vel aliquid secreto per clericos, aut domesticos mãdet.

i *In omnibus*] ibi dicitur, quod obseruare conuenit, vt certus quis, certo tempore, certo loco, & certis personis, vel appare re, vel loqui debet clericus mulieribus, vt suspicio euitetur.

k *Nec solo*] ibi dicitur, qđ nec solo affectu, & tactu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum: & est de regula beati Augustini.

l *Tertio*] ibi pñmitur de carnali copula inter eos, qui per plana, & nemora, vias, & inuia pluries conuagantur.

m *Iotulatricem*] vel aliquam ex his, quæ publicis spectaculis mancipantur, vt in c. si quis viduam.

n *Presbyter*] ibi dicitur: quomodo potest esse notum Episcopo scelus, nisi accusatore idoneo per testes idoneos probante?

o *Si quis presbyter*] ibi dicitur: si autem confessus non ipse fuerit, sed ab alio publice conuictus, nec hoc ipsum habeat, vt nomen presbyteri portet.

p *Scisitantibus*] ibi dicitur, quod non statim, qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur, criminosus est.

q *Sunt etiam quorum*] ibi dicitur, quod argumentis cõuict', testibus superatus, & confessus non auditur appellans.

r *In sacerdotibus*] ibi: perferens memorandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatẽ.

s *Palam*] quæstum facere dicimus, nõ solum quæ in lupanari se prostituit, sed etiam, si quæ solet in taberna morari, vel quæ alias pudori suo non parcit,

t *In illo loco*] id est villa, siue parochia, licet non habeat nisi decẽ homines, siue parochianos; quia decem homines populũ faciunt. 10. q. 3. vnio. De scandalo autem populi, vel Ecclesiæ, de quo fit mentio in cõstitutione d. legati, credo, quod si parochia mille habet parochianos, si tantum ex illis decem scandalizentur de focaria sacerdo-

seruabit iuramentum; quia tunc vere non debet exigi, sed per suspensionis, & interdicti sententiam, vel alijs modis, vt ibidem colligitur, est cogendus mulieres ita à se remouere, ne possit haberi sinistra suspicio contra eum. vel illã decr. clericos. intellige cum separatur à concubina, istam, ex litteratum. quando ab vxore. Item nota, qđ pñsumitur clericus incontinens, si sæpe loquitur, vel disputat de formis mulierum, vel si mulieres sæpe veniant ad domum suã, vel si ipse frequentet hospitia illarum, vel si solus in loco suspecto inueniatur loqui cum eis, vel si inspiciat eas forte oculo insatiabili. dist. 32. hospitiolũ. dist. 81. h clericus solus. & i in omnibus. 32. q. 5. k nec solo. ext. de præsumpti. l tertio. Præsumitur etiam incontinens, & repellitur à promotione qui duxit in vxorem vilem mulierem, puta ancillam, vel m iotulatricem, licet virginem. dist. 34. si quis viduam 2.

§. 11. Item licet ex prædictis satis possit intelligi, quid sit notorium; tamen qa sæpe de notorio loquimur, & ad plenum quid sit notoriũ ignoramus, omissis multis, & varijs de notorio scriptis, hoc in summa teneas, quod est notorium aliud iuris, aliud facti. Notorium iuris est, de quo quis canonice est condemnatus, vel etiam iure confessus, vel per legitimas probationes conuictus. 15. q. 5. o presbyter. & q. vlt. n si quis presbyter. & p scisitantibus. ext. de cohabi. cleri. & muli. vestra. & quæsitum. 2. q. 6. q sunt etiam quorum. Notorium facti est, cuius testis est populus, & dissimulationi non est locus. dist. 61. r in sacerdotibus. in fin. ext. de cohabit. cleric. tua. ff. de ritu nupt. palam. in prin. & intelligitur populus esse testis, siue sit crimen notorium omnibus, qui sunt s in illo loco, siue maiori

cerdotis, q̃ sunt, graues, & honestæ personæ, potest fieri interpretatio; quia populus scandalizatur, maxime cum decem homines populum faciant, vt dictum est, sicut duo faciunt congregationem. ext. de elect. c. 1. & tres faciunt collegium. ff. de verborum signi. Neracius. retinetur tamen in vno. ff. quod cuiusq; vniu. nom. sicut municipium. in fin. duodecim autem, aut viginti faciunt turbam. ff. de vi bon. rapt. l. prætor ait. §. 1. quatuor, vel quinque porci, vel decem oues faciunt gregem. ff. de abig. oues.

[u] *De manifesta*] & nota, quod in pluribus causis non sunt requirendi testes.

[x] *Sicut*] ibi dicitur de quodã, qui per duos testes probat se ab impetitione absolutum; & dicitur, quod hoc sufficit, licet testes nihil deponant de rationibus, quæ mouerunt iudicem ad sententiandum.

[y] *Ad nostram*] ibi dicitur, quod qui iurauit, qđ ordinem iudiciorum seruaret in omni causa, non propter hoc in notorijs obseruare tenetur ordinem iudiciarium, qui in alijs causis obseruatur; notoria enim suum habent ordinẽ, & occulta suum.

[z] *Taliter*] id est notorie, siue euidenter.

[a] *Præterea*] ibi dicitur, quod q̃ post appellationem grauia cõmittunt, prætextu appellationis se tuentes, dum super illis cõueniuntur, nõ debet eis proficere huiusmodi appellatio, quo minus eorum excessus canonice puniantur.

partij. 2. q. 1. [u] de manifesta. Item notorio iuris exigitur quãdoque probatio contra negantem. ext. de senten. & re iudic. [x] sicut. In notorio vero facti non requiritur ordo iuris, qui est alias regulariter obseruandus. ext. de iure iuran. [y] ad nostram. 3. Euidentia enim patrati sceleris clamore non indiget accusatoris. ext. de accus. euidentia. & si forte Iudex velit [z] taliter delinquentem secũdum quod ius postulat punire, vel corrigere, & iste appellat, non est appellationi huiusmodi deferendum. ext. de appell. [a] præterea. Item notorium facti subdiuiditur; quia aliud est notorium facti manentis actu, vt cum quis publice tenet adulteram, vel cõcubinam indomor; aliud notorium facti transeuntis actu, vt si aliquis in publico interfecerit hominem, vel fecit sortilegium, vel simile; aliud notorium facti præsumpti, vt si aliquis publice habitus est pro filio, consanguineo, vel affini alicuius. Itẽ alia quædam pertinẽtia ad continentiam clericorum require supra de bigam. per totum, & de apostat. §. quid si talis. Item multi casus possent hic poni de perplexitate, sed diligens indagator satis poterit sibi consulere ex his, quæ hic posita sunt, & supra, & infra in titulis specialibus.

DIctum est supra de dispẽsationib⁹, quę purgãt ab irregularitatibus, & [a] infamia iuris; nunc de purgatione canonica, q̃ purgat ab [b] infamia facti, videndum: vnde notandũ, quid sit purgatio, quæ eius species, & qualiter sit in ea procedendum. Purgatio est de obiecto crimine innocentiæ [c] ostensio.

§. 1. Purgationis species sunt duæ, canonica scilicet, & vulgaris. Canonica, quæ fit [d] per iuramentum, & [e] per testes, & ista permittitur, & approbatur tanquã bona, vtilis, & honesta in Ecclesia Dei. 2. q. 5. fere per totum. Vulgaris purgatio est, quæ a vulgo est inuenta, vt ferri cãdentis, aquæ feruentis, vel frigidæ, panis, vel casei, monomachiæ, id est, duelli, & cætera huiusmodi: sed ista hodie in totum reprobata est, & maledicta, tum quia inuenta est diabolo fabricante. 2. q. 5. [f] Mennam. tum quia generaliter a sacris canonibus prohibetur, vt præalleg. c. Mennam. & ead. q. [g] consuluisti. & [h] monomachiã. Item quia est contra illud [i] præceptum Domini, Non tentabis Dominum Deum tuum, vt in illo c. monomachiam. in fine. & 22. q. 2. [k] quæritur cur Patriarcha. &. de hoc supra de duello.

§. 2. Circa processum istum [l] videntur in aliquibus variæ opiniones, & iura quædam enim iura dicũt, quod infamatus de crimine, statim debet suspendi vsque ad dignam satisfactionem. 3. q. 2. [m] qa ea. ext. de purg. can. [n] ex tuarũ. & [o] inter. ecõtra vide-

[a] *Infamia iuris*] quæ scilicet cõtrahitur per sniam latam in actione famosa cõtra aliquẽ, sicut est actio furti, & iniuriarum, & de dolo, & de deposito; vel ẽt ex aliquo turpi actu, sicut est in pugnãdo in arena propter quęstum, vel accipiẽdo vsuras vsurarum, & similia.

[b] *Infamia facti*] est diffamatio aliqua alicuius super crimine, vel criminibus.

[c] *Ostensio*] per iuramẽtum cõpurgantium, vel alio debito modo.

[d] *Per iuramentum*] ipsius diffamati, quod q̃q; sufficit.

[e] *Per testes*] id est iuramẽto testium compurgantium.

[f] *Mennam*] ibi prohibetur de quodã diffamato, ne purget se purgatione feruentis, vel frigidæ aquæ, aut ignis, aut ferri, aut cuiuslibet popularis adinuentionis, quia hæc omnia fabricante inuidia diaboli inuenta sunt, nec auctoritate canonica sunt fulta.

[g] *Conclusisti*] ibi dicitur, quod huiusmodi purgationes à sacris canonibus non sunt concessæ; & quod sanctorum patrũ documento non est sancitum, superstitiosa adinuentione non est præsumendum,

[h] *Monomachiam*] ibi dicitur, quod huiusmodi sectantes Deum tentare videntur.

[i] *Præceptum*] Deut. 6. Matt. & Lu. 4.

[k] *Quæritur*] ibi dr: nemo debet tẽtare Deũ suũ, quamdiu habet, qd rõnabili cõsilio faciat. Quid ergo de Epo, & Abbatib', & militibus, q hmõi iudicia faciunt, aut pmittũt fieri in curijs suis? R. nõ audeo tales excusare à peccato mortali, cũ talia scdm vetera iura, & noua sint, phibita, vt pallegatũ est, & patet ext. ne cleri. vel monach. snĩam. in fi. maxime autem Epi, & Abbates, & illi, qb' hmõi ius ignorare nõ licet, in hoc graiter peccãt, qa potius deberent oĩa mala tolerare, quã tali malo cõsentire. credo etiã q in publicis pdicationib' pnt, & debẽt hæc reprehẽdi, in illis maxime locis, vbi sunt aliqui, q in hac parte ius ignorant, saluo eo, qdictũ ẽ supra d scãdalo. §. itẽ qd fiet.

[l] *Circa processũ*] de purgatione.

[m] *Qui*] ibi amouẽt quidã suspectus de dilapidatione ab administratiõe patrimonij eccl'æ.

[n] *Ex tuarum*] ibi dr de quodã, quẽ Eps suus suspenderat propter diffamationem de homicidio, quod relaxetur suspensio, postquam canonice se purgauerit super illo.

[o] *Inter*] ibi habẽt, de quodã diffamato super hæresi, & pp hoc suspẽsio tam ab officio, quã à bñficio, q hmõi suspẽsio nõ improbat à Papa.

[p] Qua-

Digitized by Google

tur quod non debeat ſtatim ſuſpendi. ext. de accuſ. c. 1. & [p] qualiter, & quando. 2. q. 1. [q] nomen. Vt igitur plane liqueat tibi ꝓceſſus iſte ſummopere vtilis, & neceſſarius, Nota: quod tribus modis poteſt procedi cõtra aliquem de crimine, videlicet per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem; & in quolibet modo diligens eſt adhibenda cautela, vt accuſationem præcedat legitima [r] inſcriptio; denunciationem charitatiua admonitio; & inquiſitionẽ clamoſa inſinuatio. Item in accuſatione agitur ad [t] degradationem; & ideo accuſator debet ſe obligare ad talionem; in denunciatione agitur ad pœnitentiam; in inquiſitione ad remotionẽ ab adminiſtratione, vt infra dicetur.

§. 3. Eſt etiã quartus modus circa [t] proceſſum hmõi attendẽdus, videlicet cum nõ ad pœnã directe infligendã proponitur, ſed ad [u] defenſionem, vel repulſionem; quod fit, cum obijcitur in modum exceptionis accuſatori, vel teſti, vt ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur. item cum obijcitur electo, vt à promotione officij, vel beneficij excludatur: & in hoc caſu diſtingue, vtrum ante cõfirmationẽ opponatur, vel poſtea in conſecratione. in primo caſu non eſt inſcribi neceſſe, ſed poſt cõfirmationẽ excipiẽs debet ſe obligare [x] ad pœnam extraordinariam, ſecundum arbitrium diſcreti Iudicis, ſi defecerit in ꝓbando; citra vinculũ tñ inſcriptionis, eo qđ crimine ſic probato, ꝓdit qꝫ per electionẽ, & cõfirmationẽ ei fuerat acquiſitũ; ſed ob hoc priꝰ habita nõ amittit. ꝓbantur hęc ext. de accuſ. [y] ſuper his. & qualiter, & quãdo. in fi.

§. 4. Circa inquiſitionẽ aũt, de qua tractare intendimꝰ, qualiter, & qñ ſit ꝓcedendũ, ex auctoritate noui, & veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex qꝫbus ꝓceſſerũt canonicæ ſanctiones. [z] Legitur em̃ in Euangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo: quid eſt hoc quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Et in Gen. Dominus ait de Sodomitis: Deſcendam, & videbo vtrum [a] clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex his teſtibus manifeſte probatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiã cum prælatus excedit, ſi per clamorem, & famã ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis, & malitioſis, ſed à prouidis, & honeſtis; nec ſemel tantum, ſed ſæpe, [b] quod clamor innuit, & [c] diffamatio mani-

[p] *Qualiter, & quando*] ibi dr̃, qꝫ Iudex in inquiſitione debet veritatem diligentius perſcrutari, vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpã feriat delinquentis.

[q] *Nomen*] ibi dr̃, quod clericꝰ, qui nondum eſt cõuictus, ſuſpendi non debet à cõmunione, niſi ad cauſam ſuam examinãdam ſe non præſentauerit.

[r] *Inſcriptio*] in qua accuſator obligat ſe ad pœnam talionis.

[t] *Degradationẽ*] quæ fit ab Epo per ſolennem inſignium clericalium remotionem.

[t] *Proceſſum*] ſcilicet, cum agitur de crimine alicuius.

[u] *Defenſionem*] vt defendat ſe reus contra accuſatorẽ, vel cõtra depoſitionẽ teſtis.

[x] *Ad pœnam*] qualis eſt amiſſio præbẽdæ, vel alterius beneficij.

[y] *Super his qualiter*] in his capitulis dicitur, qđ tribus modis agitur de crimine, vt dictum eſt, & quid debeat præcedere accuſationem, quid denunciationem, quid inquiſitionem.

[z] *Legitur*] Lucæ 16.

[a] *Clamorem*] Gen. 18.

[b] *Quod clamor*] Gen. 18.

[c] *Diffamatio*] Lucæ 17.

[p] *Cum*

Digitized by Google

manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, vt, si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis. quod autē dixi, à prouidis, & honestis, intelligo indistincte, licet quidam distinxerint, vtrum haberet ortum infamia à maleuolis, & maledicis, an à prouidis, & honestis; sed non approbo distinctionem; sufficit enim, qđ apud bonos, & graues sit infamatus, nō distincto à quibus habuerit ortum infamia. arg. ext. eod. [d] cum dilectus 2. Cum ergo clamor, & infamia tantum inualuit, quod iam non potest sine scandalo tolerari, Iudex debet p̄figere terminum accusare volentibus; & si apparuerint accusatores canonice audiatur crimen. 2.q. 5. [e] omnibus. 15.q. 5.c.1. si vero accusator non apparet, & mala fama crebescit, tunc Ep̄s, vocatis ecclesiæ suæ senioribus, procedat ad inquisitionē. dist. 86. si quid vero. ext. de accusat. qualiter. 1. & 2. & ipsemet Iudex debet ꝓducere testes. 11. q. 3. præcipue. in fin. 2. q. 5. [g] presbyter. ext. de accus. [h] cum oporteat. in fi. Item debet esse præsens, cōtra quē est inquisitio faciēda, vel absens per contumaciā; & exponenda sunt ei illa capitula, de q̄bus fuerit inquirendū, vt facultatem habeat defendendi seipsum; & nō solū dicta, sed etiā nomina ipsa testium sunt ei publicāda; vt quid, & a quo sit dictum appareat nec non exceptiones, & publicationes legitimæ admittendæ, ne ꝑ suppressionem nominum infamādi, per exceptionū vero exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur. ext. de accus. qualiter. 2. §. debet igitur.

§. 5. Itē Inq̄sitor debet descēdere ad locū, vbi ꝑsona cōuersatur, de qua est inquisitio facienda, q̄a ibi melius pōt inquiri đ vita, & fama eius. 2.q. 1. De⁹ oīpotens. 24.q. 1. [i] pudenda. si fuerit [k] cōuict⁹, canonice puniat; si vero nō pōt conuinci, & adhuc mala fama ꝑdurat, [l] admoneat ipsū Iudex primo seorsū, postea corā testibus, vt se corrigat; ꝙ si nō fecerit, tunc demū suspendat vsq; ad dignā [m] satisfactionē. ext. de purg. can. c. 2. In hoc casu intelliguntur oīa iura, q̄ dicunt, ꝙ clericus infamatus debet suspendi; non enim propter infamiam est statim suspendendus, nisi delicti [n] enormitas, vel graue scādalum hoc exposcat. ext. de purg.

purgatio

purgatio

[d] *Cum dilectus*] secundum istas decr. hodiernas nō video ex hoc c. posse efficax eligi argumentum.

[e] *Omnibus*] in hoc c. & sequenti fere idem dr̄, scilicet, qđ accusator pri⁹ est audiendus, & reus crimine ꝓbato puniendus: deficiente vero accusatore, vel nullo existente, si fama laborat contra reū, purgatio ei indicenda est.

[f] *Si quidem*] in hoc c. dr̄, quod ad vindictā accendere non debet Ep̄m res incognita, sed pręsentibus ecclesiæ senioribꝰ veritas est perscrutanda: & idem dicitur in c. qualiter.

[g] *Presbyter*] ibi dr̄, ꝙ si presbyter fuerit infamatus, & legitimis testibus Ep̄s probare non potuerit, suspendatur vsque ad legitimā satisfactionē, ne populus fideliū in eo scandalum patiatur.

[h] *Cum oporteat*] ibi dr̄, ꝙ inimici nec ad ꝓsequendam inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium admittantur, sed ꝑ viros idoneos veritas īquiratur.

[i] *Pudenda*] ibi: vt electio ordinandi à præsente ordinatore consensu ecclesiæ, cui præficiendus erat, melius potuisset agnosci.

[k] *Conuictus*] per inquisitionem.

[l] *Admoneat*] secundū quosdam hæc admonitio non est necessaria in hoc casu, sed tñ pōt indici purgatio; si iudex tamen sit ordinarius.

[m] *Satisfactionē*] id est, purgationem.

[n] *Enormitas*] vt in hæresi, homicidio, & similibus.

[o] *Inter*

purg. can. [o] inter. Est autem digna satisfactio, vt purget se legitimo numero collegarum sibi adiuncto, id est, Episcopus cum duodecim Episcopis, presbyter [p] cum septē presbyteris, diaconus cum tribus diaconis. 2. q. 5. omnibus. & [q] si legitimi. & [r] presbyter vel melius, numerus compurgatorum taxabitur ad arbitriū Iudicis, quandoq; minor numerus potest taxari, secundum qd infamia, scandalū, vel crimen sunt magis, vel minus grauia, vel enormia. 2. q. 51. [s] presbyter. & [t] omnibus, in fin. vnde Innocentius indixit cuidam decano purgationem quartæ decimæ manus sui ordinis, ext. eo, inter. & cuidam [x] Episcopo indixit purgationem cum duobus Abbatibus, vt in eod. c. cum in iuuentute. Item si non posset habere aliquos eiusdē ordinis, quia oēs essent inimici sui, sola manu sua cū alijs inferioris ordinis, vel etiam cum laicis, posset se purgare; q est valde notabile. arg. 2. q. 5. [y] si legitimi. & omnibus. in fin. ext. eod. [z] cum in iuuentute. dist. 81. [a] clerici, immo etiam cum mulieribus religiosis, vel alias honestis. 18. q. 2. [b] in decima. in fin. nec mirum, quia repellitur à dignitate obtinenda, quod maius est, ob testimonium mulierum. ext. de testib. [c] tam litteris. Item compurgatores debent esse vicini, & honesti, quod conuersationem suam non tam moderno tempore nouerunt, quam transacto. ext. eod. inter. & c. sequenti. 2. q. 5. si mala fama. & omnibus. nō tñ debēt subtiliter nimis examinari cōpurgatores. ext. eod. cōstitut[9].

§. 6. Forma autem iuramenti ipsius principalis personæ erit talis: Ego iuro quod nō feci istud, de quo sum infamatus, per me, vel per submissam personam, cui mandauerā; nec cōsiliū dedi, nec auctorita.

purgatio

purgatio

[o] *Inter*] ibi: q dā decanus erat diffamat[9] de hæresi.

[p] *Cum septē presbyteris*] aut quinque, aut tribus; & si necesse est, cum alijs testib[9] iustis, & bonis hominibus, vt in c. omnibus.

[q] *Si legitimi*] ibi dr, quod sacerdos cum septem sacerdotibus, si valet, diaconus cū tribus diaconus se purget.

[r] *Presbyter*] ibi dr, q presbyter cū septem se purget. Nota de hoc versus.

Pontificem pariū manus expurget duodena.
Quinta sacerdotē, leuitam tertia, pœna
Maior maiori, minor est adhibenda minori:
Quem plebs accusat purgabitur in manifesto.
Quem chorus, ante chorum sua sit purgatio præsto.

[s] *Presbyter*] dicitur, q aut secundū canones, aut ad arbitriū Epi compurgatores adiungantur.

[t] *Omnibus*] ibi dr: vel eo amplius, si suo Epo visum fuerit; aut necesse esse propter tumultum populi prospexerit.

[u] *Decano*] multum infamato de hæresi.

[x] *Episcopo*] infamato de nepte sua.

[y] *Si legitimi*] ibi: cum septem eiusdem ordinis, si valet.

[z] *Omnibus*] ibi: cum alijs iustis, & bonis hominibus.

[z] *Cum in iuuentute*] ibi dr de Episcopo infamato, qui merito videbatur quod per Episcopos sui regni nō posset se purgare, quia aduersarij eius erant, & quidam alij erāt suffraganei illius Eccl[ae], contra quā causam habebat.

[a] *Clerici*] ibi dicitur, quod clerici non debent habere accessū ad fœminas viduas, aut virgines soli, sed vbi aut clerici sunt præsentes, aut alij graues Christiani.

[b] *In decima*] ibi dicitur, quod clerici non debent loqui frequenter cum ea sola, quæ præest, sed sub testimonio duarum, vel trium sociarum. Sed rarasit accessio, & breuis omnino locutio.

[c] *Tam litteris*] ibi præcipiuntur recipi testes laici, & fœminæ idoneæ ad probandum contra quendam electum, qui contraxerat cum vidua.

[d] *Constitutus*] ibi dicitur, quod sufficit, quod cō purgatores tolerentur in ecclesia ab Episcopo, & sint bonæ famæ, in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio de criminibus condemnati.

[d] *Si quis*

tem. dist. 50. [c] si quis viduam. 2. q. 5. [f] auditum. ext. eod. [g] quoties. potest addi, nec ratũ habui, quod meo nomine factum fuerit. ext. de restit. spoli. [h] cum ad sedem. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. [i] cum procurator. Quidam etiam addunt, nec volui. arg. 1. q. 4. [k] quia præsulatus? sed hoc non admitto, nisi de voluntate, quæ p̃diret in actum, quæ dicitur cooperatio, siue consensus cooperationis. arg. 23. q. vlt. [l] c. vlt. & secundum hoc dicet, nec cooperatus fui. arg. 2. q. 1. [m] notum. in fin. Quidam autem addunt, nec sciui, nec prohibere potui. Compurgatores vero iurabunt sic: nos credimus, qđ ipse iurauit verum, vel verum esse, quod iurauit. ext. eod. quoties. Item si est infamat[o] apud populum, debet se purgare in publico; si apud clerum, coram clero: & in vtroque casu cõram iudice. dist. 23. [n] illud. 33. q. 5. [o] omnibus. 15. q. 5. [p] de crimine. Si vero defecerit in purgatione, punietur tamquam conuictus, vel confessus. ext. de accusat. [q] cum P. ext. de simon. de hoc. & insinuatum. [r] §. 7. Pœna autem eius, qui conuictus est in modum inquisitionis, hæc est, quod si de tali crimine est conuictus, quod etiam post pœnitentiam impediret executionem officij, vel perceptionem beneficij, vt homicidium, vel simonia in ordine, vel beneficio commissa, tũc erit sicut in accusationis iudicio procedẽdum: alioquin secundum personæ merita, & qualitatem excessus, pœnã poterit iudicantis districtio moderari. ext. de accusat. inquisitionis. vel dic, quod si est in dignitate constitutus ille, qui est conuictus de crimine in modum inquisitionis, remouetur ab administratione, sed minores clerici priuantur officio, & beneficio, non tamen degradantur. ext. de simon. per tuas. 1. in fin. Regulares tamen prælati, etiam pro modicis causis, possunt ab administrationib[9] re-

sed tantum rixæ adfuerunt, extra naxam sunt.

[m] *Notum.*] ibi dicitur, quod scientem, & consentientem par pœna cõstringit.

[n] *Illud.*] ibi: in eadẽ plebe, cui est ordinandus Eps, discutiatur persona contradicentium.

[o] *Omnibus.*] ibi dr, qđ sacerdos corã omni populo se purgare debet.

[p] *De crimine.*] ibi dr, quod diaconus nõ publice, sed coram Epo, & presbyteris, & diaconis ecclesiæ secreto se purget.

[q] *Cum P.*] in hoc c. & duobus sequentibus agitur de pœna illorum, qui deficiunt in purgatione præstanda super simonia.

[r] *Procedendũ*] quantũ ad hoc, vt priuentur officio, & beneficio, non quantũ ad depositionẽ, ne sit cõtra, ext. de simon. cum dilectus. & c. de regularibus. & potest dici quod seculares, ppter enormitatẽ criminis huiusmodi deponuntur, arg. ext. de dolo, & cõtr. veritatis. vbi deponit Eps pp homicidium probatũ in modũ inquisitionis. De regularibus aũt faciendũ est, sicut dr ext. de simon. quoniã.

[c] *Si quis viduã*] ibi dr, qđ homici diũ fit facto, p̃cepto, consilio, & defensione.

[f] *Auditum*] purgat se Leo Papa, quod non fecit, nec perpetrari fecit, nec iussit illud, super quo diffamatus erat.

[g] *Quoties*] ibi dicitur de Episcopo diffamato de simonia, qđ iuret, quod nec per se, nec per submissam personã; nec aliquis pro eo, se sciente, pro ecclesia danda pecuniã acceperit.

[h] *Cum ad sedẽ*] ibi dicitur, quod constare non potuit, quod Episcopus illos expoliauerit, nec spoliari mandauerit, vel spoliationem ratam habuerit; ideo pnunciatur interdictum. Vnde vi nullatenus locum habuisse.

[i] *Cum procurator*] ibi dr: cũ familia sine me armata venit, ego non videor venisse, sed familia, nisi iussi, vel ratum habui.

[k] *Quia præsulatus*] ibi excusabat se presbyter quidam, quod absque sua voluntate, & consilio parẽtes eius aduersario suo oculos eruerãt.

[l] *C. vlt.*] ibi dicitur, quod qui nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt,

Digitized by Google

moueri. ext. de simonia. [f] per tuas. in fine.

§. 8. Item nota q̃ potest fieri inquisitio, non solum super excessu alicuius certę personæ, sed etiam super statu totius monasterij, vel ecclesiæ, tam in capite, quã in membris: & differunt istæ inquisitiones in hoc, quia cum queritur de excessu certæ personæ, procedituꝛ lite nõ contestata, vt supra. & ext. vt lite nõ cont. [g] quoniam frequẽter. sed vbi agitur de statu monasterij, fit [h] secundum quosdam lite cont. & alia communis forma iudiciorum. ext. de testibus. [i] cum olim. ego tamẽ credo idem in isto casu, quod in primo; illa enim decr. cũ olim. non loquitur de tali statu, sed de statu, qui dicitur subiectio, siue seruitus, vt patet ex ipsa litera subtiliter intuenti. Item alia differentia, quia vbi agitur de statu monasterij, recipiuntur testes qualescumque, etiam cõspiratores, licet per illos non fiat fides, nisi adsint aliæ canonicę probationes: sed nõ recipiũtur, vbi agitur de excessu certæ personæ. ext. de sen. & re iud. [y] cum I. & A.

§. 9. Item quandoque pcedit Iudex ex officio suo ad clamorem famæ, quãdoque aliquo promouẽte inquisitionem. In primo casu potest Iudex inducere testes, & faciet iurare illum, [z] contra quem agitur; vel omnes de capitulo, si de statu Ecclesiæ agitur, sub altera formarum istarum, vt vel ad interrogata veritatem respondeant, quam nouerunt, [a] vel vt simpliciter dicant omnẽ veritatem, quam super hoc nouerũt, siue sint interrogati, siue non. ext. de accusat. [b] cum dilecti. In secũdo vero casu non est cogendus, cõtra quem agitur, præstare iuramentum, vt per illud possit instrui aduersarius; sed ipse aduersarius inducet testes, & si defecerit in probatione, debet puniri, nisi purgauerit innocentiã suam, quod non calumniãdi animo processit. ext. de calumniat. [c] cum dilectus. & de accusat. [d] cum oporteat. sententiæ tamen excommunicationis, vel suspensionis, si quas Abbas, seu alius prælatus tulerit pendente inquisitione, tam in capite, quam in membris, & multo magis si in capite tantum tulit, in eos,

f *Per tuas*] ibi agebatur nõ criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur tamquã immeritus, & damnosus; & agitur de Abbate diffamato de simonia, periurio, dilapidatione, & insufficientia.

g *Quoniam frequenter*] ibi dicitur, quod lite non contestata possunt produci testes in inquisitione excessuũ, & quando publice testimonium imminet faciendum.

h *Secundũ quosdam*] qui male dicunt quo ad hoc.

i *Cum olim*] ibi agebat quidam Archidiaconus super statu ecclesię contra Archiepiscopum, & mandatur qd fiat lit. cont. si non posit actor repelli ab agendo per aliquam exceptionem.

y *Cum I. & A.*] ibi dicitur, quod si in inquisitione sint testes recepti contra Abbatẽ, & iudices tantum eorum dicta secuti sũt, nõ valet eorum testimoniũ contra illum, licet valeat super statu monasterij, si super illo deposuerunt.

z *Contra quem agitur*] sicut fecit Archiepiscopus, contra quem agebatur in. c. cũ dilecti.

a *Velut simpliciter*] hæc secunda forma expressa est ext. de accusat. qualiter.

b *Cum dilecti*] ibi mãdat Papa qd inquiratur, vtrum sit iuratum ab Episcopo, & canonicis sub prima forma, vel secũda.

c *Cum dilectus*] ibi dicitur quod ab officio, & beneficio suspendatur quidam, qui non probauerat quędã, quæ proposuerat contra Episcopum suũ, si non purgauerit se, quod non calumniandi animo ea proposuerat contra eum.

d *Cum oporteat*] ibi nõ agitur de huiusmodi pœna deficientis in probatione eorũ, sed dicitur quod inimici

eos, qui promouēt inquisitionē; iuramenta etiā extorta d̄ veritate tacēda debēt, antequā ꝓcedatur in negotio, [e] relaxari; & etiā debēt restitui illi, quos ipse prelatus, pendente huiusmodi negotio, cōtra iustitiā spoliauit. Item illis, qui prosequuntur negotium, vel quos Iudex idoneos ad prosequendū ipsū duxerit assumendos, debent, cum proprium nō habent, expensæ de bonis Ecclesiæ ministrari, prouiso vt pendente negotio omnes [f] obediāt prælato suo; ita tamen q̄ per hoc ꝓsecutio negotij non debeat impediri. ext. de accusat. [g] ex parte. & olim. quam ℞. infra inter nouas const.

§. 10. Item nota q̄ purgatio minus iuste facta, vel quia fit corā illo iudice, coram quo non debet fieri, vel q̄a est vulgaris, etiam si fiat coram idoneo iudice, & sit sententialiter absolutus, non facit fidem; quare in vtroque casu debet iterū canonice se purgare. ext. eo. [h] ex tuarum. & cum dilectus.

Præterea duo casus sūt, in q̄bus nō debet recipi purgatio, quantumcumq; infamatus offerat eā; vnus, q̄n est notoriū crimen eius. Scd̄us, q̄n accusator offert ꝓbationē. ext. eod. c. 2. & [i] cum dilectis.

§. 11. Hoc etiā notabiliter teneas, quod testes, qui iurant se dicturos meram, & plenam veritatem, super his, quæ sciunt, & credunt in sua ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris, nō debēt dicere aliquid de occultis, sed de illis tm̄, super quibus clamores aliqui processerūt; & si d̄ occultis aliq̄d dicūt, nō est reus ꝑp hoc ꝑuniendus. ext. de accusat. inq̄sitionis. Postquā fuerit iuxta formā prædictā purgatus, Iudex debet suspensionē, si facta fuerit, sine mora, & difficultate relaxare, & eū testimonij boni viri annunciās, ab infamia criminis obiecti absoluere. ext. eo. [k] ex tuarū. hæc vera sūt, si aliq̄s publice est infamat⁹, eo q̄ clamosa insinuatio ꝑuenit ad aures Iudicis. Sed q̄d si iudici tm̄modo est suspectus, numq̄d poterit indicere purgationē? Ad hoc dicas q̄ nō, nisi ī casu, scilicet si aliq̄s corā eo fuit accusatus, & accusatore nō valēte ꝓbare, re⁹ remanet suspicios⁹, & incredibilis suo Ep̄o; tūc poterit sibi purgationē indicere. 2. q. 5. [l] oībus. & arg. ext. de accusat. [m] veniens. De hac materia, si ista forte aliquando non sufficerent, ℞. in textu, & glo. 2. q. 5. ꝑ totū. ext. de accusāt. [n] qualiter. 1. & 2. & inq̄sitionis.

De

mici nec ad ꝓsequendā inquisitionem, nec ad testimoniū perhibendum sunt admittendi.

[e] *Relaxari*] Ideo sententiæ excōmunicationis relaxandæ sunt, vt possint tales testes esse in causa inq̄sitionis: Iuramēta vero prędicta illicita sūt.

[f] *Obediāt*] in licitis, & honestis.

[g] *Ex parte*] ibi dicitur, q̄d monachis, qui accusant Abbatem, cum proprium non habent, de rebus monasterij ministrentur expensæ vsque ad finem causæ.

[h] *Ex tuarum*] ibi cuidam, qui purgauerat se iudicio aquæ frigidæ super homicidio, indicitur nihilominus canonica purgatio, quia prima insufficiens reputatur.

[i] *Cum dilectis*] ibi dicitur, q̄d recipiatur purgatio cuiusdam à iudicibus delegatis, quā præstitit coram ordinario, pendente iudicio corā illis, cū ordinarius in hoc casu eam recipere non debuerit.

[k] *Ex tuarum*] ibi circa diffamatum de homicidio præcipiuntur obseruari, quæ dicta sunt.

[l] *Omnibus*] ibi dicitur: si sacerdos suspiciosus, aut incredulus suo Ep̄o, aut reliquis suis consacerdotib⁹, aut iustis, & bonis hominibus de populo suo fuerit, ne in crimine remaneat, purget se.

[m] *Veniens*] ibi Papa indicit purgationem cuidā Episcopo accusato à suo canonico, qui tamen repulsus fuit ab eius accusatione per exceptionem.

[n] *Qualiter*] quęritur

ritur, si sciam aliquem percussisse aliũ ad mortem, & percussorem illo mortuo video celebrare in officio sacerdotali, ignorantẽ tamen se illum occidisse, an tenear ei dicere, an tacere veritatem. Item quæritur, si scio aliquem ministrare, quem tamen esse non scio ordinatum in forma Ecclesiæ, vel à tali, qui non poterat ordinare; vel scio ipsum ordinatum nõ esse baptizatum? Item si scio aliquem excommunicatum ignoranter ordinatum esse, aut tenere rem alienam; vel habere vxorem, quã de iure non debet habere, vel præbendam, vel ecclesiam per simoniam, de qua nullam habet conscientiam? ℟. ad hæc omnia; si tales laborant crassa ignorantia, & supina, cum talis ignorantia non excuset eos in hac parte, teneor eis dicere per me, vel per aliũ, si commode possum, maxime si credo eos esse corrigibiles: si autem laborant probabili ignorantia, nihilominus teneor eis dicere veritatem, non propter hoc quod peccent taliter ignorantes, sed propter periculum, vel damnum alienum, & iniuriam sacramentorum; quia non ordinatus celebrans, de facto decipit illos, qui audiunt missam eius, aut ab eo communicantur: & qui tenet rem proximi, damnificat eum, & excommunicatus, aut irregularis communicando iniuriã facit sacramento: & qui habet consanguineam pro vxore, iniuriatur matrimonio: & quando quis habet præbẽdam, vel ecclesiam per simoniam, eam in præiudicium ipsius ecclesiæ tenet. hoc tamen ita dico, quando talis taliter ignorãs est persona tractabilis, & persuasibilis, & spiritualis, & timens deum: si autem non sit talis, sed timetur de eius scandalo, non teneor ei dicere; sed sufficit quod dicam eius prælato, nõ tamen denunciando, cum nõ eum monuerim; nec accusando, cum probare non possim. Numquid familia tenetur domino reuelare damnum, quod fit eidem in rebus suis occulte? ℟. dic de hoc, vt notatum est supra de iuramento, & periurio. §. quid de illo, qui compulsus. & distingue, sicut ibi distinximus, de proposito, & familia, quam facit Dominus.

De Pœnis. 32

EGimus supra de criminibus multipliciter; sed quoniã crimina puniẽda sunt, de pœnis est agẽdum. Inquiramus igitur quæ, & quot sint species pœnarum; quis possit pœnã infligere; quæ excusent à pœna; & quæ sint in eius aggrauatione, vel attenuatione considerãda; & vtrum vnus possit, & debeat puniri pro peccato alterius.

§. 1. Pœnarum species sunt duæ; alia enim est pœna æterna, alia temporalis. temporalis subdiuiditur, quia alia est canonica, alia legalis. Canonica iterum subdiuiditur, quoniam alia spiritualis, alia corporalis, alia pecuniaria. de pœna æterna nõ prosequor, de alijs videamus per ordinẽ. Pœna spiritualis est quintuplex: nam alia est increpationis. dist. 84. [a] peruenit. alia interdicti, vel suspensionis, alia excõmunicationis. ext. de verb. signif. [b] quærenti. & ℟. de his infra de sen. ex. §. species. & §. in summa. alia infamiæ. ℟. supra de infamibus. alia depositionis. distin. 50. si Episcopus. Corporalis pœna similiter quintuplex inuenitur, vna ieiunij, siue abstinentiæ, quæ solet infligi incarceratis pro contumacia, vel alijs sceleribus suis; de hac potest intelligi dist. 90. si quis contristat. [c] verſ. acerrimis macereturinedijs. & ad idem. 27. q. 1. [d] si homo. & omnes. Alia verberationis. 23. q. 5.

[a] *Peruenit*] ibi arguitur quidam subdiaconus domini Papæ, quod non obiurgauerat quendam Episcopũ de desidia, & negligentia.

[b] *Quærenti*] ibi dicit. quod hæc clausula, censura ecclesiastica, cõprehendit interdictũ, suspensionem, excommunicationem.

[c] *Maceretur*] ille scilicet, qui fratri suo satisfacienti nõ vult reconciliari.

[d] *Si homo*] ibi dicitur de quadã moniali, quæ abiecta veste regulari, se seculari veste induerat, quod cõprehendatur, & monaste-

nasterio reddatur, & in monasterium retrudatur, & ibi districte custodiatur.

[e] *Circumcelliones*] ibi dicitur, quod modus coerctionis, & à magistris artiũ liberaliũ, & à parẽtibus, & ab Episcopis etiã sæpe ĩ iudicijs solet adhiberi.

[f] *Peruenit*] ibi dicitur de quodam, qui quandã stuprauerat, quod nisi eam ducere voluerit, ĩ monasteriũ ad agendã pænitentiã retrudatur.

[g] *Reuersurus*] in alia tamen ecclesia, si ibi electus fuerit Episcopus, esse poterit, vt dr̃ ibi.

[h] *Ad tempus*] vel etiã in perpetuum.

[i] *Sacerdos*] ibi dicitur, quod sacerdos reuelans confessionẽ peccati sibi factam, depositus omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

[k] *Satisfactione*] quãdoque propter interesse, quandoque etiã de cõmuni consensu partium conuentionalis pœna apponit̃; de qua quærit̃, an possit in totum recipi sine peccato, an tantũmodo vsque ad interesse. ℞. si pœna ponitur loco interesse, põt peti quanti interest, cui promissa est. ff. de act. emp. & ven. prædia. si apponatur pro contumacia põt peti in totum. ff. de colla. bon. l. 1. §. si cũ duobus. ff. de tabul. exhib. locũ. si aũt apponat̃ in fraudem vsurarũ, non potest peti. vt ff. de action. empti, & vend. Iulianus. §. idem Papinianus. Sed numquid pœna soluta stabit contractus? videt̃ quod sic. 25. q. 2. quæcũque. vbi dr̃, quod q̃ violauerit priuilegium Ecclesiæ, soluat pœnã, & nihilominus stet priuilegium ad idem. 12. q. 2. Eps qui mancipiũ. 23. dist. quãquam. in fi. ff. de transact. qui fidem. arguo contra d̃ pœnis. suã. iniquũ em̃ est, vt simul habeat̃ & res, & pœna. ff. d̃ doli excep. apud celsum. §. labeo. ℞. qñ de hoc cautũ est expresse, vt stet cõtractus & pœna soluat̃, vtrũque põt peti, alias non. vel distingue, vtrũ apponat̃ pœna ꝓ contumacia, vt tunc possit peti pœna, & res; aut loco interesse; & tunc tm̃ agat̃ ad interesse; aut in fraudẽ vsurarũ, & tũc nõ possit peti pœna, vt supradictũ est, & ꝑ eadẽ iura, & ℞. d̃ hoc supra d̃ vsu. §. itẽ q̃dsi pœna.

[l] *Deportatio*] Nota vers.

Exultabit sine spe patriæ, reditusque reique.

Inscriptus manet in patria sed respoliatur.

Amittit proscriptus opes, nec posse reuerti.

Quisque relegatus sua, cum remanebit, habebit.

[m] *In hoc capitulo*] ibi dr̃, qd̃ pœna nulli ẽ inferẽda, nisi per iudicem.

[n] *Ex litteris*] ibi dicitur, quod delusoria videtur

[e] circumcelliones, quę, qualiter, & à quib⁹ sit inferenda dixi supra de cleri. percus. alia seruitutis ℞. supra de raptor. §. pęna. vltra medium. & de scandal. §. pœna. vers. pręter has. alia publicationis omnium bonorum. dist. 63. Adrianus. in fin. & require sup. de Hęret. §. punitur. alia exilij. dist. 63. ĩ synodo. in fi. & hoc exilium triplex est, aliud in loco certo, vt cum quis intruditur in monasteriũ. ext. de adulter. peruenit. aliud à loco determinato, vt cum prohibetur alicui esse in aliquo loco, sed sit alibi pro velle suo. 2. q. 1. in primis. vers. ad Malechitanam tñ ecclesiã numquã [g] reuersurus. aliud ab omni loco, vt cum interdicitur publice pænitẽtibus morari in vno loco vltra vnum, vel duos dies, & sic peregrinentur ꝑ orbem [h] ad tẽpus. de pæn. dist. 6. [i] sacerdos. pecuniaria infertur aliquando ꝑꝑ iniuriã illatam personæ, vel loco. ℞. supra de sacril. §. pœna, & d̃ emuni. Ec. §. pœna violantiũ. aliquãdo pro illata damni [k] satisfactione, vt ꝓ furto, vel rapina, vel simili. ℞. supra de Raptor. §. pœna. & de furt. §. pœna furti. Pœna legalis est multiplex; nam alia est mortis corporalis, alia verberum vel detruncationis membrorum, alia [l] deportatio, alia proscriptio, alia relegatio, alia exilium, & aliæ multæ, quas non prosequor, de quibus legitur. ff. eod. si quis forte. §. vlt. & tribus legibus sequentibus.

§. 2. Nunc videndum est quis possit punire. Generaliter iudices possũt punire subditos suos iuxta qualitatem culparum, & nullus alius. 16. q. 6. c. 1. 33. q. 2. §. [m] in hoc capitulo. nam iurisdictio sine modica coercitione nulla est. ext. de off. del. pastoralis, &, [n] ex litteris. hoc ta-

men scias, quod poenas maiores, vt decapitare, quantum ad forum seculare, vel deponere quantum ad forum ecclesiasticum, non possunt iudices, nisi maiores, qui etiã dicũtur habere [o] merum imperiũ, vt Episcopus in ecclesiasticis; ad ipsum enim ꝑtinent omnia [p] maiora negotia. dist. 25. ꝑ lectis. & ℟. supra de differen. off. §. Episcopi subsunt. Si quæras vtrum Iudex ordinarius possit vices suas alij delegare, ℟. possunt Episcopi ea, quæ spectãt ad ordinationem Episcopalem, si forte ipsi fuerint ex aliqua legitima causa impediti, delegare alijs Episcopis [q] coepiscopis, puta consecrationem, vel recõciliationem ecclesiarum, vel virginum, ordinationem clericorum, & similia. ext. de elect. [r] suffraganeis. ext. de officio ord. [s] quod sedem. ext. de consec. ecc. [t] aqua, itẽ criminales causas clericorum, in quibus agitur ad pœnam depositionis, non potest alicui delegare, nisi forte in casu, scilicet si oporteret eum abesse propter Ecclesiæ necessitatem, vel aliam similem causam magnam, & arduam, cui non posset deesse, & tunc committeret, nõ definitionem causæ, sed [u] cognitionẽ tantum. arg. ff. de off. eius, cui man. est iur. [x] l. 1. C. de pedan. Iudic. [y] l. 2. sunt etiam quędam aliæ causæ, quas propter suam excellentiã, licet nõ sint criminales, non debent delegare, nisi forte essent causa iusta, & necessaria impediti; & tunc nõ idiotis, & leuibus, sed litteratis, & grauibus committant, vt est causa matrimonialis, & similes. ext. d̃ testib. [z] series. ext. de consan. & aff. ex litteris. in fi. credo etiã, saluo meliori iudicio, quod nõ debet Episcopus committere potestatẽ [a] dispensandi cum irregularibus, & alia similia priuilegiata, de quibus. ℟. supra in præal. §. Ep̃i subsũt. de differen. off. [b] de talibus [c] etiam dicit lex, quod ea, quæ causæ cognitionẽ desiderant, [d] per libellum expediri non possunt; absolutionem tamen excommunicatorum, pro violenta manuũ iniectione in clericum, poterit alij committere in casibus concessis à iure, cum viderit

detur iurisdictio demãdata à delegato dñi Papæ, si subdelegat⁹ huiusmodi coercitionẽ aliquã nõ haberet.

[o] *Merum imperium*] de apicibus iuris est, quę pertineãt ad merum imperiũ, & quæ nõ, & videntur iura dicere, qd̃ talia demandari non possunt à præsidibus ꝓuinciarum.

[p] *Maiora*] vt ecclesiarum, & altarium cõsecratio, crismatis cõfectio, & virginũ consecratio, vt in c. per lectis.

[q] *Coepiscopis*] nõ simplicib⁹ sacerdotibus, qa hæc pertinent ad ordinem Ep̃alem.

[r] *Suffraganeis*] ibi dr̃, qd̃ Metropolitan⁹ post cõfirmationẽ suã, etiã ante pallij receptionẽ, põt suffraganeũ suũ cõsecrari facere.

[s] *Quod sedem*] dr̃ ꝙ Metropolitano iusta causa impedito idem licet.

[t] *Aqua*] ibi dr̃ quod recõciliationem ecclesiæ consecratæ non põt demandare Ep̃us, nisi Ep̃o.

[u] *Cognitionem*] nisi cõmittat eã alij Episcopo, ꝙ potest facere secũdum quosdã, cum non sit inhibitum.

[x] *L. 1.*] ibi dr̃: nõ alias mãdare poterit, quã si abesse cœperit: & ita si à familia dicit occisus esse dñs, prætor cognitionem, quam habet ex senatusconsulto mandare non potest.

[y] *L. 2.*] ibi dr̃, quod super ingenuitate, & libertate pręsides diiudicent, non pedanei iudices.

[z] *Series*] hoc nõ dr̃ hodie in illa decr. sed solet haberi integra, scilicet in c. ex litteris. vbi dicit̃, ꝙ causæ matrimoniales non sunt tractandæ ꝑ quoslibet, sed per discretos.

[a] *Dispensandi*] credo quod potest, dum tamen discretis, & honestis viris eam committat, cum non sit ei prohibitum.

[b] *De talibus*] maioribus scilicet negotijs.

[c] *Dicit lex*] ff. d̃ off. procon. l. nec quicquam. §. 1.

[d] *Per libellum*] idest per causæ commissionem, quæ solet fieri per litteras.

[e] De-

viderit expedire. ext. de off. ord. his quibus, quam ℟. infra inter nouas const. alias quoq; causas minores, etiam spirituales, de iure patronatus, & similes satis credo quod possit delegare; non tamen laicis, sed clericis tantum. ext. de iud. [e] decernimus. & [f] quanto & pecuniarias potest, immo forte debet iudistincte delegare. arg. 11. q. 1. [g] te quidem.

§. 3. Iudex autem delegatus regulariter non potest causam sibi delegatam alij delegare, nisi in duobus casibus, vnus est, si lis est coram eo contestata, sicut intelligitur ext. de sent. & re. iud. [h] cũ Bertoldus. & arg. de procurat. [i] neque tutores. Alius casus est, qñ vniuersitas causarum alicuius villæ, vel castri, vel ecclesiæ est alicui delegata; tunc enim potest [k] vnam causam delegare. ff. de iud. [l] cum prætor. fallit hæc regula in delegato à Papa, vel principe; ille enim potest totã causam indistincte, vel partem eius alteri delegare. ext. de off. del. quamuis. & in

per quæstionũ. & pastoralis. Ille tamẽ, cui committit Papa inquisitionem, vel prouisionem de ecclesijs, de Prælatis, aut alijs ministris faciẽdam, quia in his casib⁹ industria, & fides personæ, cui talia committuntur, eligi videntur: itẽ cui committitur prædicare crucem; excommunicare, & absoluere aliquos; dispẽsare cum irregularibus; [m] vel iniungere pœnitentias, non potest, salua legatorum Apostolicæ Sedis auctoritate, alij demandare; quia nõ sibi iurisdictio, sed certum ministerium committitur potius in hac parte. ext. de off. deleg. quoniam. 1. §. cæterum, quam ℟. infra inter nouas const. Itẽ fallunt omnes suprædictæ distinctiones in Papa, qui ex plenitudine potestatis potest delegare causas criminales, & ciuiles, immo secundum quosdam, inter quos sunt H. & L. põt delegare cuilibet potestatẽ dandi omnia sacramenta, quæ accepit, verbi gratia, presbyterõ potestatem conferendi omnes ordines, quos ipse presbyter accepit, & vt possit confirmare, siue signare in fronte, & similia. Diacono, vt conferat ordinem diaconatus, & inferiores; & laico cõfirmato, vt confirmet; potestatem autem conferendi ordinem, quem non accepit, non potest alicui concedere, similiter nulli potest concedere potestatem conficiẽdi corpus Christi, nisi sit presbyter; quia solis presbyteris [n] dictum est: hoc facite in meã commemora-

[e] *Decernimus*] ibi dicitur, quod ecclesiarũ prælati de negotijs ecclesiasticis, & de alijs spiritualibus laicorum iudicio nõ vtantur.

[f] *Quanto*] ibi dicit, quod causa iurispatronatus ecclesiarum non nisi iudicio ecclesiastico definiri valet.

[g] *Te quidem*] ibi dicitur, quod iudiciũ secularium negotiorum sibi inuicẽ exhibeãt vacantes laici, & te nemo occupet ab istis studijs, per quæ salus hominibus datur. verba sũt Petri ad Clementem.

[h] *Cum Bertoldus*] ibi habetur quod quidã electus, cui Archiepiscopus quandam causam cõmiserat, eam alij delegauit.

[i] *Neque tutores*] ibi dicitur quod tutores, post litem contestatã, ad exemplũ procuratorum, qui litem contestati sunt, procuratores dare possũt.

[k] *Vnam causam*] arg. quod generalis pœnitẽtiarius Episcopi potest confessionẽ, & absolutionem alicuius alij demandare: quod tamen non credo propter hoc, quod dicitur hic statim ĩ illo ver. ille tamen.

[l] *Cum Prætor*] ibi dicitur quod is, cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest, vt sunt legati proconsulum.

[m] *Iniungere pœnitentias*] arg. q; generalis pœnitentiarius Episcopi non potest pœnitentiæ iniũctionem alicui delegare.

[n] *Dictum est*] Matth. 26.

[o] *Con-*

Digitized by Google

moratione. nec posset ꝑsbyteris cõcedere, vt cõficerẽt chrisma. pro istis facit Greg. q. [o] cõcessit quibusdã ꝑsbyteris pótatẽ cõfirmandi dis. 95. puenit. & qb[9]dã laicis vr̃ idẽ Greg. ꝺdisse potestatẽ suspẽdi clericos. dist. 32. [p] ad hoc vero. sũt etiam circa hoc alię opiniones, quas nõ ꝓsequor: hic pauca tetigi de delegatione; tũ qa per se posset esse vtilia; tũ qa poterunt valere ꝑ simile ad quasdã quæstiones infra [a] de pænitentia.

§. 4. Sũt aũt multa, quæ excusãt a pœna, videlicet mẽtis alienatio; talia em̃i, quę mẽte alienata fiũt, impunita sũt. Dr̃ autẽ homo alienatæ mẽtis tripliciter; per stuporẽ, seu mẽtis ꝓturbationem: hoc modo vr̃ excusare Aug. Lot Gen. 19. de eo, q filias suas voluit prostituere, [r] vt viros hospites liberaret. dist. 14. quod ait sodomitis Loth. Itẽ ꝑ furorẽ. 15. q. 1. [f] aliquos. [t] & illa cauenda. 3. q 9. [u] indicas. Itẽ per ebrietatẽ. 15. q. 1. inebriauerunt Loth filiæ eius. & hoc itelligas, si ex toto sũt alienatæ mentis, ita q in nullo sunt cõpotes sui, & nihil intelligũt; alias excusarent, non a toto, sed a tãto. præterea quidã intelligunt hoc simpliciter, vt dictũ ẽ. Alij vero distinguũt, vtrũ culpa suaqs inciderit in furorẽ, vel ebrietatẽ, an sine culpa, vt ĩ primo casu teneat, in scdo nõ. arg. ꝓ istis. 50. dist. [x] sępe. 15. q. 1. §. sed hoc. prima opinio ẽ [y] celebrior, & secundũ illã vr̃ expresse Aug. & Amb. ĩ pall. c. aliquos excussasse; tñ si fuerĩt liberati, oĩbus ẽ pñia imponẽda, sed leuior, q̃ si sani taleqd cõmisisset. 15. q. 1. si qs insaniẽs. hoc autẽ fit ad cautelã, & ne disciplina ecclesiastica deseratur. 34. q. 2. in lectum 23. q. 5. [a] excommunicatorũ. Item excusat a culpa, & a pęna coactio; a toto, si fuit absoluta; a tãto, si fuit cõditionalis. dist. 50. [b] ꝑsbyteros. Itẽ excusat deceptio, si forte aliquis deceptus ꝑ fraudẽ, vel dolũ alterius. vel ꝑ errorẽ facti probabilẽ fecit nõ faciendũ, vel omisit faciendũ. 15. q. 6. [c] si qñq; . ff. de eo, per quẽ factum. l. 1. [d] §. 2. 34. q. 3. in lectũ. fallit hoc ĩ his, quę sũt cõtra articulos fidei, ꝑcepta, vel ꝓhibitiones dñi, sine quorum obseruãtia nõ est salus; in illis. n. nequaquã excusaret qs ꝑ alteri[9] fraudem, vel dolum, vel etiã ꝑ ignorantiã iuris. 22. q. 2. in ipsarũ. 16. q. 1. [e] si cupis. & ꝺ tali ignorãtia dr̃: [f] si qs ignorat, ignorabit. Qñque tñ etiã excusat

[o] *Cõcessit*] ꝑp scã dñlũ licet antea prohibuisset.

[p] *Ad hoc vero*] ibi scribit Papa qbusdã ducib', vt fornicatores, & simoniacos notorios à sanctis ministerijs quãtũ poterũt prohibeant.

Greg. lib. 3 epist. 26. Ianuario Episcopo caralitano

Greg. Leoni Episcopo lib. 3. epist. 34.

[q] *De pænitẽtia*] §. pone qꝺ Epus delegat, &c.

[r] *Viros*] ideſt angelos in specie virorum.

[f] *Aliquos*] ibi: qũo reus constituit, qui nescit q facit? & loquitur de furiosis.

[t] *Illa*] ibi dr̃. neque si per furorẽ quis innocentẽ perimat, morti obnoxius est.

[u] *Indicas*] ibi dr̃ q furoris infirmitas ad pænitẽtiã peccati magis pertinet, quã ad peccatum.

[x] *Sępe*] ibi: si negligẽtia incidentis arborẽ factũ est, vt homicida teneatur. sed hoc forte de eo intelligitur, quẽ propria culpa in furorẽ perduxit.

[y] *Celebrior*] ideſt verior.

[a] *In lectũ*] ibi ponit pænitẽtia ad cautelam ei, q sororem vxoris suæ cognouit ignorans.

[a] *Excõicatorum*] ibi imponit pęnitentia ad cautelã illis, qui zelo matris Ecclesiæ excõicatos occiderũt; & hoc ꝑp metum duplicitatis.

[b] *Presbyteros*] ibi dr q extra noxã sunt illi, qui per coactionẽ absolutam thurificauerunt idolis.

[c] *Si quandoque*] ibi dr, q scripturæ per metũ, aut fraudẽ, aut violentiam extortæ ab Episcopis, eis nõ præiudicant.

[d] §. 2.] ibi, dolũ malũ accipim'. vt si qs venienti ad iudiciũ aliqd nunciauerit triste, propter q is necesse habuerit ad iudicium nõ venire.

[e] *Si cupis*] ibi dr, quod non multũ distat in uitio, aut decipere aut decipi posse.

Aug. lib. de ciuitate Dei c. 25. Amb. lib. 2 de Cain, & Abel.

[f] *Si quis ignorat*] est ad Cor. 14.

[g] in istis ignorãtia, nõ à toto, sed à tãto, scilicet cum non fuit affectata, sed inuincibilis, puta quia voluit certificari, sed non inuenit à quo. De talibus Euangelium Lucę 12. Seruus autẽ sciens voluntatem Domini, & non faciens vapulabit plagis multis. Item multitudo non excusat aliquẽ in delictis, sicut nec consuetudo, nec aliqua diuturnitas tpis: ℟. supra de simon. §. item quęritur, & §. sequenti. Releuat tñ multitudo à pœna temporali in duobus casibus, scilicet cũ multitudo est in culpa, vel cum delinquẽs habet sociã multitudinẽ. ℟. supra de scãdalo. §. Itẽ quid fiet. Item excusat quãdoque ætas, vel à toto, si est infans non doli capax. 15. q. 1. [h] illud. quod ideo est, qa illa ætas [i] nescit quid videat. C. de fal. mo. l. 1. vel à tanto, si est doli capax. ext. de delic. pu. [k] c. 1. aliæ vero ætates aliquãdo attenuãt ipsa peccata, & pœnas debitas pro peccatis secundum varietatem ipsarum ætatũ, & eorũ, quæ geruntur. arg. dist. 86. [l] tanta. & ℟. supra de cleri. percus. §. corporalis. item excusat casus secundum distinc. quam ℟. supra de homic. §. species. ver. casus. Item iocandi, vel certandi facilitas. 15. q. 1. [m] illud. & ℟. infra de sen. excom. §. vtraque excõicatio. circa med. vers. cum iocosa leuitate.

§. 5. Vt aũt præter ea, quæ dicta sunt, scias in sũma q̃ sũt cõsiderãda ĩ aggrauatiõe; vel attenuatione pœnę, & etiã in aliqbus absolutionib⁹ ab excõicatione, nota legẽ [n] canonizatã d pœn. dist. 1. aut facta puniũtur; vt furta, cędesq; ; aũt dicta, vt cõuicia; & [o] ifidę. aduocationes; aut scripta, vt falsi, [p] & famosi libelli; aut [q] cõsilia, vt coniurationes; & latronũ conscientia, (quod est, cũ quis sciens recepit eos in domũ suã,) [r] quosq; alios suadẽdo [s] innuisse, sceleris est instar. sed hęc, quatuor genera scilicet primo posita, considerãda sunt. septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Causa, vt in verberibus, quæ impunita sunt à magistro, vel parẽte illata, qm̃ emẽdationis animo, nõ iniuriæ gratia videntur adhiberi: puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est. Persona dupliciter spectatur, eius q̃ fecit, & eius q̃ passus est; aliter em̃ puniunt ex eisdẽ facinorib⁹ serui, q̃ liberi; & aliter, qui q̃d in dñm, parentẽ ve aus⁹ est, q̃ qui in extraneũ; in magistratum, quã q̃ in priuatũ. In hm̃oi rei cõsideratione ætatis qñq; ratio habet. locus facit

vt

[g] *In istis*] sine q̃bus nõ est salus.
[h] *Illud*] lex est, & dr ibi, q̃d furiosus, & impubes, qui doli capax non est, iniuriam facere non possunt, siue pulsent, siue conuiciũ dicant; iniuriam enim pati solent, non facere.
[i] *Nescit*] vnde si impubes cõsci⁹ fuerit falsificationis monetæ, non tenetur, vt in. l. sequenti.
[k] *C. 1.*] ibi dicitur, q̃ ætas puerilis plena ẽ mẽdacijs, furtis, & periurijs, quæ tñ nõ puniuntur in eis, sicut in maioribus.
[l] *Tanta*] ibi paritur cuidã Episcopo, propter senectutẽ, & simplicitatem.
[m] *Illud*] ibi dr: si quis per iocũ, aut quando certat, percutit aliquem, vel si liberum hominem cædit, dum putat eum esse seruum suum, non tenetur iniuriarum.
[n] *Canonizatam*] ideſt in corpore decretorum positam, & approbatam, & habetur. ff. de pœnis. l. aut facta.
[o] *Infidæ*] ideſt infideles.
[p] *Famosi*] ideſt continentes turpia de aliquo, ex quibus põt diffamari.
[q] *Consilia fraudulenta*] alias nõ puniunt. ff. de regul. iur. cõsilijnõ fraudulẽti nulla est obligatio.
[r] *Quosque*] ideſt aliquos. ad quod. ff. de seru. corr. l. 1. §. persuadere.
[s] *Innuisse*] alias iuuisse, vel induxisse, ideſt compulisse, ad aliquod maleficium faciẽdum. ff. ad leg. Aquil. sed & si quęcumque.

vt idem vel furtum, vel [x] sacrilegiũ sit, & capite luendũ, vel minore supplicio. tpus discernit [a] emãsorem à furtiuo, & [b] effractorẽ, vel furẽ diurnũ à nocturno. Qualitate, cũ factũ, vel atrocius, vel leuius est, vt furta [c] manifesta à nõ manifestis discerni solẽt, [d] rixæ à grassaturis, [e] expilationes à furtis, à violẽtia, [f] petulãtia. quãtitas discernit furem ab [g] abigeo; nam qui vnũ suẽ subripuerit, vt fur coercebitur, qui [h] gregẽ, vt abigeus. euentus spectatur vt a dementissimo quoque facta.

§. 6. Sequitur vtrũ vnus possit pro alteri? peccato, vel sine culpa sua puniri. Ad hoc dicas, q̃ pœna æterna non punitur vnus pro alio, sed vnusquisque damnatus pro suo peccato proprio puniet, iuxta illud, [i] Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: hoc autem fallit in peccato originali, pro quo [k] sine culpa sua punitur pœna æterna: quicumq; [l] renatus non fuerit ex aqua, & Spiritu sancto; q̃ est ideo, vt ait Aug. q̃a vnus erat cum illo à quo traxit, qñ quod cõtraxit admissũ est. 1. q. 4. iam itaque. Pœna autẽ spũali, scilicet excommunicationis nõ debet puniri vnus pro alio. 24. q. 3. si habes. Quidam tñ dicunt, qd̃ pp enormitatẽ delicti posset excõmunicari, etiã maiori excommunicatione, familia pro peccato dñi, & ciuitas vel castrũ. argumento prædicti capituli 24. q. 3. [m] si habes. vers. nisi grauissime [n] cõmoueret. sed dic qd̃ modus est loquendi, sicut solẽt homines dicere, non facerem ego tale quid, nisi extrà me ipsum essem; vel dic qd̃ innuit ibi Aug. nõ qd̃ fieri debet, sed qd̃ de facto aliquando fit, cũ homines sunt turbatis vnde idem Aug. Solẽt quippe homines recẽtioribus factis turbulentius excitari. 23. q. 5. c. 2. Pœna vero spirituali, quæ dr̃ interdictum, sæpe punitur familia, ciuitas, vel etiã tota prouincia p̃ peccato dñi, & hoc pp magnitudinẽ peccati, & quia aliter non põt cõpelli ad satisfactionẽ. ext. d̃ spõs. [o] nõ est vobis. aliqñ etiã remouetur familia ab oblationib⁹ altaris p̃ peccato dñi. 17. q. 4. [p] miror. aliqñ etiã remouet̃ fili⁹ ab ordine, fit per violentiã.

[x] *Sacrilegiũ*] est, si fiat furtum in ecclesia.

[a] *Emansorẽ*] emãsor est, q̃ p̃pria volũtate diu euagatus, postea ad castra reuertit. fugitiuus ẽ, q̃ recedit animo nõ reuertendi. ff. de re. milit. desertorũ. §. emãsor.

[b] *Effractorẽ*] qui carceres effringit, & alia loca, vt inde euadat, vel inde aliquid subripiat. Effractor reputat̃ tã nocturnus, quã diurn⁹. ff. d̃ effractor. l. 1. & 2. & fures, tã nocturni, quã diurni. ff. ad legem aquil. itaque. §. lex 12. tabularum.

[c] *Manifesta*] quę in quadruplũ puniũt̃, sicut nõ manifesta in duplũ.

[d] *Rixa*] cõflict⁹ scilicet inter altercãtes, & ẽ p̃prie inter duos; fit tñ & inter plures: grassatura vero est à latronib⁹ ĩ nemoribus illata violentia.

[e] *Expilatio*] ẽ subtractio rerũ hæreditatis iacentis, antequam adeatur ab hęrede; nec est ibi furtũ, cũ hæreditas nondum habeat dñm, & furtũ sit contrectatio rei alienæ inuito domino. ff. de crim. expil. hæredit. si expilatæ.

[f] *Petulãtia*] est cõpulsio facta p lasciuiã; & aliter punitur q̃ fit per lasciuiã, quã q̃d

Aug. ad Bonifaciũ.

[g] *Abigeo*] q̃ dr̃ a grege abigẽdo.

[h] *Gregẽ*] quẽ faciũt. x. oues vel 5. vel 4. porci. ff. de abig. l. vlt.

[i] *Anima*] Eze. 18.

[k] *Sine culpa*] actuali, sed non sine culpa cõtracta; & ideo non punit̃ pœna sensibili, quæ debetur actuali peccato, sed pœna dãni ideſt carentia visionis Dei, quam Magister hic vocat pœnam æternam.

[l] *Renatus*] Io. 3.

[m] *Si habes*] ibi reprehendit Aug. quendã Epũm, q̃ pro peccato patris excõicauit totam familiã.

[n] *Cõmemoret*] ibi dicit Aug. q̃ pro facto vnius non auderet aliũ excõicare, nisi grauissime commoueretur.

[o] *Nõ est vobis*] ibi interdicit̃ tota prouincia, in qua detinebant̃, vel ad quã trãsferebant̃ vxores filiorum Regis Angliæ, quãdiu ibi fuerunt. *Aug. Marcelliano Epist. 158.*

[p] *Miror*] ibi dicit Aug. oblatio domus tuæ, ne à clericis suscipiatur, interdixi.

dine, vel beneficio ꝓp ſimoniã à patre, vel etiam alio in ſua promotione, etiã ipſo ignorãte cõmiſſam. ℟. ſupra de ſimon. §. ſed numquid Epus. Pœna etiã infamiæ punit filius pro patre in crimine læſæ maieſt. 6. q. 1. [q] ſi quis cũ militibus. & omnes illegitime nati ꝓp peccatis parẽtũ ſuorũ repelluntur à promotione. ℟. ſupra d filijs presbyt. & cæt. illegit. natis. Pœna corporali, & pecuniaria punitur vn⁹ pro alio; nã ꝓp peccato [r] Achan plebs Iſraelitica in manib⁹ hoſtiũ tradita eſt. Itẽ pro peccato [s] Heli, & filiorũ eius populus in manu Philiſtinorũ corruit. Itẽ [t] Dauid populũ numerauit, pro quo peccato gladius Dñi deſæuijt in populũ. Itẽ pro peccato [u] Sodomitarũ [x] paruuli eorũ cęleſti igne conſumpti ſunt; & infinita exẽpla poſsũt ſuper hoc inueniri. Amplius, pro peccato hominum etiã bruta animalia, & etiã inſenſata leguntur punita, & maledicta à Dño: nam pro peccato Amalechitarum, 1. Reg. 15. animalia eorũ iuſſa ſunt interfici, q̃bus q̃a Saul pepercit, audiuit à Samuele: quaſi peccatũ Ariolãdi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idolatriæ nolle acquieſcere. Item pro peccato ciuium theſauri Ierico anathematizati ſunt, & pro peccato Aegyptiorũ poſſeſſiones grandini traditæ; & iumẽta, & primogenita eorum morte conſumpta ſunt: & multa alia ſimilia.

Quid ergo dicem⁹ in iſtis de ſumma Dei clementia, & bonitate, qui ſic homines, & alia tã ſenſibilia, quã inſenſibilia punit ſine culpa? Ad hoc. ℟. primo quãtum ad rõnabilia, q̃ ipſe Dñs quinque cauſis punit aliquos in hac vita, & notantur cauſæ, iſtis verſibus.

Eſt qui torquetur, ne faſtus ei dominetur,
vt Paulus, cui datus eſt angel⁹ Sathanę, ne magnitudo reuelationũ extolleret eum.

Eſt qui torquetur, quo purius inde probetur.
vt Iob, & Thobias, & multi alij.

Eſt qui torquetur, Deus vt ſic glorificetur.
vt cęcus natus, de quo Dñs: neque hic peccauit, neq; parẽtes eius, ſed vt manifeſtetur gloria Dei.

Eſt qui torquetur, vt per petuo crucietur.
vt Herodes, Sodomitæ, Dathan, & Abiron, & ſimiles.

Eſt qui torquetur, vt crimine purificetur.
vt Maria ſoror Moyſi. Filij Iſrael, & quotidie multi Chriſtiani, quos Dñs flagellat, vt [y] cõuertãtur. Quãtum ad aĩalia, & inſenſibilia, quæ morte perdũtur, vel anathematizãtur, dicas q̃ nõ fit [z] participatione peccati, ſed cauſa [a] ſacramenti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquentiũ. Cauſa ſacramẽti, vt theſauri [b] Iericho, & aĩalia [c] Amalechitarũ: Ierico em̃ interpretat luna, & ſignificat mundũ iſtũ. Amalechita interpretatur lingens ſanguinẽ, & ſignificat cupidos, auaros, & dæmones; ſignificat ergo per hoc, q̃ muri vitiorũ ſignificati ſunt ꝓp lapides, & theſauros Ierico. Itẽ irrationabiles vitiorũ mot⁹ ſignificati ꝓp aĩalia Amalechitarũ non debent tranſire in ſortem Iſraelitarũ, ſcilicet

[q] *Si quis cum militibus*] ibi: ſint ꝓpetuo egẽtes, & pauperes, & infamia eos ſemper comitet paterna
[r] *Achã*] Ioſ. 7. et 9.
[s] *Heli*] 1. Reg. 4.
[t] *Dauid*] 2. Reg. vlt.
[u] *Sodomitarum*] Gen. 19.
[x] *Paruuli*] ſecũdum quoſdã iſti puniti ſunt, non propter peccatũ patrũ, ſed ne in adultæ ętate peccatũ cõmitterẽt
[y] *Conuertantur*] quidam addunt alium verſum. *Eſt qui torquetur, vt ei ſapiẽtia ꝺtur.* Iſa. 28. vexatio dabit intellectũ auditui.
[z] *Participatione*] ideſt ꝓpter participationem.
[a] *Sacramenti*] id. eſt ſacræ ſanctificationis.
[b] *Ierico*] Ioſ. 12.
[c] *Amalechitarum*] 1. Reg. 15.

Digitized by Google

ſcilicet ſanctorũ, qui ſunt viri videntes Deum. Deteſtatione peccati, vt pecunia Simonis, quæ damnata eſt, Petro [d] dicente ſibi, pecunia tua tecũ ſit in perditionem, &c. & multa ſimilia. Flagello delinquentium, vt animalia Ægyptiorũ, poſſeſſiones, & primogenita, vt in illis punirẽtur Ægyptij flagello Dñi, quorũ felicitate letabant; & multa alia ſatis plene tractãtur 1.q.4. per totũ, & præcipue in.§.ecõtra Dñs ad Moyſen, vſque, in fine quæſtionis.

§.8. Nota etiã hic ꝓp continuationẽ materiæ ſex caſus, in quibus aliqs punit quotidie iuſte, ac licite ſine culpa, ſed non ſine cauſa. vnde verſus.

Paupertas, Odium, fauor, & vitium,
ſcelus, Ordo
Perſonas ſpoliant, & loca iure ſuo.

Propter paupertatẽ eccleſia, quæ conſueuit habere Epiſcopũ, perdit ipſum 16.q.1.[e] & temporis. propter odium ciuium cõtractum ex eo, quod occiderunt duos Epos proprios ſucceſſitue, vel forte ex alia cauſa ſimili ita enormi perdit ipſa eccleſia Epm. 25. q.2. ita nos. Propter fauorem Conſtãtinopolitanæ ciuitatis, quã Conſtantinus conſtituit, quaſi nouã Romam, transferens ſed ad illam, fuit datus eccleſiæ Conſtantinopol. primus locus poſt Romanã, & amiſit eum Alexandrina. diſt. 22. renouantes. Propter vitiũ lepræ remouetur prælatus ab adminiſtratione eccleſiæ. ext. de cleri. ægro.[f] tua nos. debent tñ iuxta facultates eccleſiæ ſibi neceſſaria, quãdiu vixerit, miniſtrari, vt ibi dr. Propter ſcelus patris, vel dñi ſpoliatur familia cõione. vt ſupra eo.§. verſ. pœna vero ſpirituali, quæ dicitur interdictũ. & ꝓp peccato monachi, vel monachę, pro quo retruditur ī aliud monaſterium,[g] perdit primũ monaſteriũ res quas occaſione illius perſonæ fuerat conſecutũ. Rz. ſupra de Apoſtatis.§. reuertens. & §. vlt. Propter ſacerdotij ordinẽ dño ſeruus aufertur. Rz. ſupra de ſeru. nõ. ord.§. ſi ſeruus fuerit. Ex prædictis patẽt cauſæ, quibus dñs aliqñ puniuit, & punit etiam hodie creaturas aliquas, tã rationales, quam irrationales, licet non peccauerint, vel ſi vis, quia iudicia Dei Abyſſus multa, in talib⁹, quæ tibi fuerũt dubia, vel obſcura, dic cum Apoſtolo: o altitudo diuitiarũ ſapientiæ, & ſciæ dei, &c. Itẽ Auguſtinus, ſi rõne facti profunditatem iudicij Dei penetrare non poſſumus, manifeſtiſſime tamẽ ſcimus verum quod dixit, & iuſtum eſſe quod fecit. 23. q. 4. de Tyrijs.

Auguſt de bono perſeuerantiæ cap. 14.

§.9. In ſũma nota, ꝙ ſiue Iudex puniat, ſiue abſoluãt, ſẽper dr facere ꝓp correctionẽ. Aug. & plectẽdo, & ignoſcendo hoc ſolũ bene agit, vt vita hominũ corrigat. 23.q.5. ꝓdeſt. Itẽ ſi ſemel punit aliquis ſufficiẽter ꝓp aliquo crimine, non debet ꝓp eodẽ alia pœna infligi, qa [h] nõ iudicabit De⁹ bis in id ipſũ ī tribulatione; & nemo dr duplici cõtritione conteri. ext. de iud. [i] at ſi. Multa cõtraria poſſent hic aſſignari, in quibus pro eadem culpa imponit

Aug. Macedonio Epiſt. 54.

[d] *Dicẽte.*] Act. 7.
[e] *Et temporis*] ibi vniũtur duæ eccleſię cathedrales, & ꝓp vicinitatẽ locorum, & propter populi paucitatem.
[f] *Tua nos*] ibi dicitur, ꝙ pro ſcãdalo, & abominatione populi remoueat leprosꝰ ab adminiſtrationis officio.
[g] *Perdit*] ad minus ad tempus, quãdiu vixerit ille retruſus.
[h] *Non iudicabit*] Naum. 1. non cõſurget duplex tribulatio.
[i] *At ſi*] ibi dr ꝙ non debet Epus depoſitũ ꝓ ſuis exceſsibus iudici tradere ſeculari, cũ ſuo defũctus eſt officio, nec debet ipſum duplici contritione cõterere.
[k] *Quia*

Digitized by Google

duplex pœna. 5. q. 6. [k] qa iuxta.ext.d crim. fals. [l] ad falsariorũ. & alia q̃ plura; sed oĩa illa intellige, qñ vna pęna per se non erat sufficiens. Item cum clericus punitur pro cõtumacia, debet pœna incipere ab excõicatione minori; deinde crescente cõtumacia debet anathematizari; deinde deponi. Vbi vero punitur pro crimine, & crimen exigit, debet primo deponi, & non vltra, si est corrigibilis. si vero est incorrigibilis post depositionem, debet excommunicari minori excommunicatione; deinde crescente contumacia anathematizari. si hoc non prodest, exinde per secularem compellendus est potestatẽ, ita quod ei deputetur exilium, vel alia pœna legitima inferatur. Iste est ordinarius processus, nisi crimen esset adeo enorme, quod non sufficeret vna pœna; tũc enim imponerentur duæ simul, vel plures vt supra eod. §. vers. item si semel probat iste processus. 23. q. 4. [m] forte. ext. de iud. [n] cũ non ab homine. Item semper ab initio, vbi plures pœnæ taxatæ sunt, vel arbitrio iudicis pœna relicta est, debet iudex [o] pœnam illam imponere, quæ magis timeri debeat, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. ext. vt lite non cont. quoniam frequenter. in fi. Item de his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non debet accusatio replicari. ext. de accusat. de his. 23. q. 4. [p] si illic.

pœna

pœna 23. q. 32. § pro tor

[k] *Quia iuxta*] ibi subdiaconus deficiens in accusatione diaconi caret officio, ad sacerdotiũ nõ ascẽdit, & tamquã reuera infamis verberib⁹ castigat.

[l] *Ad falsariorum*] ibi falsari⁹ degradat, curiæ tradit, & omni beneficio priuat.

[m] *Forte*] ibi coerce, corripe, excommunica, degrada.

[n] *Cum non ab homine*] ibi dicitur quod primo est deponendus, postea excommunicandus, deinde anathematizandus, postea per potestatem secularem compellendus, ita q̃ pœna exilij, vel alia legitima inferatur ei.

[o] *Pœnam illam*] pecuniariam, siue aliam. Quid de militibus, nũ quid possunt retinere emendas, quas leuant secundum consuetudines suas, & assisas terræ ab illis, inter quos iudicant, & ab illis, qui ĩ forestis suis, & defensis delinquũt, cũ pœna multo maior sit, quã damnũ sit illatum? Respõdeo, tam milites, quã ꝑsonæ ecclesiasticę, emendas, quas leuant secũdum legitimas cõsuetudines, & iudicia regionis retinere possunt, & in suos vsus expẽdere, nec peccant, qñ in hac parte subest causa, & seruatur iuris ordo, nec est corrupta intentio, vt si ꝑꝑ zelũ iustitiæ hoc faciant, non propter cupiditatẽ; aliter peccant. nec obstat quod pœna excedit quãdoq; dãnum in magna quantitate, quia pœnæ hm̃odi nõ solum propter interesse, sed propter coercenda crimina statutæ sunt; tñ sunt temperãdæ pensatis circũstantijs negotiorũ, & personarũ, quia culpa est totã prosequi culpã, & iudiciũ sine misericordia fiet illi: vnde nõ sunt laxandæ habenæ, maxime militibus, in hac parte in cõsilio aĩarum, quia fræno indigent quo ad hoc securius tamen esset huiusmodi emendas in pios vsus erogare.

[p] *Si illic*] ibi: semel in abolitione remissa punitio recidiuo dolore iterari non debet.

De

Dictum est multipliciter de criminibus, & circunstãtijs eorundem, sed quia hoc per sententiã terminatur; ideo generalis titulus de sententijs est supponendus. Nota igitur triplicem sententiam, quãtum spectat ad præsentem materiam, videlicet præceptionis, diffinitionis, & excommunicationis. De singulis breuiter videndum. Sententia præcepti dicitur, cum maior præcipit aliquid minori circa quod tria sunt attendenda. Primum, in quibus attẽdatur maioritas. Secundũ, in quibus consistit obedientia. Tertium de virtute seu necessitate præcepti. Maioritas attenditur in prærogatiua ordinis, consecrationis, [a] dispẽsationis, & antiquitatis, ext. de elect. dudum. Prærogatiua ordinis presbyter est maior diacono. dist. 93. legimus. in fi. ext. de maior. & obed. [b] statuimus. Consecrationis Eps presbytero. dist. 95. [c] olim. & [d] Episcopus in ecclesia. Dispensationis Archidiacon[us] Archipresbytero. dist. 25. [e] perlectis. Antiquitatis, qui prius fuit ordinatus, vel alias præcedit tempore, vel ætate. dist. 75. [f] ordinationes. ext. de maior. & obed. [g] c. 1. & in præalleg. decr. dudũ. Obedientia vero consistit in tribus, in reuerentia, in iudicio, & præcepto. Reuerentia debetur ei, qui præcedit ordine, vel antiquitate; inferior enim in talibus debet superiori reuerentiã, scilicet, vt assurgat ei, cedat ei primum locum in choro, in mensa, in sedendo, in eundo, & huiusmodi, nisi maior dispensatio sit commissã minori ordine, vel antiquitate, vt Archidiaconatus Diacono; tunc enim non tantum presbyteri, sed etiam Archipresbyteri debent reuerẽtiam Archidiacono. dist. 25. perlectis. Obedientia iudicij, & præcepti debetur ei tantum, qui præest [h] consecratione, vel dispensatione; sententia enim à non suo iudice lata nulla est. ext. de iud. at si clerici. & idem in præcepto. 7. q. 1. quia frater.

§. 2. Virtus seu efficacia præcepti est, quia subditus tenetur de necessitate obedire præcepto prælati sui, alias peccat mortaliter; immo ariolus, & idolatra dicitur, vt supra tit. proximo. §. sequitur. vers. amplius pro peccato homi-

[a] *Dispensationis*] id est administratiõis.

[b] *Statuimus*] ibi dicitur, qđ presbyteri primum locum, diaconi secundum, subdiaconi tertiũ, & sic de alijs, obtineant ordinatim; etiam si posterius admittãtur.

[c] *Olim*] ibi dr: Episcopi nouerint psbyteris se maiores, magis consuetudine, quam dominicæ dispẽsationis veritate.

[d] *Episcopus in Ecclesia*] ibi dicitur, quod in consessu presbyterorum sublimior sedeat Episcopus; intra domũ vero collegam se esse eorum cognoscat.

[e] *Perlectis*] ibi dr, quod Archipresbyter subest Archidiacono, & eius præceptis obedire debet.

[f] *Ordinationes*] ibi dicitur, quod nec presbyter, nec diaconus pferri debent his, q̃ ante ipsos fuerũt ordinati.

[g] *C. 1.*] sit honoris ista distinctio, vt prior, aut maior habeatur, qui prius fuerit ordinat[us].

[h] *Consecratione, vel dispensatione*] Episcop[us] præest cõsecratione cæteris inferiori-bus; Archidiaconus pẽst Archipresbytero dispensatione.

[i] *Quia frater.*] ibi agitur de coadiutore dato cuidam Episcopo, & dicitur, q̃ primo loco seruetur reuerẽtia, & exhibeatur obedientia eidem Episcopo in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinẽt.

[k] *Deo*

Digitized by Google

hominum. & hoc intelligas quoties prelatus præcipit licitum, scilicet secundū Deū, & officium suū, quod principaliter debet exercere circa correctionem, & salutem animarum, secundario circa discretam, & vtilem dispensationē rerum ecclesiasticarū. R. supra de pruden. ord. vnde de si p̄cipiat aliquid cōtra Deum, nullo modo est obediendum; quia tunc oportet obedire [k] Deo magis, quam hominibus. Si tamen dubitat subditus, vtrū sit contra Deum, vel non illud, quod præcipitur, debet obedire, nisi esset tale quid, in quo nullo modo esset excusabilis ignorantia, puta cōtra articulum fidei, præcepti, vel p̄hibitionis, vel [l] generale statutum Ecclesiæ; Alias bonum, sine quo potest esse salus, debet dimittere intendum propter bonum obedientiæ. 11. q. 3. [m] quid ergo. R. supra tit. proximo. §. sunt autē multa. vers. item excusat deceptio.

§. 3. Sed quid, si Episcopus p̄cipit clerico, vt eat Romam propter negotium ecclesiæ, ille autem excusat se, quia alij sunt ibi magis idonei, nūquid potest? dicas qd non, quia in legationibus ordo non est seruandus. ff. de legat. [n] sciendum. §. penult. & require per simile supra de ætat. & qualit. ordinan. §. numquid Episcopus.

f *Curiales*] id est, astuti, vel malitiosi: & intelligunt hoc quidã de furiosis, & mẽte captis, & talibus, q̃ discretione carẽt. Alij restringunt hoc ad illos, qui sunt de familia, siue de mẽsa excõicati, licet nõ sint p̃dictis modis ei obligati; aliter videretur quod nullus cõicans excommunicato excommunicatus esset, nisi esset fautor ipsius, quod non est verum.

g *Ignoranter*] ignorãtia facti, p̃babilis, vel ignorãtia ẽt iuris, quãtũ ad illos, q̃ b licet ius ignorare, vt sunt pueri vsq; dũ sunt doli capaces.

h *Siue illos*] quia excommunicatio non transit in tertiam personam.

i *Orator*] qui locũ aliquẽ cã orationis visitat.

k *Emen-*

Digitized by Google

ibi non possit emere, vel non habeat vnde emat, damus licentiã ab excõmunicatis [k] emendi. Quod si quis excommunicatis in sustentationem, non superbiæ, sed [l] humanitatis causa dare voluerit, nõ prohibemus. Hęc auctoritas recipit interpretationẽ ab Innoc. ext. eod. inter alia, vbi dicitur, quod omnes personæ numeratæ in auctoritate præmissa vsque ad illud verbum, Quicumque autem orator, &c. [m] tenentur communicare ipsis excommunicatis propter obnoxitatem, qua eis tenentur astrictæ: aliæ vero personæ sequentes debent abstinere ab illorum communione, nisi articulus necessitatis immineat. Item quod dictum est de filijs, intellige, si sunt in patria potestate; si enim essent [n] emancipati, tamquam extranei tenentur vitare patrem excommunicatũ. Item quod dicit, orator, peregrinus, pro eodem supponunt; vel peregrini, qui vltra mare; oratores, qui ad sanctum Iacobum, vel ad cætera sanctorum loca visitanda accedunt. Item quod dicitur de yxoribus, & filijs, & seruis, alijsque subiectis personis, quæ tenentur communicare suis maioribus, intelligunt quidam in casu conuerso idem, scilicet si ipsi minores sint excommunicati, quod maiores sui teneantur eis communicare. arg. 2. 2. q. vlt. de forma. in fin. vbi dicitur, quod eadem fide est superior inferiori astrictus, qua econuerso. Alij dicunt quod maiores nõ debent communicare minoribus; & hoc in pœnam ipsorum maiorum, qui tenebantur corrigere suos minores, ne inciderent in

[k] *Emendi*] idem potest fieri de azima Iudæorum, vt in necessitate ematur, & comedatur.

[l] *Humanitatis*] scilicet quando indiget, vel præsumitur, aut creditur indigere, non credo expectandam esse vltimam necessitatem, sed sufficit qđ credant indigere, & si sit huiusmodi excommunicat' alienigena, vł indigena, & petat hospitium, nõ tenetur is, a quo primo petit, expectare, donec ab alijs omnibus sit repulsus: hoc tamen non extẽdo, nisi ad alimẽta, vestimenta, & hospitium, & cætera sine quibus viuere nõ potest homo: secus est, si petat securim, fossarium, vel aliquod vtensile, quo indiget; qa in talibus nõ est ei tam facile cõmunicandũ; tanta tamen posset esse necessitas, quod in his subueniri ei posset, quod arbitrio boni viri limitandum est. Quid de illo, qui amico suo excommunicato venienti in domo sua comedere, vel accipere de rebus suis aliquid, sicut solet, dimittit ei domum, & claues ex certa sciẽtia; vel permittit eũ comedere in vna parte domus, & ipse comedit in alia, numquid sic participat excõmunicato? R. si hoc facit in fraudem, ne offendat eum, aut vt sic acquirat fauorem eius, intelligendus est participare cum eo, & incurrit minorem excommunicationem: si autem dimittit domũ, & claues, aut permittit eum comedere, vt dictum est, quia probabiliter timet, ne ille excommunicatus vim inferat ei, aut rebus eius, si eum repellat à domo, & non recipiat, non credo quod teneatur violenter eum repellere, aut se defendere, aut res suas: & in hoc casu non incurrit excõmunicationem minorem. si autem credit eũ indigere hospitio, vel alimentis, potest eum causa humanitatis recipere, & reficere ad mensam separatam, facta protestatione, quod eum propter causam necessitatis recipit; & hoc ne vel ille receptus credat hoc fieri propter aliud, & alij, qui hoc viderunt, sic scandalizentur.

[m] *Tenentur communicare*] ita qđ peccabunt, si eos vitauerint.

[n] *Emancipati*] nisi & ipsi essent cõmẽsales eius, & haberent ab eo necessaria. Idem dicit H. de patre respectu filij, quod tenetur vitare filiũ excõmunicatũ, nisi alimenta ab eo recipiat; quod tamen intelligere videtur, cum vel ille, vel ille à ũde facile habere non possit necessaria: quidam tamen extendũt hoc ad diuites, qui ante communicationem erãt de familia. ĩ partibus tñ Gallicanis, vbi nõ habet de consuetudine locũ patria potestas, vel emãcipationis solẽnitas, eo ipso, quod filius ducta vxore separatim viuit, disponens de rebus suis ꝓ suæ voluntate, sicut pater familias, tenetur patrem excõicatum vitare.

• Des-

causam anathematis. arg. optimū. 27. q. 1. ° de filia. & hæc opiuio videtur mihi ᵖ tutior. Item quod dicitur de seruientibus, & alijs, qui non sunt ita astricti certa, vel ᵠ perpetua obnoxietate, intelligo, cum, ante excommunicationem la tam in dominum, ʳ obligauerant se seruire illi ad annum, vel ad aliud certum tempus. Idem si post excommunicationē, si ˢ ignorabant, & non possent ab illo sine dāno ᵗ recedere: idem si forte

° *De filia*] ibi dicitur quod pater, vel mater, si in affectum receperint filiam deuotam, quæ postea maritum duxerit, a communione habeatur alienus. & loquitur de filia Episcopi, vel presbyteri.

ᵖ *Tutior*] & est H. ista opinio, nisi quātum ad virum, & vxorem, vt dictum est.

ᵠ *Perpetua*] sicut sunt vxores, filij, & serui.

ʳ *Obligauerant*] si autem se obligauerāt, sed ante excommunicationem seruitium non intrauerant, credo q̄ non sint obligati ad intrandū post excommunicationem; quia vel non cogitauerunt de hoc casu, aut si cogitauerunt, illicita fuit promissio, nec fuit obligatoria.

ˢ *Ignorabant*] credo tamen quod si scirent, nihilominus ab eis possunt recedere, sicut qui scienter omittit exceptionem excommunicationis ab initio, nihilominus eam obijcere potest postea in quacumque parte litis. & hoc multo fortius verum est de illo, qui ignorauit talem esse excommunicatum. sed in hoc differentia est quod ignorans non tenetur discedere cum damno suo, sed sciens tenetur, etiam si super hoc lata per iniquitatem sententia fuerit contra eum à iudice, ad querimoniam excommunicati ipsius trahentis ipsum ad causam super huiusmodi obligatione, nec est contra, quod sit factus de familia excommunicati intrando seruitium tempore excommunicationis; quia illa sola familia excusatur, quę ante excommunicationem erat familia, aut post excommunicationem facta est sine culpa sua. Item non est contra, quod contractus initus cum excommunicato tenet ipso iure, vt si vendatur, vel locetur, vel donetur aliquid excommunicato; cum id, quod debetur excommunicato, possit ei solui. nam distinguendum est, quod si talis est contractus, quod ex illo transit alteruter in potestatem alterius, tenet contractus; vt cum aliquis dat se in arrogatione alicuius excommunicati; vel quando aliquis vendit se in seruum; vel quando contrahitur matrimonium cum persona excommunicata. & in his casibus possunt taliter contrahentes sibi inuicem communicare tempore excōicationis; sicut cum aliquis excommunicatus recipitur in monasterio ad professionem, aut recipitur ab excōicatis, credo quod p̄nt sibi inuicem cōicare tēpore excōicationis, secundū q̄ excōicatis regularibus solet ab alijs fratribus cōmunicari. in alijs autem contractibus distingue, q̄ si contrahens non obligat se ad cōicandum cum excōicato tempore excommunicationis, licet peccet taliter contrahendo, tenet tamen cōtractus; vt si q̄s vendat, vel vendendo tradat aliquid excommunicato, p̄ pretio statim tradito: si aūt obligat se ad communicandū cum excōicato tempore excōicationis in casu non concesso, nō tenet cōtractus; vt si quis iuret excōicato, quod vendet ei aliq̄d, aut locabit, aut seruiet ei, aut aliquod opus ei faciet tempore excommunicationis, & illicitum est, quod ei promittitur. quod si iuraret, quod post absolutionem aliquas operas ei faciet, obligaretur, licet peccaret sic iurando. Quid si quis recipiat mutuum ab excommunicato scienter, & paciscatur de illo reddendo durante adhuc excommunicatione, aut conducit ab eo prædium, vel rem aliquam mobilem pro pretio reddendo durante adhuc excommunicatione? Quid etiam si locat, aut vendit ei aliquam rem mobilem, aut immobilem, non statim traditam, sed tradendam ex pacto certo tempore, durante tamen excommunicatione, numquid obligatur ex tali pacto? Respondeo secundum H. qui dicit q̄d licitum est soluere excommunicato, quod ei debetur à debitore, siue soluat ei in propria persona, siue per ministerium alterius personæ, videtur dicendum, quod licita est huiusmodi pactio, & obligatoria, pro eo quod non obligat se sic paciscens, nisi ad licitum; nisi forte dicatur quod id, quod dicit H. intelligitur de debito contracto, vel pactione facta ante excommunicationem, non tempore excommunicationis: credo tamen quod idem intelligitur in vtroque casu. secundum alios vero, licet teneat contractus ipso iure in prædictis casibus, peccat qui sic cōtrahit cum excommunicato; non tenet tamen pactio facta de communicando ei tempore excommunicationis, in qua opinione videtur Magister infra eod. §. quid si teneor.

ᵗ *Recedere*] si tamen ante excommunicationem facti essent de eius familia. Idem etiam, si post, cum necessitas eos compellit, quod fiant de familia post excommunicationem.

ᵘ *Sive-*

Digitized by Google

u *Si vere*] ibi excusantur, qui cum excõicatis nautis conueniunt de transfretando cõtra Sarracenos, vel in Hierosolymitanam prouinciã, & illis, qui transfretãt in nauibus ducis hmõi excõicatorum, tamquam familia; dum tñ cum dolore cordis, & sub spe pœnitentiæ talibus cõicauerint, in quibus cõionem eorum euitare non pñt.

x *Vtile*] id est vtilitas ex parte excõicati, vt qñ quis loquitur cũ excõicato de his quę pertinent ad salutem eius aię. Numquid de salute aiæ meæ possum loqui cum excõicato, sicut de salute animæ eius; vel nũquid possum ab eo q̃rere consiliũ pro vtilitate mea, vł necessitate temporali? ℟. credo quod tanta posset esse necessitas, & tam arcta, quod vbi nõ posem habere copiam iurisperitorũ, nec res caperet dilationẽ, possem cõsilium quærere ab excõmunicato hmõi, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, casus enim necessitatis excusat in talibus. 11. q. 3. quoniã multos. ext. eod. si vere. pro quanta tamen necessitate, aut vtilitate liceat quęrere cõsilium ab excõicato, arbitrio boni viri limitandũ est. Item vtilitas participantis, cũ exigit debitum ab excommunicato.

y *Lex*] autem coniugij excusat coniuges. sunt consanguinei, vel vel nutricij, vel similes, qui forte non haberent aliter vnde viuerent, si ab eo recederent. arg. ext. eod. u si vere. omnibus tñ consulendum est, vt laborent pro posse inducere dñm ad satisfactionẽ, & cũ dõlore animi cõicent ei. Itẽ adde vnum casum generalẽ, in quo quilibet põt loqui cum excõicato, scilicet de correctiõe, quę pertinet ad ipsam excõicationẽ, vel alias ad salutem. 11. q. 3. cũ excõicato. ext. eo. cum voluntate. De istis casibus nota versus.

x *Vtile*, y *lex*, z *humile*, a *res ignorata*, b *necesse*.
Hæc anathema quidem faciunt, ne possit obesse.

Pone quod excommunicatus offert se ad iustitiam secundũ iuris formam, aduersarius appellat, ne absoluatur, numquid differetur absolutio? ℟. non. ext. de app. qua fronte. Quid si tenetur c præstare emendã ante absolutionem, & non potest, paratus est tamen præstare cautionem: vel quid si non potest etiam d cautionẽ præstare? ℟. in primo casu videtur, quod debeat absolui, recepta cautione. arg. ff. de re iud. e l. 4. §. ait. In secundo casu potest dicĩ idem; nam satisfacere vĩ, qui facit, quod potest. 14. q. 6. f si res. & arg. C. de Epis. & cler. auth. g generaliter. arguo cõtra, quod talis casus eum nõ excuset. ext. de rapt. h super eo. nam quandoque aliquis non absoluitur propter delictum suum, licet velit etiam cautionem præstare. 11. q. 3. i qui iubente. Item quæritur vtrum excommunicatus possit amplius excõicari pro eadem, vel alijs causis ab eodẽ Iudice, vel diuersis. Solutio. Melendus dicit, q̃ semel excõmunicatus nõ potest amplius excõicari, quia nihil ad nos de his, q̃ foris sunt. 2. q. 1. multi. & vltra

z *Humile*] id est humilitas, vt in seruientibus.
a *Res ignorata*] id est ignorãtia facti, ꝓbabilis.
b *Necesse*] id est necessitas, vt in peregrinis, & viatoribus.
c *Præstare emendam*] quia excõicatus est pro offensa manifesta.
d *Cautionem*] fideiussoriã, vel pignoratriciã; huiusmodi enim cautiones appellãtur idoneæ: aliter nomine cautiõis simpliciter posito, intelligit nuda promissio, quã q̃libet quãtũcumq; pauper p̃stare põt, sicut & iuratoriã, quæ non sufficit in hoc casu.
e *L. 4.*] ibi dr, q̃ cõdemnatus ad soluendam pecuniã, si non possit soluere, sufficit q̃ satisfaciat alias de illa pecunia.
f *Si res*] ibi dr: si nõ habet vnde restituat, huic nõ possumus dicere, vt quod abstulerit reddat.
g *Generaliter*] ibi dr, q̃ si fideiussorem de restituendis expẽsis victori victus dare nõ valeat, super his iuratoriam cautionem exponat.
h *Super eo*] ibi dr de raptore, q̃ in morte fideiussorẽ p̃stare nõ poterit, nullus clericorũ sepulturæ eius interfit.
i *Qui iubente*] ibi dr: tardius recipiatur ad veniã, qui non potest p̃stare emẽdã, sed sufficit, si det pignora, vł plegios de satisfaciendo, quod si nõ possit, iuret quod satisfaciet, cum poterit, & sic absoluatur.

k *Elon-*

Digitized by Google

excõicationem, Eccle sia non habet quid fa ciat. ext. de iud. cum non ab homine. & qui est extra Eccleſiã, non pót magis esse extra 11.q.3. omnis. & qui mortuus est, interfici nõ potest, sed anathema est æternæ mortis damnatio. ergo. &c. denunciari tñ pót excõicatus. & ita intelligũtur omnia iura, vbi vr quis sæpius excõicari. Si obijcitur ei, q̃ scdm hoc excõicatus videtur melioris cõditionis, quã non excõicatus, instant in Iudeo, qui licet nõ possit excõicari, tñ non est melioris conditionis. Alij Doctores, puta Laur. H. & T. & fere omnes dicunt contra, & cum eis sentio. Dicas ergo quod excõicari quis potest pluries, & semper magis excõicabitur, & nouum vinculum apponetur, siue pro eadem causa, siue pro diuersis; siue ab eodem iudice, siue à diuersis: & est expressum. 3.q.4. Engeltrudam. 11.q.3. excellentissimus. 12.q.2. de viro. Ad rationes, quas M. inducit pro se, dicas quod excõicatio duos habet effectus, vnum eijciendi extra Ecclesiã, & iste est effectus primę excõicationis: aliũ [k] elongãdi ab Ecclesia, vel detinendi extra, & iste est effectus secundæ excommunicationis.

§. 32. Sed numquid erunt necessariæ tot absolutiones, quot fuerunt excõicationes; an poterit vna absolutio tollere oẽs excõicationes. Solutio. distingue: aut excõicatur qs pluries ab eodẽ iudice, aut à diuersis. In primo casu, siue pro vna cã, siue p diuersis fuit excõicatus, si ab eodẽ, vel eius [l] successore absoluitur, vna absolutio tollit omnes excõicationes præcedentes, nisi specialiter dictum sit in contrarium, vel nisi de vna causa excõicationis tãtummodo agebatur in eo casu, cum pro plurib⁹ causis erat pluries ab eodem excõicatus. 11. q. 3. si Eps. arg. ff. de accept. pluribus. & ff. de transact. [m] qui cum. §. 1. in secundo casu absolutio vnius non tollit aliorũ excõicationes, quia non habet imperiũ par in parem. 21. dist. inferior. ext. de elect. innotuit. Sed vltima absolutio confirmat præcedentes, & earum effectus clarificat. arg. ff. de seruit. rusticorum prædiorum. [n] per fundum. ff. commun. prædiorum. [o] receptum. sed contra. ext. eod. officij. vbi dicitur, quod suppressa veritate absolutio subrepta non prodest; & veritatem intelligens, absolutionem huiusmodi exhibere non debet. Sed tu expone non prodest, scilicet quantum ad ingressum Ecclesiæ; remanet enim ligatus: pro alijs non debet; si tamen fiat; tenet, vt supra, quo [q] ad il-

[k] *Elongandi*] vñ super illud: expelle eos, qui irritauerũt te domine, dicit glosa: plus, vel minus, secundũ qd meruerunt.

[l] *Successore*] qa successor poterit absoluere excõicatum à prædecessore. Si etiã sacerdos firmarius alicuius ecclesiæ excõicauit aliquem pro furto, vel aliquo simili, sacerdos alius firmarius, eo amoto substitutus, poterit illum excõicatũ satisfacere volẽtem absoluere; nisi persona ecclesiæ retinuerit sibi absolutionẽ.

[m] *Qui cũ*] ibi dr q̃ transactio q̃cumq; sit, de his tantum, de quibus inter cõuenientes placuit, interposita creditur: & nota q̃ acceptilationes sunt quitatiões. Stipulatio est p̃missio facta p̃cedente interrogatione. Transactio est de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio.

[n] *Per fundum*] ibi dicitur, quod nouissima cessione oẽs cessiones cõfirmãtur.

[o] *Receptum*] ibi dicitur receptũ est, vt plures dñi non pariter cedẽtes, seruitutẽ imponãt, vel acquirant, vt tñ ex nouissimo actu etiã superiores confirmentur.

[p] *Veritatem*] scilicet, quod nollet satisfacere, vel quærere absolutionẽ de alia excõicatione.

[q] *Ad*

q. *Ad illam*] numquid excõicatus pro iniectione, vel alia causa, de qua nõ potest absolui à suo confessore, absolui debet ab eo de alijs peccatis? R. dicunt quidã, quod non, quia manenti in excõicatione non sunt impendenda sacramenta Ecclesiæ. Veri' credo, q si non stat per eum, quin absoluatur, nec est in mora petẽdæ absolutionis; nec timetur qđ negligentior fiat ad petendã absolutionem super hmõi excõicatione pa absolutionem impetra tam super alijs peccatis, poterit eum cõfessor suus absoluere de alijs peccatis suis. Sicut quando Eps retinet sibi absolutionẽ de alijs criminibus, sacerdos parochialis potest cõfitentẽ absoluere de alijs, & postea Eps absoluet de illo, q sibi retinuit: & duæ hmõi particulares absolutiões faciẽt vnã integrã; & vna est preparatoria ad reliquam: & ideo in hoc casu pot cõicare cõfessor taliter excõicato, sicut cõ municatur ĩ receptione iura-- menti ante absolutionem. melius tamẽ fieret, si prius absolueretur ab excõicatione huiusmodi, & postea de cæteris peccatis; cum excommunicatio sit fortius vinculũ: & hoc seruant quidam confessores, licet benignior sit primo dicta sententia, secunda tamen tenenda est, si timeatur quod propter hmõi absolutionem fieret negligentior ad petẽdum absolutionem excommunicationis. credo etiam quod confessor non tenetur absoluere de peccatis, ante absolutionem excõmunicationis.

q ad illam ſriam. tantum fallit hoc in duobus casibus: vnus, cũ aliquis excõicat, & ad petitionem illius alij confirmant. nã r tunc sufficit absolutio eius, q principaliter excõicauit. arg. ext. de treuga, & pace. s c. 1. Alius, si oẽs excõicatores delegauerunt vni vices suas. si aut absoluitur à superiore, qui habet ius absoluendi, aut fuerunt sibi oẽs causæ, & excõicationes expressæ, aut non. In primo casu vnica absolutio tollit oẽs excõicationes, nisi contrariũ dicatur sit per d. l. pluribus. In secũdo. nõ tollit, nisi q expressum est arg. ext. de off. ord. t ex parte. ext. de sent. excom. u c. 1. nisi forte ipse superior sciebat omnes causas, & excõicationes; quia tunc scienter vĩ eum absoluere ab omnib9. arg. ff. de act. empt. l. 1. 93. dist. si inimicus. ext. eo. x si aliquando. & idem credo si ita dixit: absoluo te ab omnibus excõicationib9 istis, quas confessus es, & ab omnibus alijs, quas nõ habes y in memoria, si q forte sunt.

§. 33. Item pone, quod Eps excõicat, vel absoluit aliquem iniuste, numquid tenet excõicatio, vel absolutio iniusta? Item quod cõsilium dabitur iniuste excõicato? Ad euidẽtiam primæ quæstionis nota, quod tribus modis dicitur sententia iusta, vel iniusta, scilicet ex animo, ex causa, & ex ordine. Ex animo, cũ ex zelo iustitiæ, aut ex odio, vel indignatione fert. 11. q. 1 3. §. si ergo,

r *Tunc sufficit*] hoc verum est, qñ confirmantes non habent iurisdictionem in excõicato: & tunc exponitur, confirmãt, id est, denunciãt per suas diœceses hunc esse excõicatum: & in hoc casu pares sunt excõicans, & confirmans. Si autem confirmãs est superior excõicãte, si cõfirmat simpliciter sine causæ cognitione, idẽ est quod supra: si autẽ cum causæ cognitione, non potest inferior, qui excõmunicauit, absoluere,

s *C. 1.*] ibi dicitur qđ frangens treugã à pprio Episcopo excõmunicetur, & à vicinis Episcopis illa excõmunicatio cõfirmetur, id est, firmiter custodiatur.

t *Ex parte*] ibi agitur de subticentibus causas excõmunicationis, qui remittẽdi sunt ad Curiam, à qua absolutionis litteras impetrarunt.

u *C. 1.*] ibi agitur de excõicato pro duabus causis, qui vna expressa, & alia tacita absolutus fuit; & dicitur, quod cõpellatur satisfacere de alia. & istud c. est primũ in 3. collectiõe decretaliũ; sed in decretalibus Gregorij est 27. quod incipit, cum pro causa. eo. tit.

x *Si aliquando*] dicitur, quod si Papa salutat in litteris suis per ignorantiam aliquem excommunicatũ, non propter hoc est absolutus.

y *In memoria*] qui impetrat absolutionẽ à Papa, vl à delegato, caute facit, si facit se absolui ab oĩbus excõicationibus, ac peccatis, de qb' nõ recolit, q a tunc, si recolat postea de aliquibus, nõ tenet iterũ absolutionẽ impetrare; licet de peccato teneat, si sit mortale, confiteri.

Digitized by Google

& c. [z] illa. & [a] ira. 2. Ex causa cum subest in veritate certa, & sufficiens cã, vel non subest. Ex ordine, cũ seruatur, vel ptermittitur ordo iuris: & notantur isti tres modi. 11.q. 3. [b] si Eps forte iracundus. & in pall. §. [c] si ergo. Teneas ergo circa sniam excõicationis indubitãter, quod, siue sit iniusta ex animo, siue ex cã, siue ex ordine, siue ex animo, causa, & ex ordine simul, tenet, & ligat quãtum ad Ecclesiam militantẽ; dum tñ sit lata ab illo iudice, qui habebat super hoc canonicã iurisdictionẽ: q dico ppter excõicatos, hæreticos, & schismaticos, vel [d] apostatas, qui oẽs, cũ sint excõicati, non pñt alios excõicare. 24.q. 1. audiuimus. & §. si autem. in fin. Item pp intrusos, & suspensos à iurisdictione, qui similiter nõ pñt excõicare. 12.q.2. alienationes. & precarie. ext. de elec. [e] trãsmissam. ext. de concess. præb. quia diuersitatẽ. Si tamen crimen taliũ occultũ esset, toleranda esset snia, licet nulla, quandiu crimen esset occultũ, & illi tolerarentur ab Ecclesia. arg. 8.q.4. [f] nonne. 3.q.7.§. [g] tria. ext. de iure patr. cõsultationibus. Quod aũt dixi snĩam latã sic iniuste à iudice habẽte canonicã iurisdictionẽ, tenere, probatur aperte. 11.q.3. [h] si Eps forte. Fallit in duobus casibus; vnus, qñ est lata post appellationẽ legitimã: alius qñ continet intolerabilẽ errorẽ. in quibus casib[9] ad probationẽ eorũ, etiã si absolutionẽ petant, debent admitti, sed, donec de ipsis cõstiterit, in alijs euitari. quamquam tales Apostolica Sedes consueuerit absoluere ad cautelam: verum in alijs, nisi gratiam absolutionis implorent, non debent audiri, ne sententiam ecclesiasticã contemnere videãtur. ext. de sent. excom. per tuas. Errorem autem intolerabilem intelligo, cũ sic dicit: excõico te, quia credis in Deum, quia nõ furaris, quia nõ fornicaris, quia es obediens mihi, & alijs prælatis tuis, & [i] similia: quidã tñ dicunt tunc demũ intolerabilẽ esse errorem, cum est contra substantiam excõicationis, scilicet, excõico te, q es obediẽs, vel q nõ es cõtumax. prima opinio est vera, & illã teneas, & probatur aperte, 11.q.3. [k] si is, q pẽst. & duobus cc. seq. hanc etiã confirmat Apostolus [l] dicens: Si Angeli de cælo euangelizauerint vobis, pterquã, qd vobis

[z] *Illa*] nihil agendũ est prius, quã cõcitata ad tranquillitatem mens redeat: nã cõmotionis tpe iustũ putat omne quod fecerit.

[a] *Ira*] sæpe innocentẽ etiã ad crimen inducit, q a dũ iusto amplius irascimur, & volumus coercere aliena peccata, grauiora committimus.

[b] *Si Episcopus*] dr ibi Epm non debere esse iracundũ, nec cito, vel aspere cõmoueri; & q dr, iracũdus ad animum refertur, cito ad ordinem, aspere ad causam.

[c] *Si ergo*] q iratus, non amore iustitiæ, sed odio snĩam iustã dederit, iustitiam Dei, in quẽ perturbatio nõ cadit, nõ imitatur secundũ Bedam. 11.q.1.ira.1.

[d] *Apostatas*] à fide.

[e] *Transmissam*] parũ facit ad rẽ.

[f] *Nonne*] ibi dr, q ante tps snĩæ ab Epi obedientia recedendum non est.

[g] *Tria*] ibi dr: si seruus dum putaretur liber, ex delegatione sententiã dixerit, & postea in seruitutem deduct' sit, sententia dicta ab eo valet.

[h] *Consultationibus*] ibi dr, q si præsentatio clerici facta est ab eo, qui habebatur pro patrono, tenet.

[i] *Similia*] quid si dicat Eps: excõico te, quia furtũ feciſti, cũ tamen non fecerit, nũquid tenet hmõi excõicatio? R. licet quidã dixerint, quod nõ tenet, tñ tutius est dicere quod teneat; quia nõ est intolerabilis error expressus.

[k] *Si is*] ibi dr, q si prælatus facere iusserit, quod à Deo prohibitũ est, aut præterire, quod à Deo præceptũ est, dicendũ est contra eum illud Apostoli: si nos, aut Angeli, &c.

[l] *Dicens*:] ad Gal.1.

[m] *Sem-*

[m] *Semper tenet*] quid si absoluo aliquem ab excõicatione, de qua non possum eũ absoluere, quid faciã, si postea id aduertam? R. si possum, debeo eum certificare de errore meo, & cõsulere quod impetret absolutionem ab eo, qui habet potestatem absoluẽdi; & debeo me habere ad illũ, quasi non absoluissem eũ. Quid de sacerdote, q furem, quem excõmunicauerat, siue in generali, siue in speciali absoluit sine satisfactione, absentem, vel ignorantẽ, numquid valet huiusmodi absolutio? R. taliter absolutus est, sed debet se gerere pro excõmunicato, donec sit certus de absolutione: peccat tñ sacerdos, qui taliter absoluit, cum non nisi petenti, & pœnitenti, facta satisfactione, vel promissa, sit absolutio impendenda. Quid de Iudice, qui licentiam dat alicui celebrãdi in ecclesia interdicta ab eodẽ Iudice? Quid etiam de illo, qui dat licẽtiã alicui cõicandi cum illo, quẽ excõicauerat cũ communicantibus sibi, nũquid valent hmõi licentiæ? item nũquid debent dari sine consensu illorũ, ꝑ quibus sunt hmõdi latæ snię? R. hmõi litteræ pñt continere errorẽ expressum, vt si cõcedat iudex celebrare alicui in loco à se interdicto, nõ suspẽsa aliquo modo snĩa interdicti; aut si cõcederet alicui cõicare cũ excõicato, & cũ suis participantibus, nõ reuocata snĩa, nec in toto, nec in parte, nõ valent hmõi lr̃æ. si aũt iudex intẽdat suspẽdere interdictũ quo ad tps, & locũ, quo ille celebrabit; vel si iudex reuocat sentẽtiã latã in participantes quãtum ad personã, quã licentiat, valent hmõi licentiationes, sed nõ deberent fieri in occulto, ꝑ scãdalũ illorũ, q de hoc nihil scirẽt, & viderẽt hmõi licẽtiationes venire cõtra snĩas hmõi. in manifesto etiã nõ sunt faciendæ sine cã legitima, & sine consensu illorũ, ꝑ quibus latæ sũt snĩæ: tenent tñ hmõi snĩæ, & suspẽsiones interdictorũ, & reuocationes excõicationũ, quãuis iniuste fuerint factæ, nisi iudex ex toto functꝰ esset officio suo quo ad cãm illã. à minori vero excõicatione, q incurritur participando cũ excõicato, non posset iudex hmõi aliquẽ excipere, quia snĩa iuris est, nõ hominis.

vobis euangelizauimus, anathema sit.

§. 34. De absolutione aũt dicunt idem fere omnes Doctores, qd̃ siue sit iusta, siue iniusta, [m] semper tenet quo ad Ecclesiam militantem. arg. ext. de reg. iur. omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdẽ dissoluitur. item quia iura sunt proniora ad absoluendum, quam ad cõdemnandũ. dist. 50. ponderet. ext. de probat. ex litteris.

§. 35. Excommunicato autem iniuste, de quo quæsitum est supra §. proximo. in prin. est cõsulendum, vt sustineat excõicationem patienter, humiliter, ac deuote, & præsentet se excõmunicatori, offerẽs canonicã satisfactionem, si in aliquo offendit, & sic instanter postulet absolui; si ita fecerit, erit ei ad meritum; alias, si contemneret, peccaret mortaliter.

ext. eo. [n] per tuas. & R. supra eo. §. pœna. item potest ꝓponere querimoniam contra excommunicatorem coram superiore de iniusta excõmunicatione; ꝓcedit enim pœna multiplex contra eum, qui iniustã tulit sententiam. Primo q a si non præmisit admonitionẽ canonicam, & corã idoneis testibus, statim cum fert sententiam, ipso facto est priuatus ingressu ecclesiæ per vnum mensem; & hoc etiam si sententia est alias iusta. itẽ tenetur actione iniuriarum excõicato. item tenetur ei ad interesse, & ad maiorem pœnam, si visum fuerit expedire. item sacrilegij facinus incurrit: & hęc maxime vera sunt, si absq; rationabili, & manifesta cã tulit snĩam. ꝓbantur hæc. ext. eo. sacro. 11. q. 3. illud. & [o] temerariũ. 14. q. 3. [p] non in ꝑpetuũ. & hoc inquo temere iudicatur.

[n] *Per tuas*] ibi dr̃: ne snĩam ecclesiasticam cõtemnere videatur, & per hoc amplius in suo cõtemptu liget.

[o] *Temerarium*] dicitur, ꝙ ei, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est vt noceat, non ei, de

[p] *Non in perpetuũ*] dr̃ ibi, q cũ ꝑlati indistincte culpã ꝓsequunt, sacrilegij facin' incurrũt.

[q] *In ex-*

telligas, nisi forte iudex errauerit ex causa ꝓbabili, maxime si bonæ opinionis existat. Verum si ab excõicato conquerente nihil fuerit rationabile contra sniam excõicationis probatum, compellendus est similiter soluere interesse, vel aliã pœnam secundũ superioris arbitrium excõicatori, quem indebite fatigauit, nisi forsan, & ipsum probabilis error excuset, vt in præall. const. sacro.

§. 36. Quid si excõicatus iurauit in manu Epi stare mandato Ecclesiæ, & Eps recepto iuramento cõicat ei, numquid intelligitur eum absoluere? dico quod non, nisi absoluerit eum per sententiam; immo incidunt [q] in excommunicationem, tam Eps, quam alij sibi communicantes, cum constet illũ adhuc esse excõicatum. ext. eod. cum desideres. secus in Papa, qui scienter salutando excõicatum, intelligitur ipsum absolue-

re. arg. 23. dist. [r] si inimicus. ext. eod. si aliquando. & hoc intelligo, si per hoc intendebat eum absoluere.

§. 37. Quid si Eps cõicat excommunicato à se, numquid incidit in excommunicationem? Videtur quod non, quia nullus potest esse iudex sui ipsius. 4. q. 4. [s] c. 1. Sed contrarium est verum, quia non ligatur sententia sua, [t] sed iuris. ext. eod. nuper. idem intelligo, si excommunicauit aliquẽ cum omnibus fautoribus suis, & ipse postea [u] fauet ei: secus enim esset, si antea fauisset; tunc enim nullo modo esset ligatus, quia nemo potest se sua sententia soluere, vel ligare, vt infra dicetur. item si cõmunicat ei in crimine, quia in omnibus istis casibus est excommunicatus, non sua sententia, [x] sed iuris. arg. illius [y] decr. nuper. sed quis absoluet eum, cũ excommunicato à se communicat in crimine? Videtur quod ipse-

[q] *In excommunicationem*] minorem.

[r] *Si inimicus*] nota q̃ iuramentũ nõ est de substantia absolutionis: vnde si omissum fuerit, quod tamen fieri non debet, non propter hoc min' tenet absolutio, siue absoluatur q̃s de iniectione in periculo mortis, siue mandet Papa, vel delegatus aliquem absolui in forma Ecclesiæ: nec enim sic mãdatur absolutio sub cõditione, vt scilicet ita demũ habeat potestatẽ absoluendi, si seruauerit formam; sed duo mandantur, & q̃ absoluat, & quod formã Ecclesię teneat: & quamuis iuramentũ omittat, siue scienter, siue ignorãter, tenet absolutio; dũ tñ dicat: absoluo te ab ista excõicatione, vel æquipollentia verba, sine quibus non datur absolutio, nisi à Papa, qui etiam salutando potest excommunicatum absoluere, sicut & princeps sola voluntate potest manumittere.

[s] *c. 1.*] ibi dr̃, q̃ quatuor psonas oportet esse in iudicio iudicem, actorem, reum, & testes.

[t] *Sed iuris*] quo cauetur, quod ille, qui communicat excommunicato excommunicatione maiori, incurrit minorem excommunicationem.

[u] *Fauet ei*] huiusmodi fauere, est participare in crimine. vt ext. eod. nuper. Credo autem quod in casu isto, quem ponit hic Magister, huiusmodi fautor, qui postea fauet, sola sententia iuris est ligatus, non hominis; quia nullus per sententiam suam se ligare potest: vnde si Episcopus excommunicet aliquem cum omnibus loquentibus, vel comedẽtibus cũ eo, licet ipse postea loquatur, vl comedat cum eo, non incidit in maiorem excommunicationem, quia ista sententia hominis ẽ, & nõ iuris. Si autem Episcopus excommunicet aliquem cum omnibus fautoribus suis, aut participantibus in crimine, si alius, qui sit subditus Episcopi, postea fauerit, vel participauerit ei in crimine, duplici sententia maioris excommunicationis ligatus erit, sententia scilicet iuris, & sententia hominis.

[x] *Sed iuris*] quo cauetur, quod consentientes, & facientes pari pœna puniuntur.

[y] *Decr. nuper*] ibi dicitur, quod qui participat in crimine excommunicato, ab excommunicato ẽ absoluendus est, vel eius superiore.

met, q̃ est excõicator, per illam decr. nuper. sed hoc non põt esse, quia nemo potest se absoluere, vel ligare. ff. de iud. [z] Iulianus. 2. & de arbitr. [a] l. penul. Solutio: Superior absoluet eum. arg. in præall. decr. nuper. Quid si teneor iuramento soluere aliquid in certo termino, & interim excõicatur creditor, nũquid soluã ei adueniente termino? Vr̃ q̃ non, quia nõ debeo sibi cõicare, nisi in certis casib⁹, inter quos nõ est iste. ℞. supra eo. §. sequit' qua pena. Item quia intelligo sub hac cõditione iurasse, si res in eodem statu permaneat. 22. q. 2. [b] ne quis. Item quia Gelasius, Gregorius, & Vrbanus absoluunt à iuramento [c] fidelitatis oẽs, q̃ tali vinculo sunt astricti aliquibus excõicatis. 16. q. 6. [d] alius. & [e] nos sanctorum. & [f] iuratos. Itẽ, licet ego possim petere ab excõicato quicquid tenetur mihi soluere, vel facere, ne alias de malitia sua lucrũ reportet, vt ext. eo. [g] si vere. ext. de except. [h] cum inter. 4. q. 1. [i] c. 1. tamen nõ teneor ei persoluere,

[z] *Iulianus*] ibi dicitur: iniquum est aliquem suæ rei Iudicem fieri.

[a] *L. pen.*] ibi dicitur: si de re sua quis arbiter fact' fuerit, sniam dicere non põt; non enim imperare sibi, vel ꝓhibere quisquam potest.

[b] *Ne quis*] ibi dicitur, quod nõ tenetur depositarius reddere gladium depositori repetenti illum in furore.

[c] *Fidelitatis*] de huiusmodi vasallis notauit H. super illud c. nos sanctorũ. q̃ absoluti sunt ab obseruatiõe sacramẽti fidelitatis, quãdiu dñs illorũ est excõicatus; & q̃ debent ab eo abstinere, sicut ab alijs excõicatis; & qđ non debẽt eum visitare, nec curiã facere, nec ire, vel equitare, comedere, bibere, vel conuersari cum eo, nec facere ei exercitũ, nec ire cũ eo ad bellũ, aut eũ defendere, aut auxiliari ei: tenentur tñ ei reddere tributa, pensiones, & hmõi, sicut debitor tenetur reddere excõicato q̃ debet; nec peccat sic cõmunicando ei, licet hmõi excõicato recipienti nomine suo soluat debitor in propria persona, quod ei debet; quia casus est necessitatis. ita dicit H. sed quia tota die videmus fieri contrariũ, potest dici, quod illud c. nos sanctorum. loquitur in eo casu, cũ aggrauatur snia contra nobilem excõicatum: & præcipitur in pœnam eius vasallis suis, qđ non obediant ei; & tunc primo tenentur eum vitare, sicut dicit H. eius tñ snia securior est. Sed quid de magnatibus excommunicatis, & baliuis eorum, numquid homines eorum, qui non sunt vasalli, si aliter sunt de foro eorũ, q̃a manent in districtu eorum, vel tenent fundum, prædiũ, vel domũ sub eis, licet ibi nõ maneãt, numquid vocati ab eis in ius tenebuntur venire, aut poterunt rem deducere in iudiciũ coram eis tempore excõicationis absq; peccato? ℞. sine præiudicio credo qđ sic; quia si vocati stant iuri coram eis, vr̃ esse casus necessitatis; cum H. reputet causam necessitatis, cum debitor soluit, qđ debet excõicato: Si autem conueniunt iniuriatores suos corã eis, similiter excusantur per casum necessitatis; sicut si quis transiens per terrã excommunicatorum, & expoliatus à prædone recuperaret rem suã per iudicem excõicatum. Item quia conquerendo coram iudice excõicato, cõicãt ei in his, quæ spectant ad salutem animæ eius; quia ad salutem animæ eius pertinet reddere vnicuique, qđ est ius suũ. Item q̃a aperiretur prædonibus via, & raptoribus, si impune possẽt grassari in alios; & quia iudex debet iustitiã subditis, & qđ debet excõicatus, potest exigi, & recipi ab eo. Excusant ergo, qui in huiusmodi casibus cõicãt iudici excõicato, quod ẽt extendo ad aliũ, qui cõuenitur super aliquo p̃dio, vel domo, quam tenet ab excommunicato, licet non pertineat ad iurisdictionem eius, nisi forte sit consuetudo, quod Ecclesia defendat huiusmodi reos, ne sub hmõi excõicatis iudicibus rñdere compellantur. Si autem in alijs casibus cõicent hmõi subditi iudicibus, vel dñis excõicatis, puta comedẽdo, bibẽdo, & similib⁹, nõ excusantur, q̃a nõ sunt de ꝑsonis exceptis. 11. q. 3. qm̃ multos.

[d] *Alius*] ibi dr̃, quod Papa francigenas absoluit à iuramento fidelitatis, quo tenebãtur Regi Francorum.

[e] *Nos sanctorum*] ibi dicit Papa: eos, qui excommunicatis fidelitate, aut sacramento constricti sunt, à sacramento absoluimus.

[f] *Iuratos*] ibi dicitur: fidelitatem, quam Christiano principi iurauerat, Deo, & Sanctis eius aduersanti, nulla coguntur auctoritate persoluere.

[g] *Si vere*] ibi dicitur: ab excommunicatis exigi potest, & recipi quod debetur.

[h] *Cum inter*] ibi dicitur, quod conuentus excommunicatus reconuenire non potest.

[i] *C. 1.*] ibi dr̃, q̃ excõicatus nõ põt accusare.

[k] *Di.*

k *Dicunt quidam*] cum H.

l *Non debeo*] & pecco si soluo.

m *Bona est*] potest tamen dici, quod non tenetur soluere, vel deponere, quamdiu est in excommunicatione, quia subintelligitur tacite in iuramento, vel obligatione, si talis pmanserit, cui liceat communicare. arg. 22.q.2. ne quis arbitretur. Credo verius, quod si ex auaritia, non ex zelo iustitiæ differt soluere, peccat quoad Deũ, licet non puniatur quo ad Ecclesiã; sicut Hebræi, qui ex cupiditate Aegyptiorũ bona asportauerũt, peccauerũt: qui autẽ propter obedientiam hoc fecerunt, meruerunt nomine ipsius. Sed nonne idem est, ac si ei solueretur? Respondeo; credo quod sic quantũ ad veritatẽ, sed non est idẽ quãtum ad speciem facti, & opinionem hominum, & exteriorem superficiẽ: sicut excõmunicatus compellitur respondere per procuratorem, ext. de iud. intellexi mus. & tamen, si in propria persona conueniretur ab actore, non peccaret actor. sic nõ peccat secundum H. debitor, qui soluit personaliter excõmunicato, quod ei debet. Numquid vendendum est seruienti excommunicati? Respondeo; si emat, vel vendat, vel aliquid tale faciat nomine excommunicati, nõ est contrahendum cum eo, sicut nec cum excommunicato: si autẽm nomine suo tale quid faciat, potest cum eo contrahi; dum tamen non fiat fraus canoni, vt aliud agatur, & aliud simuletur. Item numquid possunt mittere excommunicato litteras, vel eas recipere, aut nũcios, aut xenia. Respondeo nullũ eorum licet; quia sicut notauit H. 11.q.3. quoniam multos. per litteras, nuncios, & xenia cõmunicamus alijs. Item numquid licet passim, & indifferenter accipere eleemosynam ab excommunicatis? Respondeo; credo quod non, nisi in casibus exceptis, scilicet ĩ casibus necessitatis, & similib'; quod tñ nõ credo esse restringendum ad extremam necessitatem, sed sufficit ad excusationem, q̃ indigeat, & non possit commode, & de facili habere aliunde. Quid ergo de illo, qui accepit munus ab eo, qui erat excõmunicatus cum participantibus sibi, & hoc nesciebat, cum recepit illud, sed postea sciuit, nũ quid tenet reddere mun' illud? & numquid est excõicatus? Respondeo, si probabiliter eum excuset ignorantia, non est excõmunicatus; si autem sciens eum taliter excõmunicatũ reciperet munus ab eo in casu non concesso, excommunicatus esset propter receptionem, non propter retentionem; nec teneretur illud restituere illi, qui dedit; sed inducendus esset in pœnitentia illud erogare in pios vsus, si ad hoc induci posset: si tamen remitteret ad illum, qui dedit, in detestationem excommunicationis, & ruborem excommunicati, credo quod bene faceret in eo casu, cum accepit illud munus nihil sciens de excommunicatione. Item quid de illo, qui solitus est dare fratribus certam summam singulis septimanis, & cũ sciret quod in breui excommunicaretur, rogauit vnum de amicis suis, quod dictam summam daret dictis fratribus,

quia ipse non potest à me petere; dicit enim lex quod vbi nulla petitio, nulla mora. ff. de verb. obl. si pupillus. solutio. k Dicũt quidam quod licet ille nõ possit petere, ego tamen debeo ei persoluere. simile de vsurario, cui promisi interposito iuramento soluere vsuras. ℟. supra. de vsuris §. patet ex præmissis. Alij dicunt quod l nõ debeo persoluere, sed debeo deponere in æde sacra, donec ille sit absolutus, & sic vtiliter agetur eius negotium, vt per hoc citius veniat ad satisfactionem. hæc vltima opinio m bona est, & secura. vel si vis tenere primam, consulo qd̃ veniat debitor cum testibus ad domum creditoris, & dicat: sitis mihi testes, quod pono hic pecuniam, quã sibi debeo; vel numero eam vxori suæ, vel filio, vel seruo, vel balliuo accipienti nomine ipsius; & ipso præsente, & non contradicẽte; & sic liberatur. vel dic, quod si ipse factus est hæreticus, vel alias hostis, & persecutor Ecclesiæ, pauperũ, pupillorum, & viduarum, vel alias miserabilium personarum, & propter hoc est excommunicatus, tunc nullo modo est ei soluendum, sed est faciẽdum iuxta secundam opinionem, nisi in casu, scilicet si pagani, vel hostes reipublicæ venirent in forti brachio ad patriam destruendam, & iste ex-

Digitized by Google

tribus, vsque dum reuocaretur mandatum, promittens se semper hoc eis satisfacturum, numquid fratres hoc scientes debent recipere illam summam ab illo? Respondeo; si fratres hoc non procurauerint, non peccabunt recipiendo ab illo amico dante nomine suo; nec ille peccabit, qa ita prouidit sibi in futurum proprio motu, & pia intentione, sciens quod fratres nihil reciperent ab illo, tempore excommunicationis: si autem procurãtibus fratribus esset hoc factũ, illicitum esset, licet ille amicus nomine proprio daret; & fratres in hoc casu facerent fraudem canoni, qui prohibet cõmunicare cum excommunicatis: fit autẽ fraus canoni, vel legi, cum, salua superficie litteræ, per aliquam inuentionẽ dolo malo contra mentem eius venitur. Item numquid ab vxore, vel familia excommunicati possumus accipere aliquid? Respondeo, de rebus parafernalibus vxoris huiusmodi, si eas dederit nomine suo, possumus accipere; de bonis autem communibus, si aliquid donat nomine mariti tantum, aut nomine mariti, & suo, non licet accipere, sicut nec ab ipso excommunicato: si autem nomine proprio tantũ, & concessum est ei a marito tacite, vel expresse dare de rebus communibus, cum voluerit, accipi poterit quod illa dederit, alioquin non licebit, nõ propter periculum excommunicationis, sed quia maritus habet administrationem rerum huiusmodi, nisi quantum concedit vxori. Si autem dubitetur vtrum nomine suo, vel mariti, vel vtroque, sine licentia, aut cum licentia, tenendum est certum, & dimittendum incertum, ne recipiens committat se discrimini. Eodem modo distinguitur circa familiam, vt non recipiatur quod dederit ex parte domini; si autem nomine proprio dederit aliqs de familia de portione ipsum contingente, sicut fit in curijs potentum, vbi coqui habent certas portiones eorum, quæ parantur in coquina, tunc licet accipere. Idem credo, si concessum est seruienti a domino, vel est consuetum, sciente domino, & nõ contradicente; q̃ seruiẽtes nomine proprio dent de huiusmodi victualibus dominorum suorum; ita tamẽ quod huiusmodi concessiones nõ fiant in fraudem canonis; vt qñ excommunicatus sciens communicatus se opponeret ex aduerso, pugnans pro patria; tunc enim esset ei soluendum; & vasalli iurati sui deberent eum sequi. arg. 11. q. 3. [a] Iulianus. Pone quod aliquis, dum in his, quæ pertinẽt ad excommunicationem, vel alias ad salutem, participat in locutione cum excõmunicato, & interponit alia verba incidenter, vt apud eundem excommunicatũ magis proficiat, numquid incidit in minorem excõmunicationem, vel peccat propter talia verba ex tali intentione interposita? Videtur quod sic, quia non sunt facienda mala, vt veniant quæcumque bona: contrarium tamen est verum, quod nec incidunt in canonem, nec peccant. arg. ext. de off. del. [o] præterea. 23. q. 4. [p] recedite. 11. q. 3. q̃ quod nihil reciperem ex parte eius, dat licentiam seruiẽti eius dandi mihi aliquid de suo: si autem sine licẽtia domini dat seruiẽs, dic sicut dictũ est de vxore. Sed numquid licebit mihi hospitari in domo excommunicati ipso absente, vel sumere inde panem, & vinum ad celebrãdam missam? R. credo quod non licet, nisi recipiar & recipiam ab vxore eius, & dispensatore, secũdum quod dictũ est supra circa donationes. Item numquid licebit mihi hospitari, vel accipere necessaria in domo excommunicati, quã inuenio sine custodia? Respondeo; si ex confidentia amicitiæ hoc facio, non licebit, quia sic quodammodo contraho cum eo, & obligo me ad antidora, & ei communico: alias, si credo ei displicere, cum sciuerit, furtum, aut aliud peccatum committo, sed minorem excommunicationem nõ incurro. Item numquid frater prędicator debet instruere vxorem excommunicati, vel familiã, vt in prædictis casibus nomine proprio dent aliquid de rebus huiusmodi? Respondeo; non debet frater aliquid facere, vel docere pp qđ habeat notabilis de cupiditate rei alienę, aut de duplicitate aliqua, aut quod præter voluntatẽ mariti aliquid clanculo recipiat ab vxore, prẽsertim cũ vxores, & mariti talia nesciãt discernere, & ab omni specie mali abstinendũ sit, & pensandum, non solum quid liceat, sed quid expediat, & deceat.

[a] *Iulianus*] ibi dicitur, q̃ cum Iulianus Apostata præcipiebat Christianis, pducere acies pro defensione reipublicæ, obediebant ei.

[o] *Præterea*] ibi dicitur quod delegata causa intelliguntur mandata ea, sine quibus causa expediri non potest.

[p] *Recedite*] ibi dicitur quod tangere immũdum, est consentire peccato alieno, exire autem

Digitized by Google

tem ab immundo, vel recedere, est facere, quod pertinet ad correctionem peccantis.

q *Quod prædecessor*] ibi excusatur Bonifacius martyr missus ad Francigenas excommunicatos super hoc, q̃ cum illis conuersatus est, & eis communicauit, non tamẽ consentiens peccatis eorum.

r *Cum voluntate*] dr̃ etiã ibi q̃ ab excommunicatis, alienarum rerum detentoribus, vel raptoribus possunt fratres Prædicatores eleemosynas recipere, eo q̃ in prædicationib', & cõfessionibus quasi geriẽt negotiũ spoliatorum. Sed nũquid poterunt ad eandem mensam cõedere cũ eis? Respondeo; credo quod non, si alias possunt sibi prouidere; eleemosynas tamen possunt accipere ab eis, etiam si aliunde possint sibi prouidere. Quid si nihil proficiũt quia induratum est cor raptoris, vel Tyranni? Respondeo; etiam si nihil proficiunt, quãdiu tamen sperant de profectu probabiliter, possunt ab eis eleemosynas recipere, alias nõ.

s *Cõmunicat*] in locutione, orõne, & similibus.

t *Scienter*] quid si sciat habitu, & non aduertat actu, numquid peccat, aut incidit in excõmunicationem? Respondeo, si per subreptionẽ hoc faciat, & subito, dum nõ aduertit, credo q̃ excusabilis sit quoad peccatum, & quoad excommunicationẽ. Sed pro quanto quis scire aliquem esse excommunicatũ? Respondeo; de hoc dic secũdum quod infra §. proximo in fi. habetur; & adde his, quæ ibi dicuntur, q̃ nõ est probabilis ignorãtia, si ignoretur, q̃ publice fertur a vicinis; aut cum est in parochia, in qua aliquis eo tempore publice denunciatus est excommunicatus; aut si dicat se ignorasse sententiam Episcopi proprij, vel quod publice factum est in prouincia. 12. q. 2. qui & diuinis. 16. dist. quod dicitis. adeo posset quis tantum esse remotus à suo Episcopo, vel a loco publicationis sentẽtiæ, & tã posset esse recens publicatio, quod probabilis esset ignorantia. non est autem probabilis secundum leges, si ignoretur qd̃ publice promulgatũ est, quãdo elapsi sunt duo menses à tempore promulgationis. auth. vt factæ nouæ constit. circa prin. Credo etiam quod Iudex, qui iudicat ex præsumptionibus, posset q̃que iudicare aliquam crassam ignorantiam esse, & per consequens aliquem esse excommunicatum, sicut econuerso quandoque, iudicaret probabilem ignorantiam, & per consequens illum non esse excõmunicatum. Quid si scio te esse excommunicatũ, & tamen nihil sciens de aggrauatione sententiæ tibi communico, & nullo modo communicarem, si scirem aggrauationẽ, numquid incurro excommunicationem maiorem? Respõdeo; credo quod nõ; sicut enim non incurrit minorẽ excõmunicationem, qui communicat cum excommunicato simpliciter, nihil sciens de excommunicatione eius, ita maiorem excommunicationem non incurrit ille, qui communicat cum excommunicato, & cum communicantibus sibi, nihil sciens de illa aggrauatione. In vtroque tamen casu distinguendum inter probabilem ignorantiam, & crassam; vt probabilis excuset ab excommunicatione, tam maiori, quam minori communicantem; crassa autem, & supina non excusat. Quid si Episcopus excommunicet omnes vsurarios suæ diœcesis, aut sacrilegos; aut Abbas omnes monachos suos, qui proprium habuerunt, aut vitium sodomiticum, aut aliquid tale commiserint, numquid, si aliquis huiusmodi subditorum, inciderit in factum taliter damnatum, statim incidet in excommunicationem? Respondeo; si feratur huiusmodi sententia excommunicationis in illos, qui cõmiserint tale crimen, vel tale, nõ credo quod qui commiserint incidant in illam excommunicationem, donec sciant huiusmodi sententiam latam esse, vel super hoc laborent ignorantia crassa, & supina; si autem sit lata huiusmodi sententia in illos, qui ante latam sententiam talia commiserant, illi, qui hoc commiserant, ligantur per huiusmodi sententias, & indigent absolutione, licet prælatus peccauerit taliter sententiando, si hoc fecerit admonitione non præmissa: huiusmodi tamen excommunicati non peccant, si non gerunt se pro excommunicatis, aut si celebrant, vel ministrant in suis officijs, quamdiu probabiliter ignorant huiusmodi sententiam latam esse.

u *Si nouit*] ignorantia enim iuris non excusat

expressum iure nouo ext. eod. t cum voluntate. quam vide infra inter nouas const. consulo tamen talibus, quod non laxent in hoc habenas, sed cum dolore; & ita discrete hoc faciant, quod aliorũ corda, qui forte ipsorum intentiones ignorant, quantum in eis est non lædantur.

§. 40. Quid si aliquis communicat excommunicato in casu non concesso, nũquid peccat mortaliter, credo quod sic, si s scienter t communicat ei, & in casu non concesso, vt dictum est, maxime u si nouit ius, vel si est clericus: de talibus enim ait Nicolaus illos, qui studio suo

sat in talibus, nisi illos, qui non sunt doli capaces: & ponitur hic, maxime, aggregatiue, non inclusiue.

x *Contemptu*] contemptus hic appellatur ir reuerentia, & iniuria, quam quis habet circa ea, quæ prçcipiũ tur ei, vel prohi bentur.

obligantur, x ex contemptu interdicta nostra postponunt, nisi digna satisfactione præueniente volumus à te prorsus absoluí. 11. q. 3. excellentiſsimus. in fi. Item Vrbanus eos, q aut sponte, aut negligenter inciderint, sub ea volumus disciplinæ coercitione suscipi, vt cæteris metus incutiat. 11. q. 3. c. vlt. & est expressa decr. Innocen. cuius verba sunt hæc: distinguimus, vtrum is, qui y communicat excommunicatis inuitus, sit z per coactionẽ astrictus, aut a per metum inductus: in primo casu, talem credimus excõmunicationẽ non teneri, cum magis pati, quã agere videatur: in secundo vero, licet metus culpam attenuet, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatũ incurrere, talẽ excommunicationis labe credimus inquinari. ext. quod metus causa. sacris, & ad idem. 32. q. 5. b ita ne. Plerique tamen c dicunt contrarium, volentes blandiri peccatoribus instragem magnam, & periculum animarũ.

§. 41. Peccat etiã excõmunicatus, si ingerat se communioni rentia exhibeatur sine obsequio corporali, ex hoc solo non incurritur minor excommunicatio, vel maior, quia hoc facere non est ei communicare. Ad secundum dic, quod si propter familiaritatem expressam in c. 11. q. 3. quoniam multos. cõmunicat quis excommunicato, non incurrit minorem excõicationem, vel maiorẽ. idẽ etiam credo de eo, qui communicat pp metũ, qui potest cadere in cõstantem virum, maxime secundũ opinionem quorũdam, & quæcumque causa excusat cõmunicantem cũ excommunicato absque grauamine sententiæ, excusat inquam à minori excommunicatione; excusat etiam à maiori communicantem cũ excõmunicato cũ participantibus sibi, nisi à proferente sentẽtiam aliud sit expressum. pudor autem, vel familiaritas, quæ nõ est expressa in prædicto canone, non excusat participãtem cum excommunicato à minori, vel à maiori excõmunicatione. Item nũquid licet scribere excommunicato? Respondeo; in casu, in quo licet loqui, licet & scribere: cum tamen ei scribitur, non est salutandus in litteris, sed loco illius accusatiui, salutem, qui solet poni in litteris, ponitur hæc oratio, spem cõsilij sanioris: sicut cum quis salutatur ab excommunicato, non debet salutare eum, ne sic communicet ei loquendo in casu non concesso; sed potest dicere: Deus emendet, vel cõuertat vos, quod dicere non est salutare ipsum, sed potius ipsum de sua culpa arguere, & ad impetrãdam suam absolutionem mouere, quod licitũ est.

y *Cõmunicat excõmunicatis*] hæc decr. secundum Tancr. intelligitur de illo, qui communicat in crimine ipsi excommunicato.

z *Per coactionẽ*] absolutam scilicet.

a *Per metum*] hoc intelligunt quidã de metu; qui non cadit in cõstantem virũ. excusat, vt dicunt, ne sic communicans cũ excõicatis excommunicationẽ incurrat minorẽ: & ita vr sensisse H. 11. q. 3. quoniã multos, & hæc opinio vr humanior, & verior; cum casus necessitatis excuset ĩ talibus, & etiam casus vtilitatis, quod minus est: Magister tamen videtur hic sentire quod nullus metus excusat, quin excommunicans cum excomunicatis in locutione, oratione, & similibus incidat in excommunicationem minorem.

b *Ita ne*] ibi dicitur: debet quis potius quẽlibet mala tolerare, quam tali malo consentire, idest peccato mortali. Quid si assurgat, vel reuerentiam exhibeat excõicato, aut inclinet ei salutanti, aut moueat labia quasi resalutans eum, cum tamen nihil dicat, numquid eo ipso incurrit excommunicationem minorem, aut maiorem, si est excommunicatus cum participantibus sibi? Item numquid excusatur à minori excommunicatione ille, qui propter metum, aut familiaritatem communicat cum excommunicato, & cum communicantibus sibi? Respondeo; ad primum dic, quod cum pœnæ non sint extendendæ, si excommunicato assurgatur, vel exterior reue-

c *Dicunt contrarium*] & male, si hoc dicunt de illo, qui communicat in casu non concesso, quod non facit, qui iusto metu coactus communicat, vt dictum est.

d Si

aliorũ. 6. q. 2. [d] si tantũ. ext. de cler. excom. min. illud. circa finẽ. vers. excommunicato non vitare multo magis, quam non vitari periculosum existat: [e] non vitare siquidem (cũ in eo sit) excommunicatus, sine delicto [f] non potest: sed cum ex alijs pendeat, sine suo delicto poterit non vitari.

§. 42. Item quæritur vtrum excommunicatus possit aliquo tempore intrare ecclesiam. Item, si intrauerit, an omnes alij teneantur exire statim. Item, vtrum sacerdos indutus ad missam similiter teneatur exire. Item, vtrum clericus excommunicatus possit dicere officium suum saltem extra ecclesiam. Item, si vnus socius in hospitio, vel in claustro sit excommunicatus, vtrum alij teneantur statim exire, an possint ei communicare. Solutio ad primum dicas [g] quod excommunicati maiori excommunicatione, vel interdicti, siue suspensi [h] ab ingressu ecclesiæ nullo tempore debent [i] intrare ecclesiam, quãdiu sunt in sententia. arg. 33. q. 4. vir cum propria. dist. 21. [k] cleros in fin. si vero est excommunicatus minori excommunicatione tantum, tutius facit, [l] si non intrauerit, antequam sit absolutus: si tamẽ intrauerit causa orandi, non videtur peccare, quia non est remotus, nisi à sacramẽtis; immo forte potest intrare ad horas, dum tamen non [m] ad missam: sed primum securius est, vt dictum est. Ad secundum autem dico, quod excommunicato intrante ecclesiam, si manifestum est eum excõmunicatum, debent statim [n] exire omnes. 11. q. 3. [o] sicut Apostoli. 24. q. 1. [p] omnis qđ ostiarij hoc habẽt officium, vt fideles recipiant in ecclesias, & respuant infideles.

l *Non intrauerit*] dum tamen hoc faciat ex reuerentia.

m *Ad missam*] credo sine prẽiudicio q̃ & missæ poterit interesse, dum tñ ibi nõ cõmunicet, quia minor excõicatio non separat, nisi à participatione sacramentorũ, quæ in sola perceptione cõsistunt. vt ext. de cler. excom. si celebrat. H. tñ notauit 11. q. 3. si inimicus. qđ etiam ab introitu ecclesiæ separat, q̃ non credo: satis tñ credo qđ huiusmodi excommunicatus pacẽ non debet recipere cum alijs post Agnus Dei, quia osculum illud succedit loco cõmunionis eucharistiæ.

n *Exire*] vel p̃curare, q̃ exeat ille.

o *Sicut Apostoli*] ibi dicitur: si quis cum excõmunicato scienter in domo fuerit locutus, vel orauerit, cõmunione priuetur.

p *Omnis qui*] ibi dicitur, quod beatus Ioannes Euangelista exiuit de balneis illotus, ad quæ venerat, vt lauaretur, dicens; fugiamus hinc,

d *Si tantum*] ibi dicitur, quod si Episcopus reputauerit aliquem de suis subditis excommunicatum pro peccato occulto, ille subditus non debet se ingerere communioni illius, licet alij possint ei cõmunicare, donec cõstet eis de crimine.

e *Non vitare*] tã excõicatos, quã alios; quia excõmunicatus excommunicatum alium vitare tenetur; quia quãuis sit excõmunicatus, nõ propter hoc exemptus est à canonicis institutis.

f *Non potest*] ex hoc patet, quod excõicatus, licet occulte, peccet, si intrat ecclesiã, vel aliorũ communioni se ingerat, licet q̃dam dicant contrarium, & male, vt credo, excusantes talem per hoc, quod dicunt, quod non tenetur reddere se notabilem de excommunicatione occulta, quod faceret, si vitaret communionem aliorũ; quia cum alij nõ debeant eũ prodere, vitando eũ in publico, multo fortius nec ipse tenetur se p̃dere, vt dictum est: sed nõ est simile; quia non est in potestate alterius eũ corrigere, taliter eum vitando, sed in potestate ipsius est, vt se corrigat, & absolutionẽ impetret.

g *Quod excommunicati*] siue occulti sint, siue manifesti.

h *Ingreßu*] secus esset, si essent suspensi ab officio tantum, vel interdicti à sacramentis Ecclesiæ tantum; quia tunc posset orare in ecclesia, & audire diuina ibi.

i *Intrasse*] ad orãdum. forte secus esset, si intrant ad transeundũ per eã ad aliũ locũ vltẽriorẽ, dum tamen non celebrentur ibi diuina.

k *Cleros*] ibi dr,

Digitized by Google

hinc, ne balnea corruant, in quibus lauatur Cherintus inimicus veritatis.

q *Proditio*] manifestatio excommunicationis occultæ.

r *In publico*] in publico tamen vitandus est occulte excõicatus, & quantũ ad locutionem, & omnem aliam participationẽ, quantum potest vitari, ita quod nõ prodat alijs, vel reddatur notabilis ex illa vitatione.

s *Cum non ab homine*] ibi dicitur de excommunicato, quod vitãdus est tantum in occulto, nondum denũciato si occulta est eius excommunicatio.

t *Verum esse*] scilicet quod nõ debet dimittere officium.

u *Finito*] idest postquam finierit canonem, & receperit communionem.

x *Exeat*] antequam dicat post cõionem &c.

y *Relatum*] ibi dicitur: quale erit sacrificium eius, cuius nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur?

z *Dicere*] per se solum, quia alius non debet secum communicare in oratione.

a *Quod in te*] ibi dicitur quod tẽpore generalis interdicti clerici in cõuentualibus ecclesijs, duo simul, vel tres horas canonicas valeant legere potius, quam cãtare.

b *Vitetur vbique*] non credo, quod excommunicato intrante claustrum, vel domũ alienam, propter hoc teneantur alij exire; cum etiam notauerit H. 11. q. 3. excommunicatos. qui. si est occultum, si qui sunt, qui sciant, secrete eum excommunicatum, exibunt, si possunt caute, ita q̃ non timeatur scandalum, vel q proditio, alias nõ exibunt, quia in secreto debent illũ vitare, & non r in publico. 6. q. 2. si tãtum. ext. de sent. excom. s cum non ab homine. Ad tertium dicũt plerique, quod sacerdos, si incepit missã, non debet dimittere, quia non debet relinquere officium inexpletum. 7. q. 1. nihil. vel dicas hoc t verum esse de plano, si est occultum; sed si est manifestum, moneat eũ publice, vt exeat si nõ vult exire, & nondum inchoauit canonem, potest dimittere. arg. 24. q. 1. omnis qui; si vero inchoauit canonem, & postea intrat ecclesiam excommunicatus, vel postea videt eum, quem prius non viderat, licet in ecclesia esset, procedat, & terminet, eo tamen, u finito canone, admonito, vt x exeat. de cons. dist. 2. y relatum. Ad quartum dico q̃d potest, & debet clericus excommunicatus z dicere horas extra ecclesiam orando, & in silentio. arg. 11. q. 3. si quis Episcopus. 2. ext. de pẽn. & rem. a quod in te. Ad quintum, & vltimum dicas, sicut dixi in secundo, vt distinguas, vtrum sit occultum, & tunc vitetur in occulto, & non in publico, an manifestum, & tunc b vitetur vbique.

§. 43. Hoc tamen notatur, quod tunc dicitur quis scire aliquẽ excommunicatum, cum vidit illum verberare clericũ in casu quod scholaris, qui habet socium excommunicatum in domo, nõ tenetur exire, sed potest remanere in eadem domo, dum tamen non communicet ei in cibo, in potu, vel loquela, & huiusmodi. Credo etiam quod huiusmodi scholaris potest cõtra eum agere, velq̃d exeat a domo, vel faciat se absolui. Quid si hospitatus sim in domo aliqua, & superueniat publice excommunicatus, nũquid teneor exire, aut surgere de mensa, si ingesserit se ad illã? Respondeo; reuera surgere teneor de mensa, nõ obstãte scãdalo ipsi', vel aliorum, si forte inde scandalizẽtur, quia,

Scandala nõ vitent Doctor, Iudex bene viuens.

si autẽ esset occulte excommunicatus, non teneor surgere, si nõ possẽ surgere sine nota ei'. In illo autem casu, scilicet cum est publice excõmunicatus, non teneor exire de domo, in qua receptus sum, ipso superueniente, dum tñ habere possim locũ seperatum, ita q̃d nõ oporteat me in aliquo cõmunicare cum eo; si tamen non timeo ex hoc scãdalum infirmorum. Item credo quod licet sciam aliquem publice excommunicatum receptum esse in aliqua domo, q̃d possum ibi recipere hospitium, si tantæ capacitatis est locus, quod omnino possum communionem eius vitare, alias non: nec est contra quod dictum est de beato Ioanne, quia vel supererogatio fuit, q̃d fecit, vel timebat

Digitized by Google

timebat ſcandalum infirmorum, vel non poterat ibi omnino declinare à cõione eius. Si autem publice excõmunicatus recipiatur ad menſam, ſi recipitur tamquã excommunicatus, ita q̃ paratur ei mẽſa ſeorſum, & vitatur in oĩbus, præterquam in neceſſarijs; aut ſi etiã recipiatur tamquã quilibet alius non excommunicatus, non teneor ſurgere, vel domũ relinquere, ſi recipiatur in tali loco, vel ad talem menſam, & tam remotam, quod merito iudicari poſsit; quia ego, vel illi, qui ſunt ad eandem menſam mecum, non comedunt, vel non communicant cum illo excommunicato: non teneor inquam, niſi timeã ſcandalum infirmorum non intelligentium conſcientiam meã. Quid ſi veniam inuitatus, vel citatus ad aliquod feſtum, vel epulum, & inuenio ibi aliquem, quem ſcio publice excommunicatum, numquid teneor recedere? Reſpondeo q̃ ſic, ex quo nõ debeo ibi epulari, quamdiu eſt ibi; licet ſedeat ad aliã menſam, quam ego, vel comedat in alia camera, quã ego, qa omnes taliter inuitati, aut etiam ſine inuitatione, conuenientes ad huiuſmodi feſtum, vel epulum, inuicem ſibi communicare dicendi ſunt, ſiue comedant ad eandem menſam, ſiue ad diuerſas: nec eſt ſimile de iſto caſu, & de proximo precedente.

nõ cõceſſo,[c] vel ſimile vel erat præſens, vel etiã audiuit ferri ſẽtentiã,[d] vel ipſemet excõmunicatus, vel prælatus excõicati ipſi[9]; maxime[e] ſi ſit Eps, dixit ei, vel eſt[f] publica fama ipsũ eſſe excõicatũ; alias pp leuẽ famã nõ debet ſibi formare conſcientiam. 22.q.5.

[c] *Vel ſimile*] vt falſare litteras Domini Papę.

[d] *Ipſemet*] quid ſi dicatur mihi hoc in cõfeſſione, numquid teneor eum vitare ſaltem in occulto? Reſpondeo, quidam dicunt, quod nõ: quia non ſcio hoc ſicut homo, ſed ſicut Deus. vt ext. de off. ord. ſi ſacerdos. quia dicũt quod non tenetur quis vitare excommunicatum, niſi ſciat vt homo eum eſſe excommunicatum: & ne odioſa reddatur confeſsio, ſi taliter confitens vitetur, etiam in occulto, ſiue in cibo, ſiue in potu, ſiue in alijs. Alij dicunt quod in hoc caſu vitandus eſt. arg. 6.q.2. ſi tãtum. vbi notauit H. quod ſeruandum eſt, quod ibi dicitur, ſiue Epiſcopus ſciat per confeſsionẽ, ſiue alio modo crimen ſubditi ſui. Si autem excõicatus extra ſigillum confeſsionis dicat mihi ſe eſſe excommunicatum, ſecundum homines teneor eum vitare in occulto, non in publico, niſi ſit publice excommunicatus.

[e] *Si ſit Epiſcopus*] idem credo, ſi ſit eius Archidiaconus, vel ſacerdos proprius, qui hoc dicat denunciando illam ſentẽtiam; vel ſi dicat quod excommunicauit eum. ſed diſtinguendum eſt, quia ſi eſt caſus, de quo conſueuit ſacerdos excommunicare, credendum eſt ei de hoc, ſi dicat qd̃ eum excommunicauit auctoritate propria, vel auctoritate ſuperioris: ſi autẽ dicat ſe excõmunicaſſe parochianũ alienum auctoritate ſuperioris, non teneor ei credere, ſi probabiliter dubitẽ de mandato, præſertim ſi non dicat mihi hoc denunciando excõmunicationem, ſed loquendo in cõi locutione: tantę enim poſsent eſſe inimicitiæ inter Epm vel ſacerdotẽ, & parochianũ ſuũ, quem dicit ſe excõmunicaſſe ille Epus, vel ſacerdos, quod non tenetur ei credere, nec illũ vitare, niſi alio modo, quam per verbũ illius, conſtaret mihi de illa excommunicatione. Si autẽ dicat mihi, vel Epiſcopus, vel ſacerdos, quod vidit parochianum ſuũ occulte facientem aliquid, propter quod incidit in excommunicationem, ſiue credam, ſiue non credam, non tamen teneor talem vitare in publico, nec in priuato, quantum ad vitandum periculum minoris excommunicationis; & multo fortius, ſi alius dicat mihi hoc; quia tamen qui excommunicatus eſt, peccat cõmunicando cum alijs in caſu non conceſſo, ſi credam probabiliter aliquem eſſe excommunicatum propter factum occultum, in quem nõ eſt ſententia publicata, non debeo me ingerere cõmunioni eius, ſi hoc poſſum vitare ſine ſcãdalo, & peccato, & hoc non propter metum minoris excommunicationis, ſed ne dem ei occaſionem peccandi communicando mihi.

[f] *Publica fama*] hoc intelligo verum eſſe, quando publica fama eſt, quod ſit publice excommunicatus, vel quia notorie fecit aliquid, ex quo incidit in excommunicationem maiorem; tunc enim, non ſolum ſi publica fama eſt ipſum eſſe taliter excommunicatum, teneor eum vitare, ſed ſi audio à fide dignis, quod audierũt eum in eccleſia denũciari excõicatum, vel viderunt eũ notorie feciſſe aliquid, ex quo incidit in excõicationem, teneor eũ vitare, tã in publico, quã in priuato, donec quæſierim ſuper hoc plenius veritatem; ſi tñ per alios poſsim certificari ſuper hoc: quia ex quo agitur de publica, & notoria excommunicatione, poſſum timere, ne in hac parte laborẽ craſſa ignorãtia, quæ nõ excuſat; & qa ij, qui nõ interſunt denũciationi, quę fit in eccleſia, vel hmõdi facto notorio, hoc modo veniunt ad notitiã excõicationis huiuſmodi, inquirendo etiã, & audiendo ab alijs, qui interfuerũt. Quid ſi non poſsũ certificari per alios, qa forte ſum Pariſijs, & excõicatio fuit publicata Romę? R. nõ vitabo eũ in hoc caſu. Sed nũ-

quid teneor ab eo inquirere? Respondeo; credo ꝙ sic, si probabiliter credo quod dicat mihi veritatē, & maxime si credo quod laboret ignorantia iuris; alias nō teneor, præsertim si credam quod ex huiusmodi interrogatione scandalizetur. Si autem audiui ab aliquibus, etiā si de dignis, aliquē esse excōicatum ex occulto facto absque publicatione sententiæ, numquid teneor de hoc inquirere? Respōdeo; nō teneor ab alijs inqrere, sed nec ab ipso, nisi sit talis, quod credatur laborare ignorantia, quia nescit esse peccatum, quod se ingerit communioni hominum: & tunc, quamuis non teneat inquirere de facto eius, vel excommunicatione, teneor tñ instruere eum, ne ingerat se cōmunioni hominum, si sit excōicatus: si autem publica fama est aliquem esse excommunicatum ex facto occulto, cōtra quē non est publicata sententia super hoc, nō teneor talē vitare, nisi tunc demū, cū super hoc se purgare recusauerit, vel in purgatione defecerit. & in hoc casu loquitur. ext. eod. cū desideres. §. secūdæ qōni. arg. ad hoc. ext. eod. si vero aliquis. 2. ext. de hæretic. ad abolendā. vers. qd vero.

[g] *Hoc videtur*] ibi dicitur, quod ille scit, qui oculis aspexit, & cui ille, qui fecit, indicauit.

[h] *Cum desideres*] ibi dr: si fama est publica aliquē verberasse clericū, vitandus est, donec se purgauerit, vel super hoc fuerit absolutus.

[i] *Primo*] ibi dr: nullum iudicetis suspicionis arbitrio, sed primo probate, & postea ferte sententiā charitatiuā. Quid de illo, quē audiui publicare excōicatum, vel vidi incidere in canonē, sed postea non video eū vsque ad annū, vel bienniū, teneor ne eū vitare, donec cōstet mihi de absolutione eius? Rñdeo, si est, aut creditur esse homo timoratæ conscientiæ, nec immemor suę salutis, & maxime si eo tpe, quo constitit mihi de excōicatione eius, seruabat sententiā, modo autē non seruat, possum probabiliter credere, ꝙ sit absolutus, & ei cōicare. arg. ext. de off. ord. ex parte. verū Eps, licet non sit certus, ꝙ subditus suus impetrauerit veram absolutionē à curia, nō compellitur eū vitare, licet possit ei purgationē indicere. Si autem prauus, & discolus erat hmōi excōicatus, nec seruauit sententiā, credo eum esse vitandū, donec probabiliter præsumatur de ei⁹ absolutione: vitandū dico, sicut ante ab initio, idest si in publico, in publico; si in occulto, in occulto. Itē qd si audiui aliquē publicari Parisijs, postea inuenio eū Bononiæ vbi nihil scit de eius excōicatione, teneor ne eū vitare publice, & sic reddere eū notabilem de excōicatione illa, forte cū magno eius præiudicio, & damno? Respondeo. H. notauit. 5. q. 1. quidā. ꝙ

cū, quæritur si aliqui ratione officij sui, puta cātor, sacrista, ostiarius, & similes. item si clerici seniores [l] zelo deuotionis pueros [m] adolescentes in [n] minoribus ordinib⁹ qñ solus scio ali quē esse excōicatū, nō teneor eū vitare in publico. In casu autē proposito teneor eum vitare publice, etiā vbi nihil scitur de eius excōicatiōe; nec fit publicū crimen eius, cū alibi sit publicatum, etsi nō ibi, vbi nunc inuenio eū. Pōt benignius dici, qđ si possum facile probare excōicationē, quam audiui publicari, q a forte habeo testes, vel instrumentum ad hoc probandū, teneor eū vitare, vbicūq; eū inuenio: si aūt probare nō possum, nō teneor eū vitare publice, nisi inueniā eū in eadē diœcesi, in qua audiui sententiā publicari. arg. ad hoc ext. q matri. accus. post. cū i tua.

[k] *Si quid vero*] ibi dr ꝙ si qd de quocūq; clerico siniſtrū peruenerit ad prelatū, nō facile credat. Quid đ illis, q afferūt venalia đ mercatis excōicatis publice, nūquid vitādi sūt ab illis, qui viderunt afferre eos inde aliqua venalia? Itē nūquid, si simplices sunt, excusat eos ignorantia, qui ibi vendiderūt aliquid, vel emerūt? & nūquid licet comedere de reb⁹ ibi emptis? Rñdeo, si pōt mihi cōstare per responsionē talium, vel per alios, ꝙ tales emerunt, vel vēdiderunt in tali mercato, debeo tales publice vitare, alias nō teneor, nisi eos inuenero, vbi dicuntur cōparasse, & vbi notoriū est, ꝙ ibi comparauerūt; q a bene pōt esse aliqd notoriū in vno loco, ꝙ nō est notoriū in alio loco non tñ pp hoc solū teneor eos publice vitare quia video eos afferētes venalia, quæ ibi empta fuerint, nisi cōstet mihi ꝙ ea cōparauerint ibidē. Ad scđm dic, ꝙ ex quo sententia lata ē in partibus illis, adeo ꝙ nō possūt ꝓbabiliter ignorare, nō excusat eos crassa ignorantia, q n sint excommunicati. Ad tertium dic, quod de cibis taliter emptis potest quilibet comedere, maxime qui non fuerit in culpa comparandi.

[l] *Zelo deuotionis*] quid de sacerdote, qui Goliardum turpiter iurantem percutit zelo Dei? Rñdeo, si talis ē Goliardus, qui adhuc gaudet priuilegio clericali, incidit in canonē, nisi ille Goliardus sit in minorib⁹ ordinibus cōstitut⁹, & ptineat ad ei⁹ correctionē, vel turbet diuinū officiū, vel in alio casu cōcesso ꝓcutiat eū.

[m] *Adolescentes*] à 14. anno vsque ad 26.

[n] *Minoribus*] ergo nō sacris. Secus si in sacris.

• Le-

constitutos, turbantes diuinũ officium, ° leuiter P correctiõis causa percusserint. Item si q aliqui clericos de familia sua, vel r propinquos s inferiorum graduum simili modo, vt cohibeantur à suis insolentijs, & sciẽtia, bonisque moribus informentur, duxerint corrigendos, quæritur inquam, vtrum tales sententiam excõicationis incurrãt. Ad hoc, quicquid iure antiquo notatum fuerit, vel distinctũ, dicas iure nouo, quod non sunt excõicati. ext. eod. cũ vo

lũtate. §. si qui vero. & ꝛc. supra eod. §. vtraq; excõicatio. vers. cũ bono zelo. cõsulo tñ omnibus, vt ab hmõi iniectionibus arceant manus suas, ne, dũ ꝓp nimiã pronitatem, occasione vel t excess9, u uel corruptæ intentionis in culpã, uel sententiã incidant; & x ꝙ prouisum est ad concordiã, tendat ad noxam.

§. 45. Item quid de pueris, qui, dum esset impuberes, iniecerũt manus uiolẽtas in clericos, postea facti iam puberes petũt absolutionem, numquid po

vel exire de claustro in apostasiã, aut intrare ad scortum, aut ad aliud flagitiũ, vel aliud facinus faciendum tenuero modico tpe inuitũ, & renitentẽ, manibus iniectis in eũ, cũ blanditijs verborũ, & citra iniuriã percussionis, non credo incidere i in canonẽ: quanto autẽ tpe possum eũ detinere taliter inuitum, arbitrio boni viri limitandũ est, & secundum qđ inspirauerit charitas.

t *Excessus*] notabilis intelligo nõ enim credo, ꝙ si huiusmodi personæ, aut magister in corrigendo discipulũ excedit aliquantulum modum, propter hoc incidit in canonẽ, nisi hoc faciat ex malitia, & proposito.

u *Corruptæ*] vt quãdo fit libidine vindictæ omnino, vel partim zelo correctionis, & partim libidine vindictę, vel alterius iniustæ causæ; quia tunc modicum fermenti totã massam corrumpit. Quid de illo, qui à clerico secum ludente grauiter percussus, & propter hoc motus sine deliberatione repercutit eum fortiter in continenti, iratus, animo vindicandi se, hoc non facturus, si plene deliberasset, numquid incidit in canonem? Respondeo; ex quo libidine, & per irã repercutit eũ, & non iocosa leuitate, nõ potest dici, quod sine deliberatione percutiat, vnde incidit in canonem. Si autem nec se vindicare, nec iniuriari intenderet, tunc non incideret. Quid de illo, qui iocosè percussus à clerico, sed grauiter, repercutit eum, tamen iocosa leuitate, sed cum ira, numquid incidit in canonem? Respondeo; licet in hoc casu interueniat ira, ex quo tamen secundum conditionem ludi repercutit eum sine dolo, non incidit in canonẽ: ea enim cõditio videtur ludentium, quod grauiter percussus percussorem suum grauiter percutere potest, ne inferior videatur in ipso ludo, aut minus strenuus.

x *Quod prouisũ*] verba sũt Leonis 45. dist. licet.

• *Leuiter*] ergo secus, si grauiter. quæ tamen leuis debeat dici percussio, arbitrio boni viri limitandum est.

P *Correctionis causa*] quid si percutiens, dum percutit, nec aduertit actu, nec cogitat đ correctione, sed solam culpã attendit delinquẽtis, nũquid incidit i canonẽ? Respondeo; etsi de correctione non cogitet in actu, si tñ hunc finẽ habet in animo, & habet in habitu, credo quod non incidit in canonem. Quibusdã etiam placet, ꝙ si de correctione nõ cogitet actu, vel habitu; ex quo tñ talis est persona, ꝙ habet auctoritatẽ à iure percutiendi, & culpa subest, ꝓpter quã meruit percuti, quẽ percussit, nõ incidit percutiens in canonem. Vnde secũdum eos, percutere causa correctionis, est percutere ꝓ culpa digna correctione. licet autẽ hæc sententia videatur benigna, non tamen videtur secura.

q *Si aliqui*] siue clerici, siue laici.

r *Propinquos*] licet non sint de familia.

s *Inferiorum*] hoc referendum est ad clericos, & ad propinquos: & appellat minores gradus inferiores ordines. In magistro vero respectu scholarium nõ distinguitur inter cõstitutos in minoribus, & maioribus. Nũquid distinguendum est in patre, & matre respectu filij? Respondeo; credo ꝙ non licet eis verberare filios in sacris ordinibus, etiã causa correctionis. Vincẽtius tñ notauit. ext. eod. super eo. quod inferiores diacono licitũ est eis verberare causa correctionis, non diaconos, vel sacerdotes: sed verius credo quod primo dictum est. Quid si fratrem meum eiusdem religionis, vel alterius, aut clericum aliquem paratum facere flagitium aliquod teneo violenter zelo Dei, ne faciat illud, quod tamen nullo modo pertinet ad correctionem meam? Respondeo; si talem volentem irruere ad percutiendum aliquem, vel interficiendum illicite,

Digitized by Google

teſt Epiſcopus tales abſoluere? Reſpõdeo; poteſt iure nouo. ext. eod. pueris. quam v. infra inter nouas conſtitutiones. Quid de his, qui magnæ potentiæ ſunt, & ita delicati, vel debilitati, q̃ laborem eundi ad curiam [y] nequeunt ſuſtinere? dic quod Papa eſt conſulendus, intimatis ſibi circumſtãtijs criminis, & perſonæ; & iuxta ipſius conſilium erunt corrigendi. ext. eod. mulieres.

§. 46. Quid ſi aliquis non percutit clericum, ſed ſpuit ſuper eum, vel effundit ſuper eum aquam, vel oleum vel ſimile? Itẽ quid ſi includit eum in domo, claudendo ſibi oſtium, vel ponendo ibi armatos ad capiendum eum, ſi exierit de domo. Item quid ſi inuenit eum in via, & accepit equum per habenas, vel aliud ſimile, vel rumpit cingulum ſellæ, vt ſic vel cadat, vel inuitus deſcendat clericus: vel etiam non tangit in aliquo; [z] ſed minis, & terroribus facit eũ ſtare in vno loco in itinere, vel facit eum ſecum ire quaſi captum? Iſtos omnes ſentiunt quaſi communiter Doctores eſſe excommunicatos. ext. eod. [a] cum deſideres. circa fi. non enim refert quãtum ad hoc vtrum inijciat manus in eum, vel in rem ſibi taliter cohærẽtem: arg. [b] de Dauid, qui præcidit oram chlamydis Sauli: & [c] de Oza, qui apponẽs manum ad Arcam percuſſus eſt, & de re eccleſiæ cohærente, quę eodem gaudet priuilegio, quo & ipſa eccleſia. 2. q. 7. §. Item obijcitur. 17. q. 4. [d] ſi quis contumax. & hoc intelligas, vt in caſibus notatis ſupra eod. §. utraque excommunicatio. uerſ. item circa illud.

§. 47. Item, quid ſi aliquis iratus ueniat contra clericum eleuato pugno, uel uibret haſtam, aut enſem ſuper caput eius, quaſi eum percuſſurus, uel rũpit ueſtimenta eius, uel ſimile, uidetur qd incidat in canonem, quia peccat, & tenetur iniuriarum, de pæn. diſt. 1. [e] quiſquis re ius in re ſua ex interuallo.

[y] *Nequeunt*] de facili: quod ad arbitrium boni viri referendum eſt. ſi autem omnino nõ poſſunt, Papa non requiſito, poſſunt abſolui, ſicut notauit Alanus in c. mulieres.

[z] *Sed minis, & terroribus*] quid ſi ſine minis, & terroribus cleri cum deprehenſum in aliquo foro facto fecit ſecum inuitum ire ad iudicem? Reſpondeo; credo quod nõ incidat in canonem, niſi credat quod inuitus ducatur ille; & pp hoc, q̃ timet probabiliter eum, à quo ducit, aliter cũ eo taliter non iturus. Quid de illo, qui areſtat clericum aſportãtem res ſuas, vel alienas apud ſe depoſitas, & per violentiam auferet eas ipſo inuito? Reſpondeo; non credo quod incidat in canonem, ſi res illas ei auferat, dum eſt in aſportando, antequã aſportans ſe recipiat ad locum deſtinatum: ſi autem hoc fecerit ex interuallo, poſtquam ille peruenerit ad locum deſtinatũ, & adeptus fuerit illarum rerũ poſſeſsionẽ plene, & perfecte, in canonem incidit; quia non licet ei ſibi dicere ius in re ſua ex interuallo.

[a] *Cum deſideres*] ibi dr, q̃ qui captiuũ detinet clericũ, quamuis in eum manus inijciat, abſolutiõe tñ indiget, ſicut ille qui inijcit, & iſtud dictum habes in ſecunda antiqua collectione decretaliũ de ſententia excom. cum deſideres, q̃a hoc nõ adeſt in cõpilatione Gregorij.

[b] *De Dauid*] 1. Reg. 24.

[c] *De Oza*] habetur 2. Reg. 6.

[d] *Siquis contumax*] ibi dr q̃ debet excõicari, q̃ de porticibus eccleſiæ adhærẽtibus aliquem per vim extraxerit. Quid de illo, qui perſequit clericum fugientẽ, vt percutiat in caſu illicito, ſi clericꝰ fugiẽdo corruat, & lædatur, nec tñ alio modo percutiat ab illo. quid etiã ſi propter metum perſequentis de proximo præcipitet ſe in aquã, vel in aliud periculum ſe ingerat, vt euadat? Reſpondeo; in ſcdo caſu credo quod perſequẽs incidit in canonem, in primo non.

[e] *Quiſquis*] ibi dr, q̃ eadẽ ſeueritate voluntatẽ ſceleris, qua effectũ puniri iuraverũt: & loqtur de volũtate, quæ

quæ aliquo modo progreditur ad actum.

f *Si quis pulsatus*] non est, sed manus aduersus eum leuatæ sunt, & sæpe territus, quasi vapulaturus, non tamen percussus, iniuriarum actionem habet.

g *Si propterea*] ibi dicitur, quod qui non facit furtum, quia timet, ne iudicet intus in corde facit, & reus est furti, quamuis nihil tulerit. ad idē C. ad l. Cora. de sicar, vbi dicitur, quod qui ad necādum hominē cū telo ambulat, pœna legis Corneliæ de sicarijs coercea tur, sicut qui hominē occiderit.

h *Hæc autem verba*] ibi dicitur qđ hoc verbum, statuit, rem perfectam significat, & consumatam iniuriam, non inceptam tantum.

i *Iniurandi*] qđ de illo, qui accipiens clericum per caputium subtus barbam; & mouens illud, dicit: nisi esses clericus, percuterē te? Respondeo, si aīo iniuriandi, & per cō temptum hoc facit iratus, credo quod incidat in canonem, alias non.

k *Mandator pœnitet*] eadem est quæstio de illo, qui cōsuluit clericum verberari, & antequam verberaretur pœnitet de consilio, sed non potest reuocare.

l *Distinguit*] vt. ff. de furt. qui iniuriæ. Quid de illo, qui verberat clericū ignorās illū esse clericū? Rōdeo; si errat in persona, & volēs percutere Titium laicum, percutit Seium clericū, cum vtrumque cognoscat. dicit Alanus, quod incidit in canonem. Tamcred. notauit contrarium, & probabilius, nisi adeo esset crassa ignorantia, quod colorem excommunicationis nō haberet: si autē errat in qualitate, quia de isto, qui est clericus, putat quod sit laicus, si est crassa ignorantia, quia videt eum in habitu clericali, & cæteri habēt eū pro clerico, incidit in canonem; quia dissoluta negligētia prope dolum est. si non est crassa, quia videt eum in habitu laicali non gerentem se pro clerico; aut si habet clericalem habitū, reputat ludo esse impositū, vel assumptum, & habet probabilem causam hoc credendi, non incidit in canonem. ext. eod. si vero secundo. Si aūt dubitat vtrū sit clericus, vel laicus, incidit in canonem; cum in dubio teneatur vitare periculum. si autem nō constat vtrum clericus sit, vel laicus, dic quod si ita affectus est, & commotus, qđ si sciret eum esse clericum, nihilominus percuteret, incidit in canonem: si autem non percuteret, non incidit. Quid si sciat eum esse clericum, & percutiat eum non gerentem habitum clericalem, aut tonsuram, & forte coniugatum, vel negotiatorem, numquid incidit? Respondeo,

&, f si quis pulsatus. & g si propterea. sed contra: canon dicit si quis violentas manus iniecerit, sed iste non inijcit, ergo non incidit. Item quia hæc institutio, cum sit pœnalis, non est amplianda, sed arctanda; vnde verba in ea scripta cum effectu sunt accipienda. de pæn. dist. 1. h hæc autem verba. solutio. in primis duobus casibus non incidit: in tertio, scilicet de vestimentis, videtur quod incidat, si hoc facit animo i iniuriandi, cum ille tenet vestes supra se, per ea, quæ dicta sunt supra §. proximo; alias secus; scilicet si vestes essent ab eo separatæ, puta in pertica, vel alibi.

§. 48. Item pone quod aliquis verberat laicum, credit tamen verberare clericum. Item mandat aliquis alicui, vt ille verberet clericum; cum ille mandatarius recessit animo adimplendi mandatum, k mandator pœnitet, mittit nuncium post illum, vt reuocet mandatum, sed mandatarius, veniente ad eum nuncio reuocationis, iam impleuerat mandatum, quæritur vtrū incidit in canonem mandator. Item aliquis verberat clericū, qui tibi fuerat iniuriatus, tu hoc audiens gaudes, & habes ratum, quæritur vtrum incidas in canonē. solutio. ad primū dico, qđ licet regulariter in maleficijs attendatur intētio iuxta illud, voluntas, & propositum l distinguit maleficia, tamen iste nō est excommunicatus: hoc autem dico propter litteram canonis, quæ exigit actum, cū dicit: si quis iniecit manus violentas in clericum. Item quia dicit lex: si credens verberare Ti-

ſpondeo, credo quod non, niſi in quibuſdam caſibus notatis ſupra de apoſtat.

m *Dicunt quidã*] & bene, ſi ſufficienter pœnitet, & eſt in charitate; nullum enim exiſtentẽ in charitate ius ligare incipit vinculo excõmunicationis, qa hoc iniuſtũ eſſet, licet talis ab homine ligari poſsit, qui aliquando iniuſte ligat.

n *Si pater*] ibi dicitur, quod ſi filius habẽs mandatũ à patre manumittere ſeruum, manumiſerit eũ, neſciens mandatum eſſe reuocatum, cũ tamen eſſet reuocatum, nõ valet manumiſsio.

o *Si pœnituit*] ibi dicitur, quod ſi vir miſit libellũ diuortij vxori, ſi per ignorãtiam mutatæ voluntatis oblat' eſt, adhuc durat matrimonium.

p *Excommunicatus*] hoc non credo, ſi ante verberationem reuocauit quantum potuit, & ſufficiẽter pœnituit, vt dictum eſt.

q *Ex inſinuatione*] in hoc capitulo, & ſequenti dicitur, quod non valet, quod factũ eſt à procuratore, cuius procuratio reuocata eſt ante cauſæ ingreſſum.

tium, verbero Seium, non illi, quem verbero, teneor iniuriarum. ff. de iniur. cum qui. §. ſi iniuria. Ad ſecundum m dicũt quidam indiſtincte ipſum mãdatorem non incidere in canonem. arg. ff. de manu. vind. n ſi pater. ff. de diuor. o ſi pœnituit. Alij vero, cum quibus ſentio, diſtinguunt, vtrum mãdatarius, antequã perueniret ad eum reuocatio, verberauit, an poſt: in primo caſu eſt mandator p excommunicatus, in ſecundo non. arg. ext. de procura. q ex inſinuatione'. &, in noſtra præſentia. ext. de ſent. excom. r mulieres. in fi. Ad tertium dicit Alanus talem non incidere in canonem, licet alias peccet, quia in ſua ratihabitione non fuit niſi pura voluntas, quæ non proceſſit ad actum. Ioan. Galenſ. dicit idem, r ſi nomine eius non fuit clericus verberatus: ſed ſi nomine eius, & haberet ratum, incideret; dicit enim lex, quod factum alterius non poſſum facere meum per ratihabitionem, niſi ſit nomine meo geſtum. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & ſic intelligitur regula illa, ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. ext. de reſt. ſpol. cum ad ſedem. & de ſimon. ſicut. Fuerunt etiam alij, qui indiſtincte dixerunt illum incidere. Secunda opinio Io. Galenſ. t plus placet mihi.

§. 49. Quid ſi Epiſcopus ita ferat ſententiam: excommunico omnes, qui furtum fecerint, nũquid ſubditi ſui tantum incident in hanc ſententiam, an etiam alij vndecumque, dum tamen in ſuo Epiſcopatu furtum commit tant? ſolutio. dic quod ſi intendebat excommunicare omnes in ſuo Epiſcopatu delinquentes vndecumque eſſent, u omnes incident in excommunicationem. & idem videtur tenendum eſſe in dubio, cum ſcilicet nihil ſcitur de intentione ipſius: & hoc ideo, quia omnes tales ratione delicti fiunt ei ſubditi. Rz. ſupra eo. §. põt prælatus. & ſic

r *Mulieres*] ibi dicitur, quod illi, quorum mandato clerici verberantur, mittendi ſunt ad curiam abſoluẽdi.

r *Si nomine*] qd de illo, qui dicit amicis ſuis, vel familiæ, q vellet vindicari de tali clerico, & ſic illi verberant illum? Reſpõdeo, credo quod incidit in canonem, quamuis nõ verberauerint eum nomine eius, dũ tamen ea verba dixerit aĩo prouocandi eos ad verberandum ipſum.

t *Plus placet*] forte verius eſt quod ratihabitio facit, quod tantum peccat, quantum ſi ab initio mandauiſſet; ſed quantum ad excommunicationem incurrendam, non ſufficit, cum pœnæ ſint reſtringẽdæ. vnde credo qd prima opinio verior ſit.

u *Omnes incident*] ipſo exempto, & ſuperioribus ſuis, licet ibi furtum committant; quia inferior ſuperiorem ligare non poteſt. H. tamen notauit qd Archiepiſcopus in hoc caſu delinquens incidit in excõmunicationem; non tamen ligabitur ſententia Epi, ſed ſentẽtia iuris; quia incidit in factũ

iam

tam damnatum. quod non credo, sicut nec illud, quod idem notauit, quod si Archiepiscopus delinquat in parochia alterius Archiepiscopi, vel suffraganeorum eius, potest iudicari ab illo Archiepiscopo; vel suffraganeo illius in cuius episcopatu deliquit, dum tñ illud delictũ depositionẽ non inducat.

[x] *A nobis*] ibi dicitur, quod cũ Episcopus excõmunicat omnes illos, qui furtum fecerunt, per huiusmodi sententiã, non nisi subditi eius ligantur, nisi plus ei cõtulerit maior, & largior auctoritas delegãtis. Quid de excommunicationib', quæ pro furtis, vel damnis occultis fiunt sic: excõicamus oẽs illos, q̃ hoc furtum, vel damnũ fecerunt, & oẽs, qui de hoc aliqd sciuerint, nisi illud reuelauerit, numquid ille, q̃ qui hoc scit, quocunq; modo tenetur reuelare damnũ passo, vel alij? ℟. credo q̃ non tenetur reuelare damnũ; quia hmõi sententia intelligenda est de reuelatione facienda prælato ecclesiæ, non damnum passo. sed nec prælato tenetur reuelare ille, qui solus scit; immo tenetur non reuelare publice, sicut notauit H. de testibus synodalibus. 35. q. 6. Episcopus in synodo. & notatum est supra de iuram. §. quid de illo, qui compulsus. In hoc tamen casu credo, quod tenetur reuelare prælato ecclesiæ, vt ipse corrigatur occulte, non publice. Quid si potest probare, numquid tenetur expẽsis suis producere testes, & trahere reum ad iudiciũ? ℟. credo quod non, sed sufficit quod publice reuelet prælato, quod scit de facto illo, & personas exprimat, per quas factum illud probari potest, & tunc prælatus moneat malefactorẽ, vt satisfaciat, si potest. Quod si nolit satisfacere, & ille qui passus est damnum, velit cauere eidẽ prælato, quod super illo damno non trahet malefactorem coram iudice seculari, nec machinatur ei malum propter hoc, quãdiu idem malefactor super hoc stare voluerit iuri coram iudice ecclesiastico, poterit prælatus eidem damnum passo reuelare veritatem, vt & ipse, si voluerit, monitione præmissa in modum denunciationis, agat contra illum. Si autem cauere noluerit, maxime si timeatur quod damnum passus agat cõtra malefactorẽ ad sanguinẽ, vel mortem coram iudice seculari; aut etiam auctoritate propria velit se vlcisci, non credo quod prælat' teneatur ei publicare de facto, quod audiuit, nec compellere illum, qui ei reuelauit, quod publice reuelet; si etiam probabiliter timeatur q̃ malefactor interficiat, vel alias enormiter damnificet reuelatorẽ huiusmodi, non credo q̃d teneatur publice reuelare; sed sufficit quod in secreto reuelet prælato, & personã malefactoris, & personas testium, per quas constare potest de facto.

legitur, & exponitur decr. ext. eod. à [x] nobis. 1.

§. 50. In summa nota, qd̃ nomine censuræ ecclesiasticæ intelligitur sententia interdicti, suspensionis, & excommunicationis. ext. de verb. sign. quærenti. & nota differentiã inter ista tria: nam proprie excommunicatur psona. 11. q. 3. certum. 3. q. 4. Engeltrudam. ext. de ver. sign. ex parte. 1. suspẽditur similiter persona à beneficio, quandoque ab officio, quãdoq; ab vtroque. 2. q. 5. presbyter. ext. de purg. cano. [y] inter solicitudines. interdicitur locus, puta ciuitas, castrum, regnum, ecclesia. ext. de verb. sig. [z] cum in partibus. interdum tamen ponitur vnum pro alio, q̃a & persona dicitur interdicta, & ciuitas excommunicata. ext. eo. [a] responsio. ext. de priuil. [b] cum & plantare. §. quod si templarij.

§. 51. Item nota, quod cũ generale interdictum positũ est [c] in terra, villa, vel ca-

[y] *Inter solicitudines*] ibi habetur de suspensione ab officio, & beneficio.

[z] *Cum in partibus*] ibi dicitur, quod nomine terræ, non solum regnum, vel prouincia intelligitur, sed etiam villa, vel castrum.

[a] *Responsio*] ibi dicitur, quod ciues erant interdicti, & excommunicati, & ciuitas similiter interdicta, & excommunicata.

[b] *Cum & plantare*] dicitur, quod Templarij, & Hospitalarij debent vitare excommunicatos, & nominatim interdictos.

[c] *In terra*] quid si interdicatur terra alicuius militis, in qua nulla est ecclesia, quæ non habet huiusmodi indulgentiam, numquid reputabitur generale interdictum? ℟. credo quod sic, siue huiusmodi miles habeat terram in diuersis parochijs, siue in vna tantum; quamuis terra illius parochiæ non sit sua tota. Quid si nullum habet castrum, vel villam integram, numquid reputabitur interdictum generale? arg. quod non in illo c. cum in partibus. vbi dicitur, quod nomine terrę villa, vel castrum intelli-

telligitur, credo tamen, qđ si miles, cuius terra interdicitur, nullum habeat castrum, vel villam integrã, vel parochiam, ex quo tamen multitudinem habet hominum sibi subditorum, cum interdicitur terra eius, generale intelligitur interdictum esse, non particulare: qđ interdictum terræ particulare esse credo, quando certa ecclesia supponit interdicto, aut ét certæ ecclesiæ.

[d] *Plerisque*] nũquid omnibus? R. credo quod non, sed illis solis, quib⁹ specialiter data est hęc indulgẽtia. arg. ex hoc verbo plerisque. quia non omnibus. & ext. de verb. sign. cũ in partibus. & ext. de priuileg. quod non nullis. nec est contra ext. de pænit. & rem. quod in te. vbi dicitur, qđ regularibus est hoc indultũ, qa supplendum est, aliquibus.

[e] *Prohibitum*] a tali, qui prohibere possit.

[f] *Directe*] vt qñ participauerunt Regi, vel Principi in facto, propter quod lata est sententia; vel cum ꝓpter contumacias eorũ, aut culpas interdicuntur terræ eorum: si autem propter iniurias sibi, vel alijs illatas iniuste hmõdi sententiam intulerunt, vel proferri impetrauerint, nihilominus gaudebunt hoc priuilegio.

[g] *Paruulorum*] ergo nõ adultorũ, circa quos sine periculo damnationis æternæ potest differri baptismus, cum possint saluari per fidẽ sacramenti; paruuli autem non possunt saluari, nisi per sacramentum fidei.

[h] *Morientium*] ergo non sanorum: quidam tñ

stro, priuilegium indultum à Sede Apostolica [d] plerisque religiosis, scilicet, vt clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & suppressa voce possint celebrare diuina, extenditur hodie ad Episcopos, nisi & hoc ipsum eis specialiter fuerit [e] prohibitum, vel qui causam [f] directe, vel fraudulenter indirecte pstiterint interdicto. ext. de priuil. quod nonnullis.

§. 52. Item in generali interdicto debent ista conferri ab Ecclesia, scilicet baptisma [g] paruulorum, pœnitentia [h] morientium. potest etiam Episcopus [i] paruulos baptizatos cõfirmare. Item semel in mense, vel septimana populum [k] interdictum ad ecclesiam conuocare, & prædicare eis. ext. eod. [l] responsio. Item dicit [m] quædam decr. quod morientibus, si digne pœniteant, potest dari Eucharistia, quod confirmat noua decr. ext. eod. permittimus ecclesiarum ministris semel in hebdomada, tempore interdicti, nõ pulsatis campanis, voce submissa, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, missarum solennia celebrare, cã cõficiendi corpus Domini, qđ decedẽtibus impœnitentibus non negatur. Item quod [n] clerici decedentes, qui bene seruauerint interdictum, in cœmeterio ecclesiæ suæ absque campanarũ pulsatione, cessantibus solennitatibus omnib⁹, notauerũt, quod etiam est sanorum, quia nulli deneganda est pœnitentia. ext. de pœn. & rem. quod quidam.

[i] *Paruulos*] secus ergo de adultis.

[k] *Interdictum*] & etiam excommunicatum.

[k] *Responsio*] ibi dr, q ꝑ Eps semel in hebdomada põt interdictos, & excõicatos cõuocare ad aliquã ecclesiã, & eis ꝑdicare. Sed nũquid licet hoc alijs inferioribus, quã Epo, vt cum aliqui sũt excõicati ī parochia, in qua prædicãt, possint eos ītroducere in ecclesiam ad audiẽdã prædicationem? R. credo quod non licet hoc, nisi in talibus, qui habent iurisdictionẽ sup per hmõi excõmunicatos, & īterdictos: aut nisi à prælatis eorum habeant sup per hoc licentiã specialẽ. Ad sermonem autem, qui fit extra Ecclesiam, credo q vocari possunt à quolibet, qui habet officiũ prædicandi.

[l] *Quædam decr.*] ext. de pœnit. & rem. quod in te.

[m] *Clerici*] arg. quod clerici in generali interdicto sunt interdicti, quod ego nõ credo, sed tantum quoad eos locus est interdictus, nisi hoc expressum fuerit in prolatione sententiæ: vnde si transierint ad locum nõ interdictum, siue in vita, siue in morte, poterunt ibi & audire, & celebrare diuina, & recipere sacramenta, & sepeliri. Sed quid, cum familia alicuius interdicitur, numquid clerici de familia illa sunt interdicti? Respondeo; credo quod sic, nisi specialiter excipiantur.

[n] *Silen-*

Digitized by Google

cum [o] silentio tumulentur: sed quidam [p] intelligũt hoc de regularibus, vel alijs, qui

[o] *Silentio*] ita quod nihil dicatur de officio funeris, quia non dicit voce demissa, sed in silentio.

[p] *Intelligunt*] sed male, quia decr. indistincte loquitur, & fauores sunt ampliãdi. Numquid in locis exemptis, aut habentibus indulgentias, vt clausis ianuis, & exclusis excommunicatis, &c. poterunt illi, qui nõ sunt interdicti celebrare, & audire diuina, & sepeliri in morte? R. si loca huiusmodi sunt ita exempta, quod nullo modo subiaceãt huiusmodi interdicto, possunt quicunque non sunt interdicti, vel excommunicati, vel alias canonice phibiti, prædicta facere, & hoc tam in capite, quam in membris; si tamen membra eadem exemptione gaudent cum capite. in locis autem habentibus prædictam indulgentiam, etsi possunt audire diuina tales proter illud verbum, exclusis interdictis, & excõmunicatis, ex quo patet per arg. à contrario sensu, qđ tam alij, quam interdicti, vel excõmunicati non sunt excludendi, nõ tamen possunt ibi celebrare diuina, nec ibi sepeliri, aut recipere sacramenta, cum hoc solis clericis illius loci sit concessum; poterunt tamen tales interesse officio funeris. In ecclesijs tamen interdictis, quas Templarij, & Hospitalarij aperiunt semel in anno, possunt celebrare diuina, tam clerici illarum ecclesiarum, quam extranei, nec tãtum vna missa, sed etiam plures à pluribus ea die possunt ibi celebrari. Sed numquid cũ est interdicta terra, vel regio, vel villa, vel castrum intelligendum est personas esse interdictas, an tantum loca? R. credo qđ est intelligendũ personas esse interdictas, quæ pertinent ad iurisdictionẽ eius, pro cuius culpa lata est huiusmodi sententia, nisi aliud dicatur, aut intelligatur à proferente sententiã: sic enim interpretatur vsus, & cõsuetudo, quæ non admittit huiusmodi personas ad sacramenta, & diuina officia audienda in ecclesijs non interdictis: quod fieri posset, nisi personæ huiusmodi reputarentur interdictæ. Credo etiam quod huiusmodi personæ nominatim interdictę, sunt reputandæ: non dico nominatim, id est expresso nomine, sed nominatim, id est, sub quadam generali appellatione, sic: Interdicimus omnes homines illius loci, vel totum Regnum Franciæ, vel castrum illud, vel villam. Credo etiam quod potest locus ita interdici, quod non interdicantur personæ: & tunc personę in loco nõ interdicto possunt audire diuina, & sepeliri, & de licentia suorũ sacerdotum percipere ecclesiastica sacramẽta. Sed numquid, cũ interdicitur terra Regis, aut Principis, dicẽdum est tam dñia propria, quã feudalia esse interdicta? R. credo qđ si dictum est: interdicimus Regnum Franciæ, intelligẽdum est totã terram ei adhærentem tpe latæ sniæ, siue ratione dñij, sine ratione feudi esse interdictã. arg. ext. de postul. pl. c. 1. Si autẽ dictũ sit simpliciter: Interdicim⁹ terrã Regis, vl Principis talis, vl talis, cũ pœnæ sint restringendæ, credo sine pręiudicio interdictũ hmõi non esse extendendum ad feuda. Pone qđ terra alicuius militis interdicta, aliquis, vel aliqui de hominibus illius terræ transferunt alibi domiciliũ. R. si terra est interdicta, ita qđ personę sint interdictę, remanebit hmõi persona interdicta, donec relaxetur snia circa personã eius, quæ sine difficultate relaxãda est in hoc casu, maxime si in detestationẽ principis, aut pp periculũ interdicti transferat domicilium, & nihil retineat sub principe, vnde iuuari possit princeps, & per quod adhuc ille ad districtũ eius pertineat. Si aũt ille, qui protulit snĩam, nõ intellexit ligare hmõi subditos, nisi quãdiu essent sub dominio talis principis, credo qđ quando desinunt esse sub dñio eius, desinunt esse interdicti, nec indigent aliqua speciali relaxatione. arg. ext. de spons. nõ est vobis. In dubio aũt credo obseruandũ esse quod dictũ est. Pone iudicẽ ordinariũ, vel delegatũ audisse snĩam interdicti in terra principis, vel militis alicuius, in qua sunt regulares habentes indulgẽtiã de celebrãdis diuinis submisse, nũquid hmõi regulares, qbus nulla facta est denũciatio de illo interdicto, vel de forma interdicti: & an iudex voluerit eos excipere ab interdicto, poterunt solenniter celebrare, cũ vi deant oẽs ecclesias terræ illius cessare à diuinis? R. si interdictũ ita publice pmulgatũ est, quod non liceat fratribus ignorare; aut tãdiu publice obseruatũ, quod de crassa ignorãtia, aut negligentia super inquirẽda veritate merito sint culpabiles, peccant, si celebrãt publice, alijs cessantibus. vt ext. de postul. præl. c. 1. quia sicut ibi notauit Io. sufficit quod per solã famam ad aliquem perueniat interdictum. vt ext. de elec. venerabilẽ. licet sit arg. cõtra ext. de cleri. excom. illud. Si autem non sit ita publice promulgatum, aut tamdiu publice obseruatũ, quin possint merito dubitare, super hoc nõ tenentur cessare à publica celebratione, donec interdictum hmõi fuerit eis denunciatum, aut super hoc inquisierint veritatem; dum tamen super inquisitione facienda non sint negligentes.

super hoc habent priuilegium speciale.

§. 53. Itẽ in [q] conuentualibus ecclesijs

[q] *Conuentualibus*] siue sint seculares, siue regulares non habentes indulgentiam hmõdi?

Quid

Quid si in ecclesia parochiali alicuius, in qua sunt aliqui interdicti, aliqui nō, frater aliquis velit celebrare, teneturne dicere quod exeāt interdicti; aut si nulli exeant admoniti ab eo, cum tamen ibi sint aliqui, licet non agnoscat eos, nūquid ibi poterit celebrare? R. si talis est sacerdos, qui nō tenetur officiare ecclesiā illā, quamdiu scit, vl probabiliter credit ibi esse aliquos interdictos, siue cognoscat eos, siue non, nō debet ibi celebrare, ne veniēs contra sniam interdicti, det eis occasionē peccandi, dū se ingerunt diuinis officijs: & si credit probabiliter quod laborent ex ignorātia, & quod moniti exeant, debet eos monere in generali, quod exeant, & tunc poterit ibi celebrare, alias non. Si autem sit talis sacerdos, qui teneatur officiare ecclesiam, & scit discernere inter interdictos, & non interdictos, id faciet in hoc casu quātum ad vitandos interdictos in diuinis officijs, quod dictum est supra de vitandis excommunicatis. si autē non possit discernere inter interdictos, & non interdictos, melius est cōicare eis in diuino officio, quibus non debetur cōio, quam denegare eis, quibus debetur: sicut potius dimittenda sunt ossa excōicatorū in ecclesia, quam occasione eorum eijciantur ossa non excōicatorū. Quid si sciam aliquē interdictum per iudicē, sed sniam nondum publicatam, numquid ego, sacerdos teneor eū vitare in diuinis officijs? R. credo quod sic: si autē non scio, sed tantum credo probabiliter, quia audiui à fide dignis, qui dicunt se audiuisse proferri sniam, sed nō publicari, si sim talis sacerdos, qđ teneor officiare ecclesiam, nō dimittam officiare eam, postquā eum monuero, quod si sit interdictus, exeat de ecclesia; dum tamen neget se interdictum esse, aut nolit super hoc proferre veritatem requisitus: & hoc ideo, quia non teneor scire omnes snias prolatas à iudice, sed tm illas, quæ ita solenniter sunt publicatæ, qđ eas non liceat ignorare. Quid si sacerdos publice interdictū recipiat scienter ad diuina, nūquid cæteri tenebūtur exire de ecclesia, ne cōicent in diuinis cum hmōi interdicto? R. credo qđ non tenentur exire, nec peccant audiendo diuina, sed sacerdos solus, qui taliter recepit eū, nisi consentiant in hoc sacerdoti, aut eis placeat factum eius.

q *Auscultare*] Ex hoc patet, quod talibus nō est pax portanda, aut ostium aperiendum, vel fenestra ad videndum eleuationē Eucharistiæ vel ad offerendum post Euangelium. Quid si sacerdos videat parochianum suum, cum dicuntur horæ, vel missa in ecclesia, extra ecclesiam audire diuina, nec intrare ecclesiā, numqd debet ab eo inquirere, quare hoc faciat, si nescit causam; aut debet præsumere ipsū pp hoc esse excōicatū, vel interdictū? R. cum sacerdos hmōdi teneatur agnoscere vultū peccatoris sui, debet inquirere à tali cām, propter quam hoc faciat: sacerdos autem extraneus ad hoc non tenetur; nec est causa sufficiens quare sacerdos prius, vel alienus credere debeat talē esse excōicatum, vel interdictum, cum hoc aliqn ex sola humilitate fiat.

r *Horæ*] quæ dicuntur in ecclesia: quæ autē dicuntur extra ecclesiam, in domo, vel in via, nō prohibentur audire. Sed numquid in ecclesia possunt orare, siue interdicta sit, siue non? R. si sunt interdicti ab ingressu ecclesiæ, nō debent orare in ecclesia, siue sit interdicta, siue non: propter generale tamen interdictū, non intelligo ingressum ecclesiæ esse interdictum huiusmodi interdictis, nisi hoc expresse sit dictum in snia: si autem non sunt interdicti ab ingressu ecclesiæ, licet sint interdicti generali interdicto, nihilominus possunt orare priuata oratione in ecclesia, siue sit interdicta, siue nō; & multo fortius si non sunt interdicti: non em recolo alicubi cautum esse, vel prohibitum, ne in ecclesia interdicta oretur priuata oratione ab aliquo, nisi sit excōmunicatus maiori excommunicatione; vel interdictus ab ingressu ecclesiæ.

s *Peregrinis*] quod hic dicitur de crucesignatis, & alijs peregrinis, intelligo, tam de illis, q in itinere sunt adhuc, aut in præparatione ad eundum. Quidam tamen restringunt hoc ad illos solos, qui iam sunt in via suæ peregrinationis. Item intelligo hoc de crucesignatis, & peregrinis omnibus, siue sint interdicti generali interdicto pro culpa aliena, siue non sint interdicti: & credo quod poterunt audiri eorum confessiones in ecclesia, etiam interdicta, quotiescunque voluerint, etiam sine necessitate, vel periculo mortis: licet Io. videatur notasse super hunc locum, quod hoc est intelligendum, cum huiusmodi crucesignati proficiscuntur ad iustum bellum, quia tunc subest iusta causa timoris: & si essent aliqui excommunicati à Papa, nihilominus possent absolui

in bel-

Digitized by Google

in bello iusto à quocumque, vt dicit idem Io. arg.ext. de sent.excom. de cætero. & quod de his. tamen huiusmodi crucesignati, si sint interdicti generali interdicto, non admittentur ad audienda diuina in loco interdicto, in hoc enim nō sunt priuilegiati; sed nec ad pœnitentiam recipientur per hanc indulgentiam, si pro culpa propria fuerint interdicti, non pro aliena: beneficiū enim hoc non credo extendendum ad illos, qui pro culpa propria sunt interdicti. Quid si ciuitas tota sit interdicta ꝓ culpa ciuium, & aliqs de illis accipiat crucem? R. si ipse est de illis, per quos regitur ciuitas, & consentit, & participat in culpa, propter quā est interdicta ciuitas, idem est, ac si pro culpa propria esset interdictus, vnde non habebit hoc beneficiū, alias habebit. Et quid si interdicta ciuitate aliquis velit satisfacre, nūquid circa illum relaxabit interdictū? R. Io. super hunc locum notauit, ꝙ non relaxabitur; qa sine culpa potest aliquis interdici. ext. de spōsal. non est nobis, & quia sic rigor ecclesiæ dissolueretur. de priuil. vt priuilegia.

signum crucis, ob reuerentiā Crucifixi nō est pœnitentia deneganda: quod etiam [a] alijs peregrinis pōt misericorditer indulgeri. ext. de pœn. & remiſ. quod in te.

§. 55. Item nota, quod sententia excōmunicationis non suspenditur per appellationem sequentem: & est triplex ratio. Prima, quia Christus ligat, à quo non potest appellari. Io. Chrysost. nemo contemnat vincula ecclesiastica; nō enim est homo, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & homines fecit dignos tanti honoris. 11. q. 3. nemo cōtemnat. Secunda ratio, qa nemo excōicatur, nisi pro cōtumacia, & cōtumax non auditur appellans. 2. q. 6. §. est aut qn. vers. sunt etiā quorum. Tertia ratio, quia secū trahit [u] executionem. ext. de appel. pastoralis. Fallit hoc in casu, scilicet cum iudex ita tulit sententiam: nisi Titio infra viginti dies, satisfeceris, te excommunicatū, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas; & ille, in quem fertur sententia, medio tempore appellans non satisfacit ad diem, nō est excommunicatus. ext. de appel. præterea. 2.

§. 56. Item excommunicatus maiori excommunicatione nō admittitur ad aliquē [x] legitimum actum; nec potest eligi, nec eligere. ext. de elect. cum inter. 1. &, illa quotidiana. & de off. deleg. cum super. similiter nec suspensus, nec interdictus, vt in præalleg. decr. cum inter. Constitutiones etiam; [y] vel sententiæ, quæ benedicet eis sacerdos perā, & baculū? Item numquid in via poterunt audire diuina in ecclesia, aut poterunt, cum venerint in locū destinatum, intrare ipsam ecclesiam, & ibi offerre? R. ad primum, quod cum benedictio peræ, & baculi non reperiatur talibus interdicta, vī esse concessa. Ad secundum dic, ꝙ non debent audire diuina in via in ecclesia; possunt tn orare priuata oratione, & offerre, nisi sint interdicti ab ingressu ecclesię expresse. Ad tertium dic, ꝙ si tales essent prohibiti ab ingressu ecclesiæ pro culpa aliena, quia tn illa decre. qđ in te. vī approbare peregrinationem hmōdi, dans eis beneficium speciale, videtur cōcedere ea, q̄ sunt quasi de substantia peregrinatiōis, scilicet intrare ad loca destinata, & ibi offerre; sicut eo ipso, qđ filiusfamilias licētiatus est à patre, quod eat ad scholas, eo ipso concessum vī ei esse, facere quod faciūt scholares.

[a] *Alijs peregrinis*] interdictis ꝓ culpa aliena. Secus si pro propria, & intelligo hoc, tā de illis, q̄ iam sunt in via ſtæ peregrinationis, quā de illis, qui adhuc sunt in ꝓparatione ad eundum; licet quidā restringāt hoc ad illos solos, qui iam sunt in via, vt dictū est. Sed numquid

[u] *Executionem*] vn per denūcianem excōicatus amplius non ligatur. vt in c. pastoralis.

[x] *Legitimum*] q̄ scilicet sortitur effectum à iure.

[y] *Vel sententiæ*] sic ergo non valet snīa lata tempore excōicationis. ext. de hæret. excōicamus. & si detegitur excōicatio alicuius post snīam, retractatur snīa. ext. de sent. & re iud. ad probandū. Huic tn iuri derogatur per contrariā consuetudinē, quo ad principes, & magnates, & balliuos eorum excōicatos, qui faciunt

ciunt obseruari snias latas ab ipsis tempore excõicationis; qđ tamen fieri non debet.

[a] *Cum bonæ*] ibi dicitur, quod suspensis nõ licet, nec illa, quæ habuerant, nec ea, q̃ postmodũ beneficia sunt adepti, retinere.

[a] *Postulastis*] ibi dr̃, quod excõicatis beneficia conferri nõ pñt; nec illi possunt licite retinere, nisi cum eis fuerit dispensatum.

[b] *Cum dilectus*] ibi cassatur electio facta de suspenso, & à suspensis.

[c] *Pastoralis*] ibi dr̃: illi merito prouentus ecclesiastici subtrahũtur, cui ecclesiæ cõio denegatur. De suspenso tñ notauit Vincen. quod suspensus ab officio, & beneficio snialiter, & perpetuo beneficium recipere nõ põt, nisi in ipsa fuerit exp̃sse dictum de beneficio retinendo. Suspẽsus autẽ ab officio tm̃, põt recipere, & retinere beneficium; sicut suspẽsus à beneficio tm̃, non propter hoc suspẽsus est ab officio.

[d] *Quia diuersitatem*] ibi dr̃ de quodam Archiep̃o suspenso, q̃ tp̃s, quo accessit ad curiã, vel ibi mansit, vel ab ea recessit, non computatur in sex mensibus, quo ad cõferen-

fiunt ab huiusmodi excommunicatis, vel ipsorum mandato, irritæ sunt ipso iure, & in nullo vmquã tempore valituræ: nec ꝓdest alicui sustinere intra tempus sui regiminis anathema pro his, quæ commisit in suo regimine, quasi deposito regimine nõ sit ad satisfactionem debitam compellendus: nam & ipsum, qui satisfacere recusauit, & successorem ipsius, nisi satisfaciat infra mensem, dicit expresse decr. excommunicatione cõcludi, donec ecclesiæ satisfaciat, cum succedat in onere, qui substituitur in honore. ext. de emun. Eccles. aduersus consules. Item excommunicatus, vel suspensus, nõ potest eligi; nec potest sibi beneficium conferri, nec debet percipere fructus stipendiorũ, quæ prius fuerunt sibi collata. ext. de ęta. & quali. [z] cum bonæ. ext. de cleri. excom. [a] postulastis. ext. de consuet. [b] cum dilectus. ext. de appel. [c] pastoralis. hoc

tamen vltimũ, scilicet quod non debet percipere fructus stipendiorum, quę prius fuerant ei collata, intelligo quando est in mora petendæ absolutionis, alias non. ext. de conces. præb. [d] q̃a diuersitatem. si tamen post absolutionem eũ iniuste fuisse excommunicatum constiterit, debet recuperare omnes fructus medij temporis. 2. q. 5. super causa. Si autem iuste fuerit excommunicatus, nihil recuperabit, ne pp spem restitutionis disciplina ecclesiastica [e] contemnatur. dist. 50. c. 1. & in p̃al. decr. [f] diuersitatem.

§. 57. Cæterũ minori excõicatione ligatus, nec eligere ꝓhibetur, nec ea, quæ ratione [g] iurisdictionis sibi competunt, exercere: si tamen [h] scienter talis electus fuerit, eius est electio irritanda; & si celebrat, grauiter peccat; sed nullã propter hoc notam irregularitatis incurrit. ext. de cler. exc. min. c. vlt. quã ℞. infra inter nouas constitutiones.

da beneficia.

[e] *Contemnatur*] dum pro reuersionis spe prauæ actionis desideria quis cõcipere nõ formidat, dist. 50. c. 1.

[f] *Quia diuersitatem*] ibi dr̃ q̃ quãuis Archiep̃s pro culpa sua fuerit suspensus, non propter hoc donatio p̃bendarũ pertinuit ad capitulũ, sed ad Papã.

[g] *Interdictionis*] ergo põt, & excommunicare, & absoluere.

[h] *Scienter*] secus est, si ignoranter. quod bene credo, si probabilis est ignorantia; si autem crassa, & conferatur tali beneficiũ, indiget dispensatione, ad hoc, vt possit illud retinere. Idẽ credo de interdicto ab ingressu ecclesiæ, & ab officio diuino. Sed numquid idẽ est de irregulari, q̃ recipit beneficiũ, dum est irregularis? ℞. credo qđ impetrata dispensatione super irregularitate, non indiget dispensatione alia: nec est simile de excõicato, vel suspenso; quia excõicatio, vel suspensio snĩæ sunt, vel iuris, vel hominis: irregularitas autem non est nisi quoddã impedimentum ex defectu sacramenti, vel canonica constitutione proueniens. Quid si excõicatus minori

minori excommunicatione ſcienter recipiat ordinem, numquid eo ipſo cõtrahit irregularitatem? arg. quod ſic, ext. de cleric. excom. ſi celebrat. vbi dicitur quod talis à participatione ſacramentorum à ſanctis patribus eſt priuatus. R. põt dici quod ppter hoc non eſt irregularis, cũ hoc nõ ſit expreſsũ; aut ſi efficitur irregularis, põt per Epiſcopum diſpenſari, cum hoc non ſit prohibitum. Sed nũquid officiũ excõmunicati minori excommunicatione vitandum eſt, ſicut officium ſuſpenſi? R. licet notoria ſit hmõi excommunicatio, quia tamen nõ eſt ſuſpẽſus quoad illos, nullus tenetur eius officiũ vitare; quia nõ eſt priuatus ab executione ſui ordinis, ſed tantum à participatione ſacramentorum, quæ tantum in ſola conſiſtit perceptione. vt ext. de cleri. excom. c. vlt.

§. 58. Hoc etiam teneas, quod licet verberans clericum amicabiliter componat cum clerico verberato, vel recõcilietur ei, nihilominus eſt tamquam excommunicatus vitandus. Idem, ſi arripuit iter [i] eundi ad curiam. idem, [k] ſi nõdum eſt denunciatus excõmunicatus: nam omnes tales excommunicati ſunt. ext. eo. cum deſideres. & à nobis. 2. Item nota, quod in articulo mortis poteſt abſolui excommunicatus, quacumque excõmunicatione teneatur, à ſimplici ſacerdote. arg. de pæn. diſt. 1. quem [l] pœnitet. ext. eod. non dubium. immo etiam volunt plerique dicere, quod à laico. arg. de conſec. diſt. 4. [m] ſanctum. Si tamen non fuerit abſolutus, & ita moritur, ſi apparuerint in eo ſigna contritionis poterit abſolui [n] poſt mortem, ſed non niſi ab eo, qui eundem viuum, [o] & ſanũ potuit abſoluere. ext. eod. à nobis. 2.

§. 59. Item ſi Iudex excommunicet ſubditũ ſuum ſub hac forma: excommunico illum, vel ſimili, dicendum eſt, ſublatis opinionibus, eum nõ tantum minori, quæ à perceptione ſacramẽtorum, ſed etiã [p] maiori excõmunicatione quibus, dum viuerent, fuerant abſoluendi.

tur res in iudicium, & ille neget ſe eſſe excommunicatum, niſi alio modo de excommunicatione conſtiterit. Si autem iudex mandat ſacerdoti, quod aliquem excommunicet, nõ tenetur eum vitare publice, vel etiã priuatim, donec eum excõmunicauerit.

[i] *Eundi*] in quo caſu põt ei vendi, & communicari in his, quæ ad viam pertinent, & recipi in hoſpitio.

[k] *Si nondum*] id eſt, quamuis ſit denunciatus, denunciatio non auget vinculum excommunicationis, nec facit. Quid ſi iudex mandet ſacerdoti, quod denunciet aliquem excommunicatum, numquid ſacerdos debet eum vitare viſis literis, antequam eum denunciet? R. ſi eſt iudex ordinarius ille, qui mandat, debet ſacerdos eum vitare, & publice, & priuatim viſis literis; & debet præſumere illum excommunicatum eſſe à iudice, ex quo mandat eum denunciari excommunicatum, licet non alias conſtet de excommunicatione. idem credo de iudice delegato, niſi probabiliter dubitetur de eius auctoritate: huiuſmodi tamen literas non credo ſufficere ad probandum illũ excommunicatum eſſe, ſi poſtmodum deducatur in iudicium, & ille neget ſe eſſe excommunicatum, niſi alio modo de excommunicatione conſtiterit.

[l] *Quem pœnitet*] ibi dicitur: ſit dignus venia, ex deſiderio ſacerdotis, qui confitetur ſocio turpitudinem criminis.

[m] *Sanctum*] ibi agitur de baptizato à pœnitente laico, qui laicus poſtmodum reconciliationẽ in caſu neceſsitatis accipit ab eo.

[n] *Poſt mortem*] ſed ad quid valet hmõdi abſolutio? R. vt ſepeliatur in loco ſacro, & oretur, & ſpecialiter celebrerur pro eo miſſa, & fiant ſpiritualia ſuffragia pro eodem.

[o] *Et ſanũ*] iſtud verbum non eſt in decret. ſed ibi ita dicitur: aliorum autem abſolutionẽ ex pmiſſa cauſa alijs indulgemus, à

[p] *Maiori*] videbatur forte aliquibus, quod cum pœnæ reſtringendæ ſint, intelligendum eſſet de minori. Idem credo eſſe dicendum, cum iudex aggrauando ſententiam, excommunicat aliquem cum participantibus ſibi: & licet quidam dixerint hoc reſtringendum eſſe ad illos ſolos, qui participant in crimine, credo tamen quod extendendum eſt ad participãtes in cibo, & in locutione, & ſimilibus. arg. ext. eod. quod in dubijs. in fin. alias non eſſet aggrauatio ſententiæ; cum, abſque huiuſmodi aggrauatione, participantes in crimine maiorem excommunicationem incurrãt. ext. eod. nuper. per hanc autẽ aggrauationem non credo perſonas exceptas. 11. q. 3. quoniam multos. ligari, niſi hoc à proferente ſententiam exprimatur; ſed illos ſolos, qui

Digitized by Google

ne, quæ a communione fidelium separat, esse ligatum. ext. eod. si quem sub hac forma. Item in dubio, semper in iudicio animæ debet eligi tutior via, vt scilicet [q] præsumatur, & ita petat absolutionem ad cautelam: melius est enim, vt non excommunicatus faciat se absolui, quam si decederet excommunicatus, non petita absolutione. 14. q. 2. nō æstimemus. post mortem tamen præsumerem contrarium, & ita oratem pro tali, arg. extr. de presbyt. non baptiz. c. 2. Item nota Leonis regulam, quibus viuis communicauimus, (& communicare debuimus, supple) & mortuis communicare debemus; & econtrario, quibus viuis non communicauimus (nec cō municare debuimus, supple, quia per hoc soluuntur multa contraria) nec mortui cōmunicare debemus. 24. q. 2. de communione. & sane quod super. Hæc de sententia excommunicationis, tamquam vtilia, & necessaria notaui, aliqua etiam dimisi, propter prolixitatem vitandam. item circa sententias conditionales, quædam vtilia inuenies notata. 11. q. 3. §. cum ergo subditi. & ext. eod. præterea. de hac etiam materia require supra de hæretic. §. puniuntur. & §. punitur. item supra de schismat. §. puniuntur. in fin. & de apostatis. §. pœna. item de sacrileg. de emuni. eccles. de sagit. & in multis alijs locis.

ante aggrauationē huiusmodi, minorem excommunicationem incurrebāt ex participatione huiusmodi.

[q] *Præsumatur*] quid ergo de illo, q credit, aut timet se communicasse tum excommunicato, tum suis participantibus, aut alias incurrisse excommunicationem maiorē, de qua tamen non est certus, vtrum sit lata, nec ne, vel vtrū inciderit in eā, necne? R. si super hoc cōscientiam habet scrupulosam nimis, & leuem, & temerariam opinionem, deponat eam ad consilium alicuius boni viri; quam si non possit, vel nolit deponere, vel si habeat de hoc probabilem opinionem, faciat se absolui, vt hic dicitur, ad cautelam, ab illo, qui super hoc potest eum absoluere. arg. ext. eod. inquisitioni.

[r] *Non æstimemus*] ibi dicitur: melius supererunt ista his, qui non obsunt, nec prosunt, quam eis deerunt, quibus prosunt.

De pœni-

[a] POſt abyſsũ] vltima regula huius operis. & vocat metaphorice abyſſum profunditatẽ, & infinitatẽ, quã peccata habent in ſe, & execationẽ, quam faciunt.

[b] *Laqueos*] vocat intricatiões, perplexitates, & difficultates, q̃bus illaqueãtur peccatores.

[c] *Babylonis*] Babylonem autem vocat ipſum peccatum, propter cõfuſionẽ, quam facit in peccatore.

[d] *Plangere*] cõtrariũ dicit Philoſophus: peccat, qui diffinit id, qđ eſt in quiete, per id, quod eſt in motu; ſed pœnitentia dicit habitũ, plangere actum, ergo &c. Solutio. habitus cognoſcuntur p actus; tñ hic nõ accipitur, vt eſt in motu, ſed vt eſt in quiete. Vñ nõ dr plangere, quia ſemper ſit in actu plangendi; ſed quia eſt habilis ad plangendũ, & ſic accipitur in quiete.

Aug. de dogmatib' eccleſiaſticis. c. 54.

[e] *Replicãtur peccata*] nihil enim valet veniam à malis petere, & mala denuo iterare. Item, vulnus iteratũ tardius ſanatur; & frequenter peccans, & lugens vix veniam merebitur.

[f] *Gregorius dicens*] de pæ. diſt. 3. in æſtiuũ. quidam tñ libri habent pro capitulo, pœnitentiam.

[g] *Non committere*] id eſt, habere propoſitũ nõ committendi.

[h] *Occaſione illius verbi poſiti in auctoritate Ambroſij, & plangenda iterum nõ committere, dixerunt quidã, q̃ ſi aliquis vere pœnitet, numquam poſtea peccabit mortaliter; & ſi cõtigerit ipſum peccare poſtea, probatur per hoc, q̃ prima nõ fuit vera pœnitẽtia. muniunt ſe alijs auctoritatibus multis. Iſidor. irriſor eſt, non pœnitẽs, qui adhuc agit q̃ pœnitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Itẽ Aug. inanis eſt pœnitentia, quã ſequens culpa coinquinat. Itẽ nihil proſunt lamenta, ſi [e] replicantur peccata. Ad hoc dicẽdum, q̃ verba poſita in auctoritate p̃dicta Ambroſij, & ſimilibus, nõ ad diuerſa tpa, ſed ad illud, in quo quis pœnitet, ſunt referẽda, ſcilicet, vt tpe, quo plãgit cõmiſſa mala, nõ cõmittat opere, vel voluntate flẽda. & hoc aperte innuit [f] Gregorius dicens: pœnitentiam agere eſt præterita mala plangere, & plangenda [g] nõ cõmittere: nã qui ſic alia deplorat, vt tñ alia cõmittat, adhuc pœnitentiã agere aut ignorat, aut diſſimulat. Quid enim prodeſt, ſi pec cata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ eſtibus anhelat. Item Iſidorus poſt illa verba, irriſor eſt &c. ſtatim ſubiunxit exponens, quod dixerat: multi enim lacrymis indeſinẽ-*

Ambr. lib. 2. de pœnitẽtia c. 11.

Iſid. lib. 2. de ſummo bono c. 16.

Aug. in lib. ſoliloquiorum.

Greg. in æſtiuũ tempus hom. 34. euang.

Iſid. lib 2. de ſummo bono c. 16.

poſtea

poſtea

Digitized by Google

ter fundunt, & peccare non desinunt: quosdam accipere lacrymas ad pœnitentiam, cerno, & affectum pœnitentiæ non habere. Sufficit ergo ad veritatem pœnitentiæ, vt quis plangat ꝑterita, & proponat in animo plangenda iterum nõ committere.

§. 3. [h] Occasione etiã dictorum verborũ dixerũt pleriq; Doctores, ꝙ pœnitẽtia nõ põt iterari, qa, si vera fuit, numquã postea fracta fuit, si fracta fuit, pœnitẽtia nõ fuit. Item ꝙ charitas semel habita nõ põt amitti: [i] de primo R. infra eo. §. species pœnitentiæ. In secundo fundãt intentionẽ suã inultis, & validis auctoritatibus. Apostolus: charitas numqnã excidit. Aug. charitas, q̃ deseri põt, numquã vera fuit. Idẽ: radicata est charitas, securus esto, nihil mali ꝓcedere põt. Item Prosper in libro de cõtemplatiua vita: Charitas est, vt mihi vr̃, recta voluntas ab oĩb⁹ terrenis, ac ꝑsentibus prorsus aduersa, iuncta Deo inseparabiliter, & ignita igne quodã Spiritus sancti, a quo est, & ad quem refertur, intensa, inquinamenti oĩs [m] extranea, corrũpi nescia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia, super oĩa, q̃ carnaliter diliguntur, excelsa, [n] affectionũ omniũ potentissima, diuinæ cõtemplatiõis auida, in oĩbus semper inuicta, sũma actionũ, bonorũ sal⁹ morũ, finis cælestiũ ꝓceptorũ, mors criminũ, vita virtutũ, virtus pugnantiũ, palma victorũ, sanctarũ mẽtiũ arma, cã meritorũ bonorũ, ꝑmiũ ꝓfectorum, sine qua null⁹ Deo cõplacuit, cũ qua nõ potuit aliquis peccare, nec poterit, fructuosa in pœnitẽtibus, lęta in ꝓferentibus, glorioſa in pseuerantibus, victoriosa in martyrib⁹, operosa in oĩb⁹ omnino fidelib⁹, ex qua, quicquid est boni operis, viuet. [o] Idẽ in eodẽ: si Deũ ex toto corde diligamus, nihil erit ĩ nobis, vñ peccati desiderijs seruiamus. Item Aug. charitas est aqua, de qua Dñs in Euãgelio: [q] q̃ biberit ex aqua, quã ego dedero, vel dabo ei, nõ sitiet in ęternũ. Itẽ Ezech. [r] pẽnata aĩalia minime reuertebant, cũ incederẽt, sed vnũquodq; ante faciẽ suã gradiebat. Itẽ Salomon: [r] iustorũ semita, quasi lux splendẽs ꝓcedit, & crescit vsq; ad ꝓfectũ diẽ. Solutio. hæc, q̃ dicta sunt de charitate, de perfecta intelligi põt: dr̃ enim charitas perfecta in via: alia quo ad sufficientiã, quia sufficit ad vitã æternam habendã. de pæn. dist. 3. §. hac auctoritate. alia quoad effectum, vel signũ. Io. 15. maiorem charitatem nemo habet, &c. id est, maius signũ charitatis. alia quo ad perseuerantiam finalem. Aug. firmũ fundamentũ Dei stat, immobile habens, [s] signaculum hoc, scit Deus, qui sunt eius. Horũ fides q̃ [t] per dilectionẽ operatur, ꝓfecto aũt oĩno nõ deficit, aut si qui sunt, quorũ deficit, reparant, antequã vita finiat ista, & deleta iniquitate, q̃ intercurrerat, vsque ad finem perseuerantia reputatur. Idem: nullus eorum ex bono in malum cõmutatus finit hanc vitã.

Aug. lib. de vera, & falsa pœnitẽtia. cap. 8.

Aug. in psal. 105. ad vers. qui tegit eos.

Vocat

h *Occasione*] hic tractatur, vtrũ pœnitentia possit iterari, & vtrũ charitas semel habita possit amitti.

i *De primo*] vtrũ pœnitentia possit iterari.

k *Apostolus*] 1. Corint. 14.

l *Augustinus*] de pæn. dist. 2. in prin.

m *Extranea*] vel expers.

n. *Affectionum*] alia litera afflictionum omniũ.

o *Idem in eodem*] de pœnit. dist. 2. charitas. vers. item igitur.

p *Augustinus*] de pæn. dist. 2. §. cum ergo.

q *Qui biberit*] Io. 4.

r *Iustorum*] Prouerb. 4.

s *Signaculum*] 2. ad Timot. 2.

t *Quæ per dilectionẽ*] Galat. 5.

u *Aece-*

Vocat autem firmum fundamentum prædestinationem, siue prædestinatos. & quod sequitur postea? nullus eorum, expone, scilicet prædestinatorum; & secundum hanc vltimam [a]acceptionem possunt intelligi auctoritates præmissæ, vel de charitate perfecta, quæ est in patria: vel intelligas eas coniunctim, quia durante charitate, non potest peccare homo habens charitatem. Illud vero August. charitas, quæ deseri potest, numquam vera fuit, intelligitur sic; non fuit vera, idest incommutabilis, vel sic; non fuit vera in cõparatione charitatis Dei: sæpe enim comparatione facta ad Deum talia leguntur, vt illud, [x]astra non sunt munda in conspectu eius, & illud, [y]omnis homo mendax, & illud, [z]vanitas vanitatum, &c. & ita charitas semel habita non potest amitti, scilicet [a]si est perfecta: si autem est imperfecta, amitti potest. hoc patet in Adam, qui habuit charitatem, postea amisit. de pœnit. dist. 2. §. Adam. & in c. [b]quomodo. & [c]princeps. & [d]quando. & [e]primus homo. & [f]illa anima a Deo pingitur. Item potest poni exemplũ de Moyse, Aaron, & Dauid, & multis alijs, quos constat habuisse charitatem, & postea peccasse, & amisisse illã. de pœn. dist. 2. §. opponitur. & c. si enim inquit.

§. 4. Item ex prædictis patet gradus esse, non solum inter ipsas virtutes, sed etiam in singulis virtutibus, quod probat Gregorius multipliciter exponens verbum illud Ezech. 40. & veniebat ibi ad portam, quæ respiciebat ad orientem, & ascendit super gradus eius. de pœnit. dist. 2. cum sanctam. Item [g]August. si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit etiam pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. Sed numquid mox vt nascitur, iam prorsus perfecta est? non, sed vt perficiatur, nascitur, nata nutritur, nutrita roboratur, cum fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectum venerit, quid dicis? [k]mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Idem: charitas in quibusdam perfecta, in quibusdam imperfecta; perfectissima autem in hac vita haberi non potest.

§. 5. [l]Actiones autem pœnitentiæ,

peccando amiserat. & loquitur ibi Hieron. de Dauid.

g *Cum sanctam*] dicitur ibi: nec mirum, si de virtute in virtutẽ gradus sunt, qñ ipsa vnaquæque virtus quasi quibusdam gradib' augetur, & sic per incrementa meritorũ ad sũmã perducitur.

h *Augustinus*] de pœn. dist. 2. §. si quis tantam.

i *Perfecta*] quo ad signũ, vel quo ad effectum.

k *Mihi viuere*] ad Philip. 1.

l *Actiones*] hic agitur de tribus actionibus pœnitentiæ.

m *Sunt*

Aug. lib. de correp. & gratia. cap. 8.

Aug. lib. de gratia & lib. arbitrio. c. 17.

a *Acceptionem*] scilicet de perfectione charitatis quoad finalẽ perseuerãtiam.

x *Astra nõ sunt*] Iob. 25.

y *Vanitas*] Eccles. 1.

z *Si est perfecta*] perfectione finalis perseuerantiæ.

a *Quomodo*] ibi dicitur, q Adam ex iustitia i peccatũ lapsus est.

b *Princeps*] ibi dicitur, qđ diabolus vidit Adã pudicitia ornatum, temperantia cõpositum, charitate splendidum.

c *Quando*] ibi dicit Ambrosi': quando Adam solus erat, non est præuaricat', quia mens eius Deo adhærebat.

d *Primus homo*] dicit idem: homo primus recens opus Dei erat, confabulator assiduus, qui sanctorum virtutibus cõplantatus erat.

e *Illa anima*] dicit August. illa anima a Deo cõpingitur, quæ habet in se virtutũ gratiam resistentem, splendoremq; pietatis: & ita secundum hanc imaginem ante peccatum depictus fuit primus homo, sed vbi lapsus est, deposuit.

f *Si enim*] redde mihi vitam lætitiã salutaris tui, scilicet, quam

tiæ, vt ait Aug. [m] sunt tres, vna est, quę nouũ hominem parturit, & fit ante baptismum: nisi enim [n] baptizandus [o] pæniteat vitæ veteris, nouam vitam inchoare non potest; sed si baptizetur, recipit characterem, [p] sed non gratiam, & peccatorum remissionẽ, donec recedat fictio de corde suo: non tamen tenetur iste ad exteriorem pænitentiam agendam, quia sufficit ei pænitentia interior. [q] ab hac pænitentia, cum baptizantur, soli paruuli sunt immunes, eo quod non possunt vti libero arbitrio. Altera vero pænitentia est, siue actio pænitentię, quam quis post baptismum facit de mortalibus peccatis. Tertia est, quæ fit de peccatis venialib⁹, & quotidianis. de hac August. pænitentia humilium, & bonorum fidelium, pœna quotidiana. probantur hæc omnia. de pæn. dist. 1.

tres sunt autem actiones. de consecr. dist. 4. [s] tunc valere. & [t] agũt. & [u] ne, quod absit. & [x] sine pænitentia. Dona sunt, & vocatio Dei, qa gratia Dei in baptismo nõ requirit [y] gemitum, neq; planctũ, vel opus aliquod, sed [z] solam fidẽ. hæc omnia gratis [a] condonat. Circa secundam autem actionem est, quantum ad præsentẽ materiam, principaliter insistendum.

§. 6. Species pænitentiæ sunt tres: nam alia est solennis, alia publica, alia priuata. solennis est, quæ fit in capite quadragesimæ cũ solennitate, quę est dist. 50. in capite. dr etiã solennis, licet non ita proprie, qn aliquis inuitus ad pænitentiã agendã mittit in monasterium. dist. 50. [b] si ille. hæc debet imponi ab Epo tm, vel de mãdato eius [c] a sacerdote, & debet imponi p crimine publico, & vulgarissimo, q tota cõ-

[m] *Sunt tres*] Magister tamen non ponit hic seriem verborum.

[n] *Baptizandus*] adultus supple.

[o] *Pæniteat*] interius.

[p] *Sed non gratiam*] sine pænitentia interiori, quia ad pænitentiam exteriorẽ non tenetur qui baptizatur, etiã adultus.

Aug. lib. de gratia, & lib. arb. c. 17.

[q] *Ab hac pænitentia*] interiori scilicet, & sunt verba Augustini.

[r] *Libero arbitrio*] sequitur ibi: quibus tñ ad consecrationem, remissionemque originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur.

[s] *Tunc valere*] incipit baptismus ad salutem, cum fictio veraci cõfessione recesserit,

[t] *Agunt*] dicit Augustinus: agant pænitentiã ante baptismum de priorib⁹ peccatis, ita tamen quod baptizentur,

[u] *Ne quod*] iniungitur abstinẽtia quadraginta dierum Iudæis baptizandis.

[x] *Sine pænitentia*] loquitur Ambrosius, & appellat pænitentiã satisfactionẽ exteriorem, non excludens interiorem, quæ necessaria est adultis: nlioquin nihil remittitur in baptismo: & exponit ibi Ambrosius verbũ Apostoli ad Rom. 11.

Aug. in lib. 50. ho. hom. vltima. cap. 3.

[y] *Gemitum*] exteriorem.

[z] *Solã fidẽ*] non excludit interiorẽ pænitentiã.

[a] *Condonat*] quo ad culpam, & quo ad pœnam, sine exteriori satisfactione.

[b] *Si ille*] ibi dicitur, quod qui inuitus retruditur in monasterium ad pænitentiam, solenniter pænitens dicendus est.

[c] *A sacerdote*] q in hoc casu posset, & solẽnitatẽ pænitentiæ, & solennitatẽ reconciliationis exhibere, scilicet de mãdato Epi, absente Epo, sicut notauit H. 50. dist. pænitẽtes. & ĩ capite. notauit ẽt ibi, q viri solẽniter pænitentes debẽt comã dponere. 50. dist. pænitentes, q tñ dicit male obseruari. Mulieres aũt non oportet comã deponere. arg. 30. dist. quęcũque. Dicit ẽt, qd aliqs põt cogi p excõicationẽ ad suscipiẽdã solennẽ pænitentiã, si spõte nõ velit subire, dũ crimẽ sit magnũ, & publicũ, & moueat scãdalũ; & quod p occulto crimine imponi põt, si pænitẽs voluerit, als nõ. arg. de cõs. dist. 5. de pænitẽtib⁹. & q ẽt p veniali põt imponi, si instãter petatur: nã & sine oĩ peccato põt qs sic pænitere, si voluerit, & petierit, alias nõ. & q nõ est facile imponenda iuuenibus, vel decrepitis. p quãtũ aũt spatium tẽporis debet solenniter pænitẽs esse extra ecclesiam, dicit pendere ex arbitrio pænitentiam indicentis; quia quandoq; per annũ, quan-

quandoque per bienniū, quandoque per trienium differtur ſolemnis reconciliatio, quæ fit per Epiſcopum: particularis tamen quædam recōciliatio, & introductio in eccleſia facienda eſt ſingulis annis in die cœnæ per propriū ſacerdotē, & audiet diuinū vſq; ad octauam paſchæ tantum; nō tamen recipiet corpus Domini, niſi fuerit hoc ei conceſſum; quia receptio Euchariſtiæ quādoque differt plus, quādoq; minus, qñque ad finem pœnitentiæ, quādoque vſq; ad mortem, ſecundū arbitrium Epiſcopi. 12.q.2.de viro. 33.q.2.admonere & latorem. 26.q.6.ſi quis de corpore. de pœn. diſt.5. ſi quis vero. ab octaua tamen paſchæ, debent exire ab eccleſia, & eſſe extra vſque ad diē cœnæ ſequentis anni: & hoc faciendum eſt omni anno pœnitentiæ, quamdiu interdictus eſt ei generalis introitus in eccleſiā, ſcilicet vſque ad ſolemnem recōciliationē, quæ per Epiſcopum eſt facienda, vel de ſpeciali eius mandato. Dicit enim, quod tempore pœnitentiæ, non debent cōmunicare alijs in oſculo, ſicut nec in Euchariſtia; & quod Archipresbyteri, vel presbyteri eorum poſſunt eis iniungere modum ſatisfaciendi, ſcilicet ieiunijs, & peregrinationibus, & alijs bonis operibus; quod tamen ſecundum conſcientiam, & conſilium Epiſcopi debet eſſe, præſertim ſi enorme ſit crimen. Sed numquid fratres prædicatores, aut minores, quibus commiſſa eſt auctoritas, ab Epiſcopo audiendi confeſſiones poſſunt iniungere huiuſmodi ſolemnes pœnitentias? Reſpondeo, credo quod non poſſunt ſine ſpeciali mandato, niſi vbi eſt conſuetudo, quia huiuſmodi pœnitentiarij generales, iniungunt etiam huiuſmodi pœnitentias patribus, vel matribus, per quorum incuriam manifeſtam eorū paruuli perierunt; & tunc debet talibus iniungere, quod in capite quadrageſimæ repræſentent ſe coram Epiſcopo, vt per eum, vel de mādato eius ſpeciali adhibeatur eis debita ſolēnitas. de hoc habes infra, eod. §. numquid parochialis ſacerdos.

mouerit vrbē. Item nō debet imponi clerico, niſi depoſito. q ſemel egit eam, nō debet poſtea pmoueri, nec miniſtrare in ordine ſuſcepto. item nō debet contrahere matrimonium; ſi tn cōtraxerit, tenebit. probātur hæc diſt. 50. [c] confirmandum. & [d] illud. & alienum. 26.q.6. [e] c. vlt. & ꝛc. hæc, & alia de hac materia ſupra de ſolem. pœnit. & ſupra de ſacramen. non iteran. §. circa publica. Dicitur quandoque, quæ ſupra dicta eſt, ſolemnis, ideo quia publice fit; proprie tamen dicitur illa, quæ fit in facie Eccleſiæ, non cum prędicta ſolemnitate, ſed cum iniūgitur peregrinatio per mundū cum baculo, cubitali, & ſcapulari, vel veſte aliqua ad hoc conſueta. hanc poſſet imponere [f] quilibet ſacerdos ſuo parochiano, quia non inuenio ſibi prohibitum, niſi conſuetudo eſſet contraria in aliqua eccleſia. Item non debet imponi clerico, niſi depoſito, nec debet imponi niſi pro crimine enormi, & manifeſto. de pœn. diſt. 6. [g] facerdos. Item ſolēnis pœnitentia non debet [h] iterari; alia quælibet, & debet, & poteſt iterari, quoties homo peccat. de pœn. diſt. 3. reperiuntur, & [k] ſepties

[c] *Confirmandum*] ibi dicitur, quod presbyteris, & diaconis non eſt imponenda, prō grauioribus etiā culpis, manus, tamquam pœnitentibus, vel fidelibus laicis.

[d] *Illud*] ibi dicitur, quod nulli clericorum agere pœnitentiam cōceditur, ſolemnem ſcilicet: laicis etiam poſt huiuſmodi pœnitentiam nō licet clericatum adipiſci.

[e] *C. vlt.*] ibi dicitur, quod non niſi propter publicum, & vulgatiſsimum crimen, & quod totam cōmouerit vrbem, eſt imponenda ſolemnis pœnitentia.

[f] *Quilibet ſacerdos*] & multo fortius pœnitentiarij Epiſcoporum generales.

[g] *Sacerdos*] ibi dicitur de presbytero reuelante confeſsionem, quod deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuę ignominioſus per mundum vadat.

[h] *Iterari*] ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum contrarium tamen in aliis obſeruatur.

[i] *Reperiuntur*] ibi dicitur: ſicut vnum eſt baptiſma, ita vnica eſt pœnitentia, & loquitur de ſolemni.

[k] *Septies*] ibi dicitur, quod non ſolum ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties delinquenti, ſi ad pœnitentiam conuertatur, peccata condonantur.

Digitized by Google

in die cadit iustus, & adhuc instant perfidi. Priuata dicitur illa pœnitentia, quæ singulariter fit quotidie, & cum quis peccata sua secrete sacerdoti confitetur.

§. 7. Sequitur videre quæ sint necessaria in pænitentia vera, & perfecta; & quidem tria, videlicet cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Ioannes os aureũ: perfecta pænitentia cogit peccatorẽ libenter sufferre omnia: in corde enim contritio, in ore cõfessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera pænitentia. de pæn. dist. 1. perfecta, quia enim tribus modis Deum offendimus, cogitationis scilicet delectatione, impudentia locutionis, & superbia operis, secundũ regulam, vt contraria cõtrarijs curentur, tribus modis oppositis satisfaciamus. De his etiam Hieronymus exponens verba [l] Amos ait: super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. iuxta tropologiam hoc possumus dicere, primum peccatũ est cogitasse quæ mala sunt; secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis; tertium, quod mente decreueris, opere complesse. quartum est, post peccatum non agere pœnitentiam, sed suo sibi complacere delicto: de pæ. dist. 1. super tribus. & isti sunt tres mortui, quos legitur Dominus suscitasse, scilicet [m] filia Archisynagogi, filius [n] viduæ, & Lazarus. puellam suscitauit in domo, ecce peccatum cogitationis; puerum in porta ciuitatis, ecce peccatum locutionis; Lazarum in sepulchro quatriduanum, & fætentem, ecce peccatum operationis. vel dic, per puerum peccatum operationis, in quo includitur peccatum locutionis; per Lazarum peccatum consuetudinis. item puellam verbo, puerum motu, Lazarum fremitu, clamore, & lacrymis suscitauit, vnde versus:

Mens mala mors intus, malus actus mors foris, vsus,
Tumba; puella, puer, Lazarus ista notant.
Hanc verbo, hunc [p] motu, lacrymando suscitat illum.

scilicet Christus. Hæc pænitentia est illud felix [q] triduũ, de quo ait [r] Moyses: Deus hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierũ in solitudine, vt sacrificemus Dño Deo nostro, ne forte accidat nobis, aut pestis, idest culpa in præsenti, aut gladius. 1. pœna in futuro. in hoc triduo [s] quæsiuit Virgo Maria filium, & inuenit. hæc est scala cũ tribus gradibus, quã vidit [t] Iacob erectam à terra vsque in cælum, & Dominum innixum scalæ propter tria. Primum, vt Gigas nomine substantiæ fortiter eã sustineat. Secundum, vt manum, si necesse fuerit, ascendenti per eam porrigat. Tertium, vt ascendens, cum laborauerit, & fatigatus fuerit, in ipsum respiciat, iactans totam curam suam in eum; non enim est ita crudelis, vt ait Aug. vt ipsum cadere permittat. In prima dieta, siue gradu est dolor, in secunda [u] pudor, in tertia [x] labor; singulas dietas per ordinem persequamur.

§. 8. Prima dieta est contritio, circa quam quatuor sunt consideranda, scilicet

l *Amos*] c. 1.
m *Filia*] Mat. 9.
n *Viduæ*] Luc. 7.
o *Lazarus*] Io. 11.
p *Motu*] Lucæ. 7.
q *Triduum*] propter contritionẽ cordis, cõfessionem oris, & satisfactionẽ operis.
r *Moyses*] Exo. 5.
s *Quæsiuit*] Lu. 2.
t *Iacob*] Gen. 28.
u *Pudor*] confessionis.
x *Labor*] satisfactionis.

Aug. lib. de corres. & gratia. cap. 9.

Hier. ad c. 1. Amos.

scilicet quid ipsa sit, quæ sint causæ inductiuæ ipsius, qualis debeat esse, & quis eius effectus. Contritio est dolor pro peccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. hoc præcipitur à Domino [y] per prophetam, vbi dicitur: scindite corda vestra, &c. Iste dolor debet esse triplex, vt ait Bernar. acer, acrior, acerrimus. Acer, quia offendimus Dominũ, & Creatorem omniũ. Acrior, quia patrem nostrum cælestem, qui nos pascit multipliciter. Acerrimus, quia Redemptorem nostrum, qui nos liberauit proprio sanguine à vinculis peccatorum, à crudelitate dæmonum, & acerbitate gehennæ.

§. 9. Causæ inductiuæ cõtritionis sunt sex, cogitatio, & ex ea pudor de peccatis cõmissis: detestatio vilitatis ipsius peccati: timor iudicij, & pœnę gehennæ: dolor de amissione patriæ cælestis, & multiplici offesa Creatoris: & spes triplex, veniæ, gratiæ, & gloriæ, veniæ, qua remittuntur peccata: gratiæ, qua bene operabitur: gloriæ, qua pro bono opere adhuc remunerabitur. De primo, scilicet de cogitatione, [z] Ezechias: recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aiæ meæ. de secundo, scilicet de pudore, [a] Iob: res dignas confusione agunt. [b] Nahum. 3. reuelabo pudenda tua in faciem tua. Hiere. in Thren. 4. denigrata est facies illorum super carbones. de tertio, scilicet detestatione peccati, propter cuius vilitatem peccator vilis factus est. Hiere. quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Petrus in can. [c] qui facit peccatum, seruus est peccati. Augustin. appende te ex pretio, ne tibi vilescas. Philosophus: maior sum ad maiora natus, quam vt fiam mancipium corporis mei. Seneca: si scirem Deos ignoscituros, homines ignoraturos, tamen abhorrerem peccatum. De quarto, scilicet timore de die iudicij, & pœnarum inferni Hieron. Quoties diem illum considero, toto corde contremisco, idem: siue comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper videtur in auribus meis illa tuba terribilis, &c. Aug. [d] ascendat homo tribunal mentis suæ, &c. Greg. [e] Quid faciet virgula deserti, vbi concutietur cedrus paradisi? Petrus in can. [f] Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi apparebunt? Apoc. 18. apprehensa est bestia, & cũ ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius, viui missi sunt hi duo in stagnum ignis, &c. Item Apoc. 21. Timidis aũt, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris,

Augus. 1. Cor. 11.

Hieron. ad c. 7. Oseæ.

Gregor. in per Iob c. 26.

[y] *Per prophetam*] Ioel. 2.

[z] *Ezechias*] Isa. 38.

[a] *Iob*] expressius hoc habetur Prouerb. 12. putredo in ossibus eius, qui confusione res dignas gerit.

[b] *Nahum*] sic Oseæ. 2. & nunc reuelabo stultitiã eius in oculis amatorũ eius.

[c] *Qui facit*] Io. 8.

[d] *Ascẽdat*] Aug. sup illud Apost. 1. Cor. 11. probet autem seipsum homo, dicit versetur ante oculos imago futuri iudicij, & ascendat homo aduersum se tribunal mẽtis suæ, constituat se ante faciem suam, atque constituto in corde suo iudicio, adsit accusatrix cogitatio, & testis conscientia, carnifex timor, inde quidam sanguis per lacrymas effluat postremo ab ipsa mẽte talis sententia proferat, vt se indignum homo participatione corporis, & sanguinis dominici iudicet.

[e] *Quid faciet*] hoc dicit Gregorius super illud Iob. 26. columnę cæli contremiscunt.

[f] *Si iustus*] 1. Pet. 4.

[g] *Ecce*

&

§. 21. Si autem quæras quæ peccata sint mortalia, & quæ venialia, potes notare ī primis mortalia peccata, omnes transgressiones decalogi. item quædam numerantur

m *Pandenda*] de consilio, non de necessitate, nisi sint regulares, qui aut per votum, aut per constitutiones suas teneantur ad confitendum venialia proximo, vel nisi quis in pascha sit non conscius de mortali, & propter hoc, quod tenetur semel confiteri in anno, confiteatur tunc venialia. sed tamen nō credo, quod tunc etiam teneatur illa confiteri in speciali, sed sufficit quod in generali.

n *Vnum*

Digitized by Google

ab Apostolo in epistola ad Rom. c. 1. vt est idolatria, vitium contra naturam, iniquitas, malitia, fornicatio, auaritia, nequitia, inuidia, homicidium, contentio, dolus, malignitas, susurratio, detractio, contumelia, superbia, elatio, inuentio malorum, inobedientia, insipientia, incompositio; quibus adiungit illos, qui sunt sine affectione, absque fœdere, & sine misericordia. postea subiungit, quod qui talia agunt, digni sunt morte æterna. item in epistola ad Gal. 5. manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, auaritia, luxuria, &c. multa etiam enumerat Aug. mortalia, & venialia. dist. 25. §. [a] vnum orarium. & supra in singulis tractatibus poteris inuenire. vnum tamen cõsulo, quod non sis nimis promus iudicare mortalia peccata, vbi tibi non constat per certam scripturam esse mortalia; sed potes dicere esse peccata, & inducere homines ad pœnitentiam de talibus; alias enim possent induci homines cito in desperationẽ.

§. 22. [o] Sequitur, quæ sint necessaria ad veram confessionem. Ad hoc dicas, quod quatuor, videlicet qđ sit amara, festina, integra, & frequens. De primo, scilicet de amaritudine Hiere. [p] statue speculam tibi, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectã. signa huius amaritudinis sunt quinque, verecundia, humilitas, lacrymæ, fortitudo vincens pudorem, & pronitas obedientiæ. De primo signo, scilicet verecundia, Augustus [q] laborat mens patiendo erubescentiam; & quoniam verecundia est magna pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. de pœn. dist. 1. quem pœnitet. De secundo, scilicet de humilitate, Apostolus: humiliamini sub potenti manu Dei, &c. vnde [r] Publicanus non audebat ad cælum oculos leuare. De tertio, scilicet de lacrymis Hiere. in Tren. c. 2. deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & no-

de sacerdote habente focariam parochianam suam, numquid debet eam admittere ad confessionem, de illo peccato maxime? R. credo quod non, quia aufertur ei erubescentia, quæ est maxima pars pœnitentiæ; quia non erubesceret ita coram eo, sicut coram alio: debet ergo eam mittere ad aliũ sacerdotem, sicut notauit H. circa presbyterum, & vxorem propriam. Idem credo de omni peccato, in quo p̃sbyter fuit consentiẽs, vel cooperator: si tamen in huiusmodi casibus absoluat parochianum pœnitentẽ, absolutus erit. nec est contra, quod Episcopus nõ potest dispensare in simonia cum ipso commissa; quia dispensatio est dignitatis, absolutio necessitatis; & ideo non tam facile amittit quis potestatem absoluendi, sicut dispensandi. [s] 1. Pet. c. 5.

[a] *Vnum*] ibi dicit Augustus. quod mortalia sunt, sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtum, superbia, inuidia, iracundia longa, ebrietas assueta. Venialia vero sunt, excessus in cibo, & potu, vel verbo, vel taciturnitate, &c. exasperatio pauperis, comedere alijs abstinentibus, tardius ad ecclesiã propter somnũ venire, cognoscere vxorem præter spem, pluris, tardius visitare infirmos, vel incarceratos, tardius reuocare à discordia ad concordiam discordantes, exasperatio vxoris, filiorũ, & seruorum, & proximi, excessus in blandiendo, adulatio, delitiosa, vel sumptuosa pauperibus erogare; otiosis verbis in ecclesia; vel extra, intẽdere iocando, incaute iurare, & non implere, quod iuratum est, ex aliqua necessitate peierare; item facile, & temere maledicere.

Aug. lib. de vera & falsa pœnitentia.

Aug. lib. de vera & falsa pœnitentia.

[o] *Sequitur*] tertium. c. de confessione.

[p] *Statue*] Hiere. 31.

[q] *Laborat*] Quid

[r] *Publicanus*] Lucæ 18. sic & Maria accessit retro. Lucæ 7. & sedit secus pedes Domini. Lucæ 10. & Rex Niniue descendit de solio.

[s] *Obe-*

confessio confessio

& noctem; non des requiem tibi, neque taceant pupillæ oculi tui. item Io. Chrysost. de pæn. dist. 1. lacrymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri, id est cum pudore, & verecundia est confitendum. item psal. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De quarto, scilicet fortitudine, exemplum Mariæ Magdalenæ Lucæ 8. quæ adeo fortis erat in confitendo, propter amaram interius compunctionem, quod, nullo pudore obstante, publice fuit confessa turpitudinem peccatorũ. De quinto, scilicet pronitate obedientiæ, exemplum Domini, qui factus est pro nobis [f] obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. item Aug. [t] ponat se pęnitẽs omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil reseruans sibi, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæcumque faceret pro euitanda corporis morte; & hoc cũ desiderio, quia vitam recuperat infinitam, [u] vt Deus. cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quę faceret pro [x] differenda morte moriturus. de pænit. dist. 5. consideret.

§. 23. Item debet esse festina confessio. Salom. [y] Ne tardes conuerti ad Deum, & ne differas de die in diẽ, subito enim [z] veniet ira illius, in tempore vindictæ disperdet te: debet ergo festinare propter quinque, primũ, propter incertitudinẽ horæ mortis. Luc. veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & [a] diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. item diuiti promittenti sibi vitam longam dictum est. [b] Stulte, hac nocte repetunt à te animam tuam, quæ autem [c] congregasti, cuius erunt? secundum est, quod morans in peccato, semper accumulat peccatum peccato, & per consequens pœnam pœnæ. [d] Apoc. qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apostolus an ignoras quoniam benignitas Dei ad misericordiam te adducit; secundum duritiam autem tuam, & impænitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua? Item [e] Ose. maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. item Gregorius.: peccatum, quod per pænitentiam non diluitur, mox pondere suo ad aliud trahitur. Tertium est, quod quanto maiorem moram fecerit in peccato, tanto magis elongabitur à Domino; & per consequens tãto difficilior erit conuersio.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Principijs obsta, sero medicina paratur.

Cum

[f] *Obediens*] Philip. 2.

[t] *Ponat*] verba sunt Augustini. de pæ. dist. 5. consideret.

[u] *Vt Deus*] id est sicut Deus est vita infinita, siue æterna, & sicut Deus habet vitam æternam, siue infinitam.

[x] *Differenda*] vnde Ouidius.

Vt corpus redimas ferrũ patieris, & ignem.
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tollerare negabis?

Psal. 45.

[y] *Ne tardes*] Eccle. 6.

[z] *Veniet*] Lucæ 12. Matth. 24. vnde nihil incertius hora mortis, morte nihil certius esse potest.

[a] *Diuidet*] a consortio sanctorũ.

[b] *Stulte*] Lucæ 12.

[c] *Congregasti*] ibi dicit Ambr. non sunt hominis bona, quę secum auferre nõ potest, sola misericordia comes est defunctorum.

Aug. lib. de vera & falsa pænitentia cap. 14. nu. 15.

[d] *Apoc.*] c. vlt.

[e] *Oseæ*] c. 4.

[f] *Au-*

Luc. 12.

ad Rom. 2.

Greg. lib. 1. moralium cap. 21.

Cum mala per longas inualuere moras.

Et psal. Domine, qui elongant se à te, peribunt. Quartum, quia in extrema ægritudine vix pot aliquis pœnitere, vel et cogitare. Hieronymus cum ægritudine opprimeris, vix potes aliud cogitare, quam quod sentis, & illuc rapitur intentio mentis, vbi est vis doloris: multa enim, vt ait [f] Augustinus, occurrunt tunc impedimenta: nam morbus vrget, pœna [g] terret, filij, quos illicite dilexit, vxor, & mundus eum ad se vocant. tene ergo certum, & dimit te incertum, id est, age pœnitentiam, dum sanus es, & non differas vsque ad infirmitatem. de pœn. dist. 7. qui egerit. &, nullus expectet. Quintum, quia, nisi in vita præsenti exaudierit Dominum clamantem, [h] clamabit ipse postea ad Dominum, & non audietur: clamauit enim [i] dives in inferno sepultus, & non est exauditus, etiam in gutta aquæ. item clamabant [k] virgines fatuæ, Domine Domine aperi nobis, & respondit Dominus: amen dico vobis nescio vos, item de talibus Dominus per [l] Hieremiam: ecce inducam mala super eos, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos: festina ergo, & noli procrastinare dicens: sine modo, sine modo, quia, sicut ait Augustinus, illud modo non habet modum. Item debet confessio esse frequens, quod dupliciter est intelligendum. Vno modo, vt si frequenter ceciderit, per peccatum etiam mortale, frequenter resurgat per pœnitentiam. ℟. supra eod. §. species. vers. item solennis. Alio modo, vt etiam eadem peccata frequenter confiteatur; non tamen tenetur quis, nisi in casibus, quos ℟. infra. §. sed numquid peccata. Aug. quanto pluribus confitebitur quis sub spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. de pœn. dist. 1. quem pœnitet. item Isa. 23. Sume [m] citharam, circui [n] ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta [o] canticum, vt memoria tui sit. Item nota constitutionem emanasse contra negligentes confiteri peccata, scilicet quod saltem semel in anno tenetur quilibet, postquam ad annos discretionis peruenerit, confiteri omnia peccata sua, & suscipere reuerenter, ad minus ad pascha, Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprij sacerdotis, ob aliquam rationabilē causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum; alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum debet frequenter in ecclesijs publicari, ne quisquam ex ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Item nota, quod statutum est, & præceptū à Papa Innocentio medicis corporū, vt infirmos, ad quos vocati fuerint, ante omnia moneant, & inducant, quod medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit de salute animarum

Aug lib. de vera & falsa pœnitētia c. 10.

Aug. lib. 50. homil. hom. 41.

[f] *Augustinus*] de pœnit. dist. 7. nullus expectet.
[g] *Terret*] vel timet.
[h] *Clamabit*] Prouerb. 21. qui obtinuit aurem ad clamorem pauperum, &c.
[i] *Dives*] Lucæ 17.
[k] *Virgines*] Matth. 15.
[l] *Hieremiam*] c. 11.
[m] *Citharam*] id est confessionē.
[n] *Ciuitatem*] confitendo diuersis confessoribus in Ecclesia constitutis.
[o] *Canticum*] id est confessionē.
[p] *Non*

rum prouisum, ad corporale medicinæ remedium salubrius ꝓcedatur, vt cessante causa, cesset effectus. Si quis autem medicorum, postquam per prelatos locorum fuerit hæc constitutio publicata, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec pro trãsgressione huiusmodi satisfecerit competenter. prohibetur etiam sub interminatione anathematis, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægro suadeat, quod in periculum animæ cõuertatur. hæ constitutiones sunt ext. eo. omnis vtriusque. & cum infirmitas.

§. 24. Item debet confessio esse integra, scilicet vt peccata omnia dicat integra, [p] nõ diuidẽdo etiam ea inter diuersos sacerdotes, sed vni: Dominus enim summe bonus op[9] imperfectionis nõ nouit; [q] aut totum hominẽ sanat, aut nihil. Aug. [r] caueas, ne verecundia ductus, diuidas confessionẽ ad idẽ Hiere. in tren. [f] effunde [t] sicut aqua cor tuũ ante conspectũ Dñi. itẽ psal. [u] effundite coram illo corda vestra. Ad hoc autẽ, qđ integra sit confessio ista, nouẽ exiguntur, scilicet, ꝙ sit voluntaria, fidelis, propria, accusatoria, vera, nuda, discreta, pura, morosa. Voluntaria debet esse, vt non sit sicut confessio [x] Achor, sed sicut confessio dextri [y] latronis in cruce; licet enim dolere debeat propter peccata, quæ commisit, debet tamen gaudere propter vitam, quam recuperat: vnde [z] simul esse contingit dolorem, & gaudium in eodem subiecto. psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Fidelis scilicet, vt tam ipse confitens, quam sacerdos, cui confitetur, sint in fide catholica, & fiat confessio secundum doctrinam Ecclesiæ, non secundum doctrinam hæreticorum. Item quod fiat sub spe veniæ, alias [a] non valeret. de pænit. dist. 1. quem pœnitet. & dist. 6. [b] qui vult. Propria, vt seipsum tantum accuset, & non alium. psal. meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitatus sum, & scopebam spiritum meum. item, Deus, vitam meam annunciaui tibi. alias si crimen alterius diceret, non esset erroris illius corrector, sed proditor, vel detractor. fallit hoc, vbi circunstantia facti talis est, quod alias non posset confiteri peccatum; vt si cogno-

dicit Augustin. laboret pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatem tendere: nisi enim Ecclesiæ vnitas succurrat, & quod deest peccatori sua operatione cõpleat, de manibus inimici nõ eripietur anima mortui: & ita non petat sacerdotes per aliquã culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos.

[c] Pri-

[p] *Non diuidendo*] vnde psal. 50. omnes iniquitates meas dele, & Matth. 18. donec redderet vniuersum debitum. & Iob. 2. conuertimini ad me in toto corde vestro.

[q] *Aut totum*] de pæn. dist. 3. sunt plures.

[r] *Caueas*] confessio enim diuisa, scienter propter pudorẽ, nõ valet ad salutẽ. de pœnit. dist. 5. consideret. versus finem. vnde, qui sic diuisit ex rubore, totũ tenetur dicere vni.

[f] *Effunde*] Tren. c. 2.

[t] *Sicut aqua*] id est ex toto, sicut aqua effunditur ex toto de vase.

[u] *Effundite*] id est extra per cõfessionem manifestate.

[x] *Achor*] Iosue 7.

[y] *Latronis*] Lucæ 23.

[z] *Simul*] non in eodem instanti; cum anima tam diuersis actionibus in eodem instanti forsitã moueri non possit; sed simul, id est, modico spatio temporis.

[a] *Non valeret*] sicut non valuit pœnitẽtia Caim, qui dixit: maior ẽ iniquitas mea. & Iudæ, qui dixit: peccaui tradens sanguinem iustum, &c.

Aug. lib. de pœniten tia. cap. 26.

[b] *Qui vult*] ib.

Digitized by Google

cognouit matrem, vel filiam, vel simile: & tunc non est dicendus proditor, quia non dicit vt alium prodat, vel grauet, sed vt se liberet, quod alias facere non posset. Accusatoria, vt dicat se commisisse peccatum ex propria malitia, accusando se fortiter, non prætendens excusationes in peccatis, sicut [c] primi parentes. Salom. in parab. 18. Iustus prior est accusator sui; venit amicus eius, & inuestigabit eum. nisi modo accuset se coram isto isto amico, id est, Deo, vel sacerdote Dei vicario, in futuro habebit accusatores Deū, propriam conscientiam, diabolum, peccata, & totum mundum; quia [d] pugnabit orbis terrarum contra insensatos. si vero modo accuset se, Deus excusabit eum. August. super psalm. veritas de terra orta est, id est, confessio de homine, vt se accuset; & sic iustitia de cælo prospexit. quasi Deus dicat: parcamus huic, quia non parcit sibi ignoscamus, quia agnoscit: de cælo ergo iustitia prospexit, id est, a Deo data est iustificatio pœnitenti. Vera, id est, non tacens verum, nec admiscens falsum, etiam humilitatis causa. Augustinus, [f] cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod deuitaueras. item, non est veritas nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam esse recognoscas; veritas autem ipsa est, vt quod est, dicas. sed contradicit Io. in canon. 1. si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. item Gregorius: bonarum mentium est ibi culpas suas agnoscere, vbi culpa non est. sed dic quod debet se dicere peccatorem in genere: quia nemo sine crimine viuit: in specie vero non dicat perpetrasse peccatum, nisi sciat, vel credat ita esse. Obijcitur etiam de generali confessione, in qua sacerdotes, & alij confitentur, & interdum specialiter se omnia commisisse peccata. sed dic quod taliter confitens loquitur in persona Ecclesiæ; vel quia, sicut ait Augustinus, in vno peccato multa peccata possunt notari. [f] quod autem dicitur: in omnibus vitijs, quibus miser homo, &c. ibi comprehendit genera singulorum, & non singula generum, quasi dicat, peccaui cogitatione, locutione, opere, & omissione.

§. 25. Nuda, quia non debet confiteri [g] per nuncium, nec per epistolam, sed viua voce, & ore proprio, & præsentialiter, vt qui per se peccauit, per seipsum erubescat:

[a] *Primi parentes*] Gen. 3.
[d] *Pugnabit*] Sap. 5.
[c] *Cum humilitatis*] 22. q. 2. cum humilitatis.
[f] *Quod autem dicitur*] tam a sacerdote, quam ab homine præsentibus secundum consuetudinem quarumdā ecclesiarum: peccauit in omnibus vitijs, quibus miser homo peccare potest.
[g] *Per nuncium*] numquid sufficit; si aliquo pœnitente præsente coram sacerdote, alius dicat peccata eius in præsentia eius? R. credo q nō, quia dicitur hic: non per nūcium. si tamen sacerdos interroget pœnitentē, & ille ad interrogata respōdeat, sufficit quantū ad ea, de quibus interrogatur, nisi talis q̄s prius dimitteret confiteri, quam ore proprio cōfiteretur peccatū; hoc em̄ ex superbia est. vt de pœn. dist. 5. c. 1. versus fine. similiter non debet

Aug. sup psal. veritas de terra orta est.

Aug. de verbis Apostoli ser. 31.

Aug. lib. de vera, & falsa pœnitentia. cap. 10.

bet per epistolã confiteri, nec debet absolutio fieri per epistolam, sed præsens confitens à præsente sacerdote debet absolui. Sed numquid vnus potest audire pœnitentem, & alius absoluere? Respondeo; credo quod non, quia sacramentum pœnitentiæ non est diuidendum, sicut dicitur de Episcopo, qui manũ imponebat in ordinatione, & aliꝰ sacerdos verba proferebat. 23. dist. quorundam. concedo tamen quod potest audiri confessio per interpretem, dum sacerdos non intelligit idioma confitentis, præsente tamen eo, qui confitetur.

Aug. lib. de vera & falsa pœnitentia.

h *Præcepit*] Lucæ 17.

i *Sacerdotibus*] id est per presentiã corporalem.

k *Quem pœnitet*] vbi dicit Augustinus: præcepit Dominus mundandis, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nũcium, nec perscriptũ manifestanda: dixit enim, ora monstrare, & omnes, non vnus ꝓ omnibus, non aliũ

h præcepit enim Dñs mundatis, vt ostenderent se i sacerdotibus. & Aug. de pæn. dist. 1. k quem pœnitet. item, quia non debet confiteri verbis, vel nominibus criminum palliatis, sed quodlibet peccatum suo proprio nomine l quantumcũque turpi exprimat; & non solum ipsa peccata, sed omnes circunstantias quãtumcumque turpes, vel abominabiles, vt sic tota sanies apostematis expellatur. item debet confiteri m circunstantias cõcomitantes ipsum peccatum, & etiã præcedentes, atque illicientes ad peccandũ. dicuntur autẽ circunstantiæ concomitates, qualitas criminis, locus, tempus, perseuerantia, & similes. præcedentes, siue allicientes dñr circunstantiæ, de quibꝰ Dñs in Isa. 3. pro eo ꝙ eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibꝰ oculorũ, &c. Item nota, quod quædam circunstãtiæ adhærent ꝓprie ipsi peccato, quædam personæ ipsius peccantis, quędam nec peccato, nec personæ, sed extrinsecus considerantur. Peccato adhęrent n detestatio, vt in sodomitico; horribilitas, vt in homicidio; qualitas, vt in peccato occulto, vel manifesto; quantitas, vt in paruo, mediocri, vel enormi, & simili. Personæ, vt dignitas, libertas, scientia, ætas, sexus. Nec peccato, nec personæ, vt locus, & tempus, & similes. Tales circunstantias o debent omnes confiteri pro posse, & de omnibus dolere, ac pœnitere, necnon in posterum abstinere. de pœnit. dist. 5. p c. 1. Ad idem facit, quod leguntur Angeli dixisse Loth. Gen. 19. salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni via circa regionem, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. item Dauid, ego sum, qui peccaui, qui inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? item Iob. 7. non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confastatuatis nuncium, qui pro uobis offerat munus à Moyse cõstitutum.

l *Quantumcumque turpi*] credo quod sufficit exprimere peccatum per honesta verba, vt dormiui cum illa, aut cognoui eam: nec debet confitens loqui turpiter, vt ribaldus.

m *Circunstantias*] per quas creditur aggrauari peccatum. Prouer. 28. qui abscondit scelera sua, non dirigetur; q autem confessus fuerit, & ea reliquerit, misericordiam consequetur.

n *Detestatio*] hæc circunstantia, & horribilitas, de qua subiungit, sunt tales circũstantiæ, q̃ ponũt talẽ actũ, scilicet coitum, & hoꝰ percussionẽ, in genere peccati; & ideo non proprie sunt circunstantię peccati.

o *Debent omnes*] si aggrauãt peccatum, vt dictum est.

p *C. 1.*] quod incipit, consideret. vbi dicit Augustinus, quod oportet pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status, aut officij, aut secundũ modum meretricis, & in modo sui opis, & qualiter

liter turpitudinem suam peregerit; si in loco sacrato, aut cui debuit excellentiam fidei, vt sunt domus dñorum, & aliorũ multorum: si in tpe orationi constituto, vt in festiuitatibus sanctorũ, & in tpe ieiunij. consideret quantũ perseuerauerit, & defleat qđ pseueranter peccauit, & quanta virtus fuerit impugnatione: sũt enim quidã, qui non solũ non vincuntur, sed vltro se peccato offerũt, nec expectãt tẽtationem, sed præueniunt voluntatẽ, & ptractant secum qnã multiplici actione vitij delectabiliter peccauerint. ois ista varietas cõsitenda est, & deflẽda, vt cum agnouerit, q̃ peccatum est multum, cito inueniat Dei propitium, id est, cognoscendo augmentũ peccati, cogitet cuius ætatis fuerit, cui sapientiæ, & ordinis, & statum omnem alterius non peccãtis, & ita defleat virtutẽ, qua interim caruit; & quia nõ tm̃ peccauit, sed qa virtute se priuauit, & ita quod nõ promeruit vnde remunerari cõfidat, & ita doleat, quod modo de præteritis effugiens pœnam, miser tamen non inde expectet gloriam, cuius omne tempus, quoniam breuissimum est, debuit decertasse ad præmium consequendum. defleat etiam, quoniam offendẽs in vno, factus est omnium reus: ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum non omnino timuit. in hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo Deo est acceptior: ideo ẽm Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. & etiam alio modo, offendens in vno, omniũ est reus; quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio. Nã si quis cadit in auaritiam, destruit largitatem, & etiam castitatem minorauit; quia amore pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltẽ minus amaret, & ita omnis virtus amissa cuicumque crimini est deflenda, & ita debet deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptã confirmauit in malo. gemat aliorum vitam in sua corruptã, & commodum proximi, quod dedisset exẽplo boni; doleat detristitia, quã bonis peccando intulit, & de lætitia, quã eis non adhibuit; timeat ergo ne omnia bona, quæ fecit, dum in vno peccato perseuerauerit, excommunicatione mali perdiderit.

Aug. lib. de pœniten tia cap. 10.

[q] *Augustinus*] de pœnit. dist. 1. quem pœnitet. & dist. 6. quæ vult.

[r] *Nullus laicus*] ibi dicitur, quod si Episcopus noluerit concedere decimas, aut ecclesias, aut qđ ecclesiastici iuris est monasterijs, aut canonicis ad petitionẽ laicorũ, q̃ talia detinẽt, nunciet hoc Papæ, & qđ offerendum est, tunc eius licentia offeratur.

[s] *Quem pœnitet*] ibi dicitur, quod Christus puellam suscitauit, relictis solis Petro, & Iacobo, & Ioanne, & patre, & matre puellæ in quibus figuraliter continentur sacerdotes Ecclesiæ. Iuuenẽ vero extra portã suscitauit, flente turba post filium viduæ: Lazarum vero flentibus, & orantibus Martha, & Maria, flente etiã turba, quæ Mariam fuerat secuta lacrymis Mariæ admonita, in quo docemur publice peccantibus, non proprium, sed Ecclesiæ sufficere meritum.

bulabor in amaritudine animæ meæ. item Isa. 14. perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, ait Dominus: nomen Babylonis pdam, id est, ipsius peccati nomen in cõfessione non tacebo, nec palliabo, sed expresse nominabo, & condemnabo; & reliquias, id est, memoriã dulcem, frequentiam, tactum, confabulationem, & similia; & germen, id est initiũ peccati, seu malam voluntatem, & progeniem, id est malæ voluntatis sequelã: perdã inquam hæc omnia per confessionem, siue per pœnitentiam.

§. 26. Discreta similiter debet esse cõfessio, scilicet, vt distincte, ac separatim cõfiteatur singula peccata, non confuse, iuxta illud: lauabo p singulas noctes lectũ meũ, &c. id est, per singula peccata conscientiam meam. Itẽ vt eligat peritum iudicem [q] Aug. Sacerdotẽ quære, qui te sciat ligare, & soluere. Sed qđ si sacerdos suus imperitus, & indiscretus nõ vult ei dare licentiã eundi ad aliũ discretũ, nũquid potest ire auctoritate pprią nõ vr. arg. ext. eo. ois. & de pæn. dist. 6. placuit. tutius ergo est ei ire ad superiorem. ext. de iur. patr. [r] nullus laicus. ꝛc. de his alia supra eo. §. debet quilibet. Item vt secreta peccata non publice, sed secrete cõfiteatur, manifesta, manifeste. de pæn. dist. 1. [s] quem pœnitet. in fin. & c.

[s] *Quamuis*] ibi dicitur: sufficit illa cõfessio, quę primũ Deo offertur, deinde sacerdoti.

[u] *Quem pœnitet*] ibi dicitur: in hoc, quod pœnitens p seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiã vincit, timore offensi venia fit criminis: fit eñ veniale per cõfessionem, quod criminale erat in operatione, & ita patet Dominum respicere ad cor.

[x] *Item taciturnitas*] peccati ex superbia nascitur cordis: & ita species superbię est se velle videri iustum, q peccator est, atque hypocrita conuincitur, qui ad imitationẽ priorum parentum, vel tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit, vel sicut Caim supprimere quęrit penitus reticendo. vbi autẽ superbia regnat, vel hypocrisis, humilitas locum habere non potest: sine humilitate etiã alicui veniã sperare non licet; nec ergo, vbi est taciturnitas cõfessionis, venia speranda est criminis.

[y] *Fletus*] Matth. 14.

[z] *Sequitur*] hic tractatur quartum capitulum confessionis.

[a] *Qui sine peccato*] Io. 8.

[b] *Scientiæ*] quæ pertinet ad vnã clauium, sicut iudiciaria potestas pertinet ad aliam.

[c] *Do-*

[s] quamuis. Pura, quo ad intentionem, vt nõ ad vanam gloriam, vel hypocrisim, vel timore seruili, sed timore filiali fiat, & sine oĩ fictione. de pæn. dist. 1. [u] quę pœnitet. & §. [x] itẽ taciturnitas. Item morosa, vt non dicantur peccata in transcursu, sicut campsores, vel computatores computãt nummos, sed cum mora, & deliberatiõe, vt ex hoc accendatur deuotio, & maior habeatur contritio, & verecundia.

§. 27. Confiteatur ergo pœnitẽs integre, iuxta formã p̃dictam, explicans omnia. Iere. 2. scito q̃d feceris cursor leuis, explicãs vias tuas. alioquin si noluerint hic lauare animas suas per integrã cõfessionem, fiet eis, prout dr̃ Amos 4. Leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus, & pjciemini in Armon. leuabũt, scilicet dæmones, vos in contis, sicut fit de porco depilato, qui suspẽditur p pedes in conto, id est, in ptica: dr̃ enim proprie contus pertica ad cõmouendum anguillas in luto depressas apta. & reliqas vestras, id est peccata, q̃ in cõfessione reliquistis, & noluistis cõfiteri. in ollis feruentibus, id est, in pœnis perpetuis. deinde pjciemini in Armon. quasi dicat, sicut porcus proijcitur in arcam ad saliendũ, ita vos pjciemini in Armon, id est, in infernũ vbi erit fletus, et stridor dentiũ: Armon enim anathema mœroris, vel imago tristitiæ interpretatur. habebũt aũt pro sale sulphur inferius, et vermes superi[y]. Iob. 18. aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Idẽ 21. vermes operient eũ. socij eius erunt dæmones. Iob. 18. habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est, id est, dæmones, qui sunt socij Luciferi, qui recessit à vero esse.

§. 28. [z] Sequitur, vtrũ sint faciendæ interrogationes in cõfessione à sacerdote, et de quibus, et qualiter. Ad primũ, licet quidã dicant, quod sacerdos non debet interrogare pœnitentẽ, quia tñ suã talis videtur mihi plena periculo, pp simplicitatẽ, et verecundiam hominum, credo contrarium, scilicet, quod debet facere interrogationes. Aug. super illum locum: [a] qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Caueat, inquit, spiritualis iudex, sicut non cõmisit crimen nequitiæ, ita non careat munere [b] scientiæ: oportet quod sciat agnoscere, quicquid debet iudicare: iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt, quod debet iudicare, discernat. diligens igitur inquisitor, subtilis inuestigator, sapienter, et quasi astute interroget à peccatore, quod forsi-

forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare; cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, &c. quibus cognitis adsit benevolus, paratus erigere, & secum onus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate: adiuuet confitentẽ orando, eleemosynas, & cætera bona pro eo faciendo: semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittẽdo, & cum opus fuerit, etiam increpando: [c] doleat loquendo, instruat operando: sit particeps labdris, qui vult fieri particeps gaudij: doceat pseuerantiam; caueat ne [d] corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariam. hæc omnia, & plura de hac materia R. de pæn. dist. 6. qui vult. ad idem. Salom. [e] iustus prior. &c. R. supra. §. proximo. vers. accusatoria. Item Gregorius: Clauis itaq; apertionis est sermo correctionis; qa increpãdo culpã detegit, quã sepe nescit ipse etiã, q ppetrauit. 43. dist. sit rector. & ita subtiliter educẽdus de sinu peccatoris obstetricante manu [f] coluber tortuosus.

§. 29. Ad aliud scilicet de quibus sint faciendæ interrogationes, iam patet ex præmissis, quia de peccatis, & circunstantijs eorundẽ. [g] Circunstantias autem istas, quas præcipue debet attendere, nota in his versiculis.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Quilibet obseruet, aīa medicamina dãdo.

Quis, scilicet peccator, vtrũ ipse peccator fuerit masculus, vel fœmina; iuuenis, vel senex; nobilis, aut ignobilis; liber, vel seruus; in dignitate, seu officio cõstitutus, an priuatus; sanæ mẽtis, vel insanus; sciens, vel ignorans; solut[us], vel vel cõiugatus; claustralis clericus, vel laicus; consanguineus, an affinis, an extraneus, Christianus, hæreticus, vel paganus, & similia. Quid, si cõmisit adulteriũ, vel fornicationẽ, vel homicidiũ, & similia: item vtrum peccatũ, quod perpetrauit, sit enorme, mediocre, vel paruum. item vtrum sit manifestum, vel occultum. item vtrum quatriduanum, & fœtens, an recens, & similia. Vbi, scilicet vtrum in loco sacro, an [h] in profano; in domo dominorum, aut alibi. Per quos, scilicet mediatores, & internuncios; quia omnes tales sunt participes criminis, & damnationis, & ipse est reus, & obligatus pro peccatis eorum. Item per quos, id est, cum quibus, & pro quibus, & contra quos. Quoties, debet enim peccator, si potest, confiteri, & sacerdos interrogare, non solum ipsa peccata, sed & vices, & iterationes, vt dicat quoties cognouit fornicariam, vel adulteram; & vtrum vnam, vel plures: quoties dixerit proximo verba contumeliosa, quoties iterauit iniurias, & similia; [i] quia vulnus iteratum tardius sanatur. Cur, scilicet quali tentatione hoc fecerit: & vtrum præuenit ipsam tentationem, vel fuit præuentus ab ea;

[c] *Doleat*] id est, se dolere p peccato eius ostendat.
[d] *Corruat*] sacerdos per indiscretionem, vel pœnitens per recidiuum.
[e] *Iustus prior*] Prouer. 18. accusator est sui, venit amicus eius, & inuestigabit eum, scilicet sacerdos.
[f] *Coluber*] Iob 26.
[g] *Circunstantias*] quæ aggrauant peccatum.
[h] *In profano*] id est publico, vel priuato, non cõsecrato. & dicitur profanum, quasi procul à fano.
[i] *Quia vulnus*] sunt verba August. de pœn. dist. 3. inanis.
[k] *Vel*

Digitized by Google

vtrum spote, vel coact⁹, aut quasi, coactione conditionali videlicet, an absoluta. item vtrum cupiditate, an paupertate; vtrum ludo, an nocendi animo, et similia. Quomodo, scilicet de modo agendi, vel patiendi, & melius actu, quã lectione scitur. Quando, vtrum in tempore sacro, puta festis, quadragesima, & alijs ieiunijs, aut in non sacro, vt in alijs diebus profestis. Item vtrum ante acceptam pœnitentiam, [k] vel etiam post, frangendo ipsam pœnitentiam. Debet etiam peccator dolere, & confiteri de bonis omissis, quæ scilicet potuit facere, & non fecit; talia enim dicuntur proprie delicta, quasi derelicta; item de tempore male expenso. item quia animas proximorum, non solum Deo eripuit, sed & etiam ereptas à se, vel ab alio in malo confirmauit: item quia multis fuit exemplum mali, & quia non fuit exemplum boni. itẽ de tristitia, quam intulit bonis peccando, & de lætitia, quam eis non adhibuit. item non solum cogitet quid, & qualiter fecerit, sed quam iniuste Deum offenderit. probantur hæc omnia ab Auguſt. de pœnit. dist. 5. consideret. & ab Alexan. ext. de homic. [l] sicut dignũ. & ff. supra de pœnis. §. sunt autẽ multa. per totum. & supra eod. §. Item confessio debet esse integra. Item nota, quod sicut pœnitens [m] non debet nominatim specificare personam, cũ qua peccauit, nec circunstantias, per quas intelligi possit, nisi esset forte notorium, vel alias non posset recte cõfiteri, vt dixi supra eod. §. item debet confessio esse integra, ver. propria. ita similiter sacerdos non debet specificare personam in interrogatione; sed vterque insistat caute circa qualitatem personæ, scilicet si erat virgo, vel corrupta; vidua, vel meretrix; coniugata, vel consanguinea, vel sanctimonialis, & similia. item credo quod non debet interrogare in genere de crimine inusitato; sed alias potest caute inuestigare, vtrum etiam crimen tale commiserit.

Aug. lib. de pœniten tia cap. 10.

§. 30. Ad tertium, scilicet qualiter faciendæ sint interrogationes, & de officio sacerdotis erga pœnitentẽ iam liquet in parte per auctoritatem Auguſt. positam supra eod. §. in prin. debet enim in primis interrogare pœnitentem, vtrum sciat Pater noster, Credo in Deum, Aue Maria; & si nesciat, instruat eum, & saltem moneat, vt addiscat: doceat etiam eum de forma confessionis. ext. eod. Deus, qui. deinde dicat ei, quod genuflectat ad pedes sacerdotis, quoties confitetur. item si fœmina est, instruat eam, quod semper genuflectat ex

Aug. de pœnitentia. cap. 10.

transſ-

[k] *Vel etiam post*] quia secundum hoc maior est ingratitudo.

[l] *Sicut dignum*] ibi dicitur: in excessibus singulorum, nõ solum qualitas delicti, & quantitas, sed & ætas, & scientia, & sexus, & cõditio sunt attendenda; quia secundum ea, & secundum locũ, & tempus, quo delictum committitur, vnicuique debet pœnitentia indici; cũ idẽ excessus magis in vno, quã in alio sit puniẽdus.

[m] *Non debet*] id est, non tenetur: si tamen exprimat eam bona intentione pœnitentiario, q est persona, quæ põt ꝓdesse, & nõ obesse, nõ vt ꝓdat ipsum peccatorẽ, sed vt pœnitentiari⁹ oret ꝓ ipso, aut secrete laboret ad correctionẽ eius, nõ peccat, sed potius meretur. arg. 22. q. 5. hoc videtur. similiter, si pœnitẽtiarius inquirat de illa persona bona fide, vt oret pro ea, aut corrigat eam in occulto, non credo quod peccet, dum tamen nullo modo confitentem cogat ad nominandam illam personam, aut eius expressionem extorqueat ab inuito.

[n] *Mu-*

transuerso. item non respiciat faciem mulieris sacerdos in confessione, quia, vt dicitur in Habacuc 1. facies [n] mulieris venus vrens. & in Ose. 2. auferat [o] fornicationes à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum. debet ex inde pio, dulci, ac suaui alloquio inducere ipsũ ad confessionem, & compũctionem, proponẽs ei beneficia, quę contulit sibi Deus, & præcipue circa passionem. item quia [p] non venit propter iustos, sed propter peccatores. item quia illi, qui bene pænitent, magis postea diliguntur, & exaltantur a Deo, qđ patet [q] in Petro, [r] Paulo, [s] Latrone, & multis alijs. promittat veniã; exponat Christi charitatem super eminentem, iuxta illud [t] in tren. o vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut, &c. item [u] recordare paupertatis, & [x] transgressionis meæ, [y] absynthij, & fellis. item Isai. 49. numquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio vteri sui; & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui: ecce [z] in manibus meis descripsi te, [a] muri tui coram oculis meis semper. item suadeat ei, quod non verecundetur confiteri, quia non homini cõfitetur, sed Deo. item quia in pænitentia confessus pro absoluto habetur. Si vero non vult confiteri, proponat ei terrores iudicij, pœnas inferni. Sopho. c. 1. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis: dies illa, dies iræ, dies calamitatis, & miseriæ, dies magna, & tribulationis, & angustiæ, tenebrarum, & caliginis, dies nebulosa, & turbida, dies tubæ, & clangoris. Isa. 13. vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustę vultus eorum. & inuenies de his multa supra eod. §. prima dieta, & §. item debet esse festina. Post hoc audiat simpliciter confessionem suam, qua audita, incipiat interrogare ordinate, & distincte, vt supra. consulo tamen, quod in interrogationibus non descẽdat ad specialia peccata, & ad speciales circumstantias; quia multi forte post multas tales interrogationes delinquerẽt, qui etiam aliter nescirẽt cogitare. Interroget ergo semper in genere sic, fuisti superbus, qualiter, & quibus modis, in quibus causis, cõtra quos, quoties: si diu perseueraverit, vtrũ continue, & ex praua cõsuetudine sit superbus, an aliũde interpolate tumeat; & quæ sit causa tumoris eius: nõ tñ ipse sacerdos determinet qualitatẽ, modos, et alia, quæ prædixi, sed ita sub quodã inuolucro interroget; & secundũ hoc põt procedere interrogatio in quolibet crimine capitali.

§. 31. Sunt autẽ ista septẽ crimina capitalia, quæ cõtinẽtur in hoc versu

[b] *Luxus, gustus,* [c] *auet,* [d] *tristis,* [e] *furit,*
inuidet, [f] *ambit.*

Vt

[n] *Mulieris*] In textu Habac. nõ dr, facies Mulieris, sed facies eorum.

[o] *Fornicationes*] i. signa incentiua fornicationis, vt fucũ, & alios ornatus inhonestos.

[p] *Non venit*] Matth. 9.

[q] *In Petro*] Mat. 26.

[r] *De Paulo*] Act. 9

[s] *De latrone*] Lucæ, 23.

[t] *In Tren.*] c. 1.

[u] *Recordare*] Tren. 3.

[x] *Transgressionis*] quasi quædam fuit trãsgressio, siue excessus, qđ Deꝰ propter hominem passus, & mortuus sit.

[y] *Absynthij*] hoc ponitur pro aceto, & pro vino myrrhato.

[z] *In manibus*] i. vulneribus manuum.

[a] *Muri*] i. angusti, vel prælati, vl virtutes aiarũ.

[b] *Luxus, gustus*] i. Luxuria, & Gula.

[c] *Auet*] i. auaritia.

[d] *Tristis*] i. Accidia, siue tristitia.

[e] *Furit*] i. ira.

[f] *Ambit*] i. inanis gloria.

[g] *Su-*

Vt autem scias propagationem istorum criminum, nota doctrinam quam tradit Gregorius [g] super Iob. radix totius mali est superbia, &c. ꝙ de hac radice, scilicet superbia, septē principalia vitia oriuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, & luxuria. Et quia his septem vitijs nos captos docuit Redēptor noster, idcirco ad spiritualis prælij luctamen gratia septiformi spiritus venit plenus. Sed habent hæc singula contra nos exercitū suū: nam de inani gloria oriūtur hæc septē vitia, scilicet inobedientia, iactantia, hyppocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio. De inuidia nascuntur hæc quinque, odiū, susurratio, detractio, exultatio in aduersis, afflictio in prosperis proximi. De ira pullulant ista sex rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemiæ. De tristitia procedunt similiter sex malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor erga præcepta, negatio mentis circa illicita. De auaritia nascuntur sex proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, & circa miseros cordis obduratio. De ventris ingluuie propagantur quinque, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensuum circa intelligētiam. De luxuria generantur octo, cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror, vel desperatio futuri sæculi.

§. 32. Item interroget sacerdos, si aliquando tentetur, & qua tentatione, qualiter resistat, quid tunc cogitet, vel operetur in resistendo: & sic indirecte aperiet fortè confitens peccatum, quod celaret. Interroget etiā de socijs, cum quibus conuersatur, de terra, vnde est oriundus, vbi nutritus, vbi studuit, vbi moram alias fecit, itē cuius ordinis, professionis, scientiæ; de moribus, vita, statu, cōsuetudine sua, & regionis. item si exerceat officium aliquod, & quod, vel si sit homo vagus; & specialiter interroget de circumstantijs pertinentibus ad officiū, quod dixerit se habere, vt sic per istas interrogationes, & alias, quas vsus docebit, & [h] vnctio inspirabit, spiritualis medicus, morbis, morborum causis, eorumque diuersitate pensatis, possit plane percipere qualiter diuersitati culparum diuersa remedia opponantur.

§. 33. Verum quia religiosi sunt à sæcularibus actibus separati, circa eos nota interrogationes, & examinationem faciendam specialiter super duodecim abusiones claustri, quibus frequenter regularis status corrumpitur. Sunt autem prælatus negligens, discipulus inobediens, iuuenis ociosus, senex obstinatus, Monachus curialis, Monachus, seu canonicus regularis causidicus, habitus prætiosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerētia iuxta altare. in istis delinquunt claustrales; & ideo de his

poterit

[g] *Super Iob.*] 39.

[h] *Vnctio inspirabit*] non tamen debet esse pœnitentiarius nimis scrupulosus, si forte aliqua de his interrogationibus, aut pp occupationem, aut propter obstinationem, aut propter simplicitatē omittat, dum tamen non laboret crassa ignorantia, vel supina, vel negligentia dissoluta, vix enim contingit, aut numquā, quod pœnitētiarius quantumcūque discretꝰ obseruet omnia, quæ hic dicūtur.

Greg. super Iob. c. 39.

[i] *Di-*

i *Diuinis officijs*] & vtrum dicat horas canonicas, si sit beneficiatus adultus, aut in sacris ordinibus constitutus.

k *Insistendum*] numquid teneatur confessor reducere ad memoriã cõfitentis peccata, quæ audiuit, vel scit ipsum cõmisisse? Respõdeo; si de hoc habet certam scientiã, aut probabilem opinionem de huiusmodi peccato, reducere debet ei ad memoriã, si de hoc recolit cõfessor, & confitens nõdum super hoc confessus est, qa potest timere sacerdos, ne confitens super hoc crassa laboret ignorantia, quæ non excusat; vel quod non adhibeat debitam diligentiam ad recolenda sua peccata. Quid si parochialis sacerdos sciat, vel credat impedimentum esse perpetuum in matrimonio aliquorũ suorũ parochianorum numquid tenetur eis reuelare in foro pœnitẽtiali, vel extra? Respondeo; aut scit, aut probabiliter credit, quod illud impedimentum possit probari, aut non. in primo casu debet eis reuelare, vt ipsi procurent diuortiũ, vel se habeãt vt frater, & soror: vel ipse sacerdos denunciet hoc superiori, & subministret probationes, si oportet; quia, cum sit prælatus, tenetur ad illud præceptum, si peccauerit, &c. si autem scit, aut probabiliter credit, quod probari non possit, non tenetur eis dicere, nisi credat, qꝫ super hoc laborent crassa ignorantia, quæ non excusat, in quo casu debet eis dicere, si probabiliter credat, quod parati sint super hoc acquiescere consilio bonorum; alias eis dicere non tenetur.

poterit interrogare sacerdos. item interroget eos de tribus substantialibus regulę, scilicet, obedientia, paupertate, castitate, seu continentia; vtrum vidclicet circa ista, vel aliquod istorum commiserint. item de simonia, & alijs, quæ à talibus frequentius cõmitti solent. Item circa clericos sæculares specialiter sunt inuestigãda hæc crimina, simonia, negotiatio, & alia, quæ pertinent ad auaritiam. item dilapidatio, si habet administrationẽ aliquã. item vtrum intersit i diuinis officijs; si portat coronam, & habitum congruentẽ. item de luxuria, & de venatione; de irregularitate, de cõtinentia, si est in sacris ordinibus. itẽ de aduocatione. de ludo aleãrum, quibus sępius solent offendere. Item circa principes, de iustitia; circa milites de rapina; circa mercatores, necnon & officiales artes mechanicas exercẽtes de periurio, mendacio, furto, dolo, & similibus: circa burgenses, & ciues communiter de vsuris, & pignoribus; circa rusticos, de inuidia, furto, maxime circa decimas, primitias, tributa, & census: licet enim forma generalis supra posita circa omnes sit tenenda, tamen secundum diuersitatem personarum, & officiorum, studiosius, & specialius est circa specialia crimina k insistendũ.

§ 34. Restat vt de satisfactione, quæ pœnitentia exterior dicitur, aliqua supponamus. videamus ergo in quibus consistat satisfactio, deinde visuri, qualiter sacerdos debeat procedere circa ipsius impositionẽ. l Consistit satisfactio in tribus, scilicet oratione, ieiunio, & eleemosyna. Dicitur oratio, proprie ascensus ad Deum, ad aliquid degustandum, vel impetrandum, vel exsoluendũ. communiter dicitur, secundum quod comprehendit omnem actum contemplatiue ad Deum relatum. communissime, secundum quod cõprehendit

l *Consistit*] nota quod satisfactio consistit in operibus pœnalib', & hoc pp quatuor. primo, qa ibi est honoris ablati redditio; quia qui Deo honorem abstulit, non solum famulatur ei per operationem bonã, sed impẽdit seipsum per pœnam assumptam. Secundo, quia ibi ẽ deordinati reordinatio; quod enim deordinatum est per culpã, optime reordinatur per pœnam. Tertio, qa ibi est infirmati curatio; infirmitas enim per delectationis feruorem curatur per pœnalitatis algorem. Quarto, quia ibi est debiti solutio; peccatorenim efficitur debitor pœnæ, ideo debet per pœnam satisfacere. Nota etiam, quod ista pœnalia tria sunt, vt dicit Magister, eleemosyna, &c. & quodlibet istorum dicitur tribus modis, & vno modo solum quodlibet est pars satisfactionis. Dicitur oratio, p-

prehendit omnem actum bonum: vnde glosa prima ad Thessalo. 5. non cessat orare, &c. similiter ieiunium dicitur proprie afflictio carnis secũdum gustum. communiter omnis carnis afflictio, quæ consistit in vigilijs, & flagellis, & ieiunijs proprie dictis; cõmunissime dicitur abstinẽtia ab omni mortali. Isai. 58. hoc est ieiunium, &c. similiter eleemosyna proprie est op[a] pietatis impẽsum proximo, ad releuandam indigentiã corporalem. cõmuniter omne op[a] pietatis ꝓximo impensum, spirituale, siue corporale; communissime dr̃ omne opus misericordię, siue proximo, siue sibi ipsi impensum, secũdum quod dicit Aug. eleemosyna hominis incipiet à seipso,

• Eccl. 30. miserere aĩæ tuæ, &c. & medio modo, scilicet communiter, dicuntur hæ partes satisfactionis.

[m] *Nefarium*] de quo habetur infra. Io. 2. omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, &c.

[n] *Oratio cõtra superbiam*] hæc sufficiẽtia sumitur secundum triplicem peccati radicem, & secundum appropriationem. secundũ proprietatẽ sic, opus pœnale aut ordinat nos ad Deũ, sic est oratio; aut ad proximum, & sic est eleemosyna; aut hominẽ ad seipsum, sic est ieiunium, iuxta illud ad Titũ. 2. sobrie, & iuste, & pie uiuamus. Accipitur etiã penes duplicem vitam hæc sufficientia, quantum ad contemplatiuam oratio, quantum ad actiuam eleemosyna, quantum ad vtrumque ieiunium.

tione, ieiunio, & eleemosyna; vt iste ternarius cõtra [m] nefarium diaboli ternarium opponatur, [n] oratio contra superbiam, ieiunium contra carnis concupiscentiam, eleemosyna contra auaritiam. aliter etiam potest dici; videlicet quod satisfactio consistit in duobus, scilicet in largitione eleemosynæ, & carnis [o] maceratione. Eleemosyna autẽ est triplex, Prima consistit in cordis contritione, quando aliquis se offert Deo, [p] iuxta illud, miserere animæ tuæ placens Deo: de hac cantatur in Ecclesia, [q] sicut aqua extinguit ignem, &c. Secunda consistit in cõpassione proximi, qua cõpatimur alienis aduersitatibus, tamquam nostris: de hac Iob. 31. mecum conualuit miseratio, & ab vtero matris meæ egressa est mecum. Tertia consistit in largitione manuali, [r] aduocatione, cura corporali, & spirituali, & breuiter in quocumque consilio, & subsidio, quod impẽdimus proximo: de hac Dominus [s] in Euangelio, [t] date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt vobis: & Ambrosius: [u] pasce fame morientem; nisi paueris, occides. prima eleemosyna maior est alijs; nam in illa offert se homo Deo tamquam holocaustũ i. totũm in intensum; sed in alijs duabus offertẽ quasi sacrificium. i. hostiã particularem. Alia multa pertinentia [x] ad eleemosynam ꝛc. sup. de negot. sæcular. §. item quæritur vtrũ de illicite acquisitis. et. sex. §. sequentibus, et supra de hospit. ord. per totum.

§. 35. Carnis autem maceratio consistit in quatuor, scilicet orõnibus, vigilijs, ieiunijs, et flagellis. De primo Apost. 1. ad Thes. 5. sine intermissione orate. i. non intermissis canonicis horis, de quibus Psal. 118. septies in die laudem dixi tibi. alias sine intermissio-

[o] *Maceratione*] sub qua comprehenditur oratio, vt infra dicitur.

[p] *Iuxta illud*] Eccl. 30.

[q] *Sicut aqua*] Eccl. 3.

[r] *Aduocatione*] quã debent prẽstare aduocati ĩ causis miserabilium personarũ.

[s] *In euangelio*] Lucæ 11.

[t] *Datæ*] idest date eleemosynã, & superflua, quę habetis; & sic ex alijs retẽtis nullam immunditiã contrahetis. ita solet exponi de eleemosyna corporali.

[u] *Pasce*] 86. dist. pasce.

[x] *Ad eleemosynam*] Nota, ad hoc quod Eleemosyna sit satisfactoria, oportet quod ille, qui tribuit, iusto eã titulo habeat, & tenere, & possidere possit: si autẽ alias habeat, potius tenetur reddere, quã dare: vnde oportet eleemosynam dari de proprijs; proprium autẽ habere dr̃ duobus modis, vel quia aliquis habeat principale dominium alienandi, sic quilibet habens proprium

prium potest dare eleemosynã; vel quia habet officium sibi cõmissum administrãdi: sic potest dare monachus. oportet etiam quod sit de iuste acquisitis, vt de illis, quorũ trãsfertur dominiũ, & non competit repetitio, vt est de pretio prostibuli, vel lucro histrionis. sed tales eleemosynæ non debent recipi in oblationẽ, si sit peccatũ offerentium publicum, propter reuerentiam altaris, & confusionem peccati, vt resipiscãt. Deut. 23. non offeres mercedem prostibuli. De ista materia quære sup. de negotijs sæcularibus. Debet etiã fieri ex necessarijs; & hoc dicitur dupliciter, Vno modo est necessariũ secundum arctitudinem uitæ; hoc modo eleemosyna non debet de necessarijs imponi ei, qui peccat; quia hoc ẽ perfectionis illorum, qui totum victum expectãt à Christo, cuiusmodi sunt viri perfecti: ideo si debet fieri eleemosyna, debet dari de eo, qđ supereſt huic necessario, & bene est satisfactoria. Alio modo dr̃ necessarium secundũ communem modum viuendi, de quo dicit Aug. q multa superflua habere prohibemur, sed sola necessaria teneamus; & de tali fit, pprie eleemosyna satisfactoria; nõ sic de superfluo, quantum est de rigore iustitiæ: credo tamen quod diuinę misericordiæ benignitas tanta est, quod totum acceptat, & quod pro nihilo nos saluat.

Augu. super Mat. 9.

ne orate, idest semper iuste viuite, & æterna desiderate. iustus [y] nũquam desinit orare, ni si desinat iustus esse: semper orat, qui semper benefacit. itẽ Aug. ipsum desiderium boni oratio est, & si continuum est desiderium, cõtinua est oratio. Est autem oratio pius affectus mentis in Deũ tendẽs, plerumque, ne animus pigritetur, in vocem prorumpens. vel sic: oratio est congeries vocum ad aliquid impetrandũ in Deum tendentium. item non debent peti in oratione temporalia, saltem principaliter, sed æterna, supernaturalia, & ad salutẽ pertinentia: vnde Dominus in Euangelio: primum quærite Regnum Dei, & omnia adijcientur vobis. Cõclusit autem ista, quæ petenda sunt, ipse Dominus, & magister in. 7. petitionibus, cum docuit nos orare dicens: Pater noster, &c. item alibi restrinxit ad tria, scilicet fidem, spem, charitatem, quę præcipue sunt petenda. Lucæ 11. quis autẽ ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouũ, numquid porriget illi scorpionem? in pane charitas, in pisce fides, in ouo spes intelligitur. item exiguntur in oratione ista 13. scilicet quod sit fidelis, secura, humilis, discreta, deuota, verecunda, pura, lacrymosa, secreta, attenta, operosa, fæcunda, & assidua: quæ non prosequor vltra, quia trita sunt. Valet autẽ oratio præcipue cõtra vitia spiritualia; vnde Hier. super illũ [z] locũ, hoc genus dęmonij non ejcitur, nisi in oratione, & ieiunio, ait sic: medicina cuilibet morbo est adhibenda; non sanat oculum, quod sanat calcaneum: in ieiunio sanantur pestes corporis; oratione vero sanantur pestes mentis.

[y] *Numquam desinit*] de hoc sũptum est illud vsuale, nõ desinit orare, qui non desinit benefacere.

[z] *Locum*] Mat. 9. in fi.

[a] *Tri* *Hieron.*

§. 36. De secundo, scilicet de vigilijs, Dominus in euãgelio: Mat. 26. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. item Lucæ. 2. & erant in regione illa pastores custodientes vigilias noctis super gregem suum. item illud, sobrij estote. i. Pet. c. vlt. & vigilate in oratione, &c. item Lucæ. 12. sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectãtibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, &c. & infra, & si in secunda vigilia,

vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

§. 37. De tertio, scilicet de ieiunijs, nota quod est [a] triplex ieiunium, primū est corporis à cibo materiali; secundum affectus à gaudio temporali; tertium spirituale à peccato mortali: & hoc triplici ieiunio debemus castigare iumentum, ideſt corpus nostrum; parum enim prodest ieiunare à cibo, nisi ieiunetur à peccato. Isai. 58. quare ieiunauimus, & nō aspexisti, humiliauim[9] animas nostras, & nescisti? & infra: ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. & infra: numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? & infra: nō ne hoc est maius ieiuniū, quod elegi; dissolue colligationes impietatis; solue fasciculos deprimētes, dimitte eos; qui cō fracti sunt liberos, & omne onus dirumpe; frange esurienti panē tuum, &c. Item nota, quod Dominus instituit primo ieiunium in paradiso, & postea sanctificauit, cū ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in deserto. item semper ieiuniū debent hæc quatuor concomitari, scilicet largitas, lætitia, hora, & mensura. De primo, scilicet largitate, Hiero. quæ maniducaturus eras, si non ieiunares, da pauperibus, vt ieiunium tuum sit saturitas animæ, non marsupij lucrum. de secundo, scilicet de lætitia; Dominus in Matt. cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. De tertio, scilicet hora, legitur in primo Reg. 14. quod Ionathas, quia præuenit horam, adiudicatus fuit morti, & similia multa. De quarto, scilicet mensura, Aug. mens auiditate ciborum lassata, perdit orationis virtutem. &c. supra de sobrietate ordinandorum per totum.

§. 38. De quarto, & vltimo, scilicet de flagellis, Nota quod quadripartita sunt. Primum consistit in armis pœnitētialibus, scilicet in cinere, cilicio, & lacrymis. Secundum in pectoris tunsione, iugi genuflexione, & disciplinis. Tertium in afflictione peregrinationis. Quartum in tribulatione, & cuiuslibet ægritudinis afflictione, qualia flagella sustinuit Iob. c. 2. De his etiā Salom. [b] flagellat Deus omnem filium, quem recipit: vnde sacerdos debēt dicere pœnitēti, quod omnia ista satisfactionis opera sunt ei pro parte pœnitentiæ; & valebunt ei omnia, si adsit deuota pœnitentia. arg. de pœn. dist. 1. [c] in actione.

§. 39. Nunc videndum est, qualiter debeat procedere sacerdos circa impositionem satisfactionis; vnde primo inquiramus de falsa satisfactione. Secun-

[a] *Triplex ieiunium*] Deo ieiunat, qui p amore eius se macerat, & quod sibi subtrahit, pauperi largitur. & Isidorus: perfectū ieiunium est, & rationabile, qñ homo exterior à cibis abstinet, & interior orat. De diuersis intētionibus ieiunātium nota versus.

Abstinet æger, egens, cupidus, gula, simia, virtus.

Æger abstinet, quia non pōt comedere, vel propter medicinā; egens, quia non habet, quod comedat; cupidus, ne expendat: gula ideſt gulosus, vt postea auidē comedat; simia, ideſt hypocrita, vt laudetur: virtus ideſt virtuosus, vt mereatur.

[b] *Flagellat*] Prouerb. 3. quem enim diligit Dominus, corripit, &c.

[c] *In actione*] ibi dicitur: cum pœnitens in se protulerit seueriſſimæ medicinæ, sed tamē vtiliſſimæ sententiam, veniat ad Antistites, per quos illi claues in Ecclesia ministrantur. & habetur ex illo c. qđ vocat ad pœnitentiam. abstinētia à communione altaris auctoritate prælati facta.

[d] *Inno-*

Secundo de gradibus peccatorũ, Tertio de mẽsura pœnarũ scdm varietatẽ culparũ. De primo, scilicet de falsa satisfactione. [d] Innoc. Epos nostros, & presbyteros admonem[9], ne falsis pœnitẽtijs laicorum animas decipi, & in infernũ detrahi patiãtur: falsam aũt pœnitentiã esse cõstat, cũ sũptis pluribus, de vno solo pœnitẽtia agitur; aut cũ sic agit de vno, vt nõ discedat ab alio: [e] vnde scriptũ est, qui totã legem obseruauerit, offendat aũt i vno, factus est oĩum reus, scilicet quantũ ad vitã ęternã: sicut em̃ si peccatis oĩbus esset absolutus, ita, si in vno tm̃ maneat, æternę vitę ianuã non intrabit. falsa em̃ est pœnitẽtia, cum pœnites ab officio, vel curiali negotio non recedit, qđ sine peccatis agi nullatenꝰ prævalet; aut si odiũ in corde gesserit; aut si offenso cuilibet nõ satisfaciat; aut si offensus offenti non indulgeat; aut si arma quis contra iustitiã gerat. [f] Itẽ Greg. falsas pœnitentias dicimus, quæ non scdm auctoritatẽ sanctorũ patrũ, pro qualitate criminũ imponũntur; ideoq; miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, qđ [g] sine peccato exerceri nõ possit, &c. vt supra in auctoritate Innocentij de pœ. dist. 5. Epos. &, falsas. Ad illud, q, dictum est, qđ non liceat pœnitentibus exercere militiam, officium, vel negotiũ pristinum, dico qđ põt intelligi de solemniter pœnitentibus, [h] qui non debent sæculariter viuere. de pœn. dist. 5. [i] contrarium. & dist. 50. [k] illud. põt etiam intelligi, qñ deliquit in ipso officio, vel planius, qñ sibi est iniunctum in pœnitentia; tunc enim, si redierit, & esset manifestum, debet excommunicari. de pœn. dist. 5. de his. vel dic quod honesta poterit exercere post peractam pœnitentiam, dum tamen in eis vitet peccatum; turpia vero non: vnde Leo Papa qualitas lucri negotiãtem aut excusat, aut arguit; qa & honestus quæstus est turpis: verumtamen pœnitenti vtilius est dispendia pati, quam periculo negotiationis astringi; quia difficile est inter vendentis, & ementis commercium nõ interuenire peccatum. Item Grego. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. de pœn. dist. 5. qualitas. &, negotium. Vtrum autẽ admittenda sit confessio illius, qui ab vno vult recedere, & in alio remanere. ℣. supra eod. §. item quid si aliquis pœnitẽtitem quod ait Gregorius, falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum patrum, &c. expone. i. non consideratis circumstantijs, vel vbi certa pœnitentia statuitur, si minor imponatur, falsa est, nisi ex causa temperetur.

§. 40. De secundo, scilicet de gradibus peccatorum, nota quod dupliciter dicuntur esse gradus in peccato, Vno modo circa idem peccatum, quod dicitur grauius, vel leuius, secũdum plures, vel pauciores, fortiores,

[d] *Innocentius*] de pœ. dist. 5. Epos. in aliquibus tm̃ libris. c. incip. fratres nostros.
[e] *Scriptũ ẽ*] Iac. 2.
[f] *Itẽm Gregorius*] de pœ. d. 5. falsas.
[g] *Sine peccato*] ad minus veniali.
[h] *Nõ debẽt*] post susceptã solemnem pœnitentiã.
[i] *Contrarium*] est Ecclesiasticis regulis, post pœnitentię actionem redire ad militiã sæculare, & loqtur de soleniter pœnitentibus.
[k] *Illud*] ibi dr̃ q̃ solemniter pœnitens non debet postmodũ clericat' honorẽ adipisci. & 11. q. 1. aliud. q̃ tm̃ quidam libri hic signatũ nõ habẽt, dr̃ melius est, vt pœnitens expectet ecclesiasticum, quam forense iudicium.
[l] *Non* [illegible]

Greg. 7. in synodo Romana celebrata anno 1078. cap. 6.

Greg hom. 24. Euangel.

Grego. vbi supra.

Rr vel

vel debiliores circũstantias; & intelligas idem peccatum, quando ex circumstantia [l] non mutat nomen. Alio modo inter diuersa peccata, & hoc dupliciter, aliqñ inter peccata eiusdem generis, puta luxurię, vel similis; aliquandǫ inter peccata diuersorũ generum, vt homicidiũ, & fornicatio, furtũ, & similia. [m] de primo modo Augustꝰ. sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu, ita ipsius peccati tres sunt differẽtię, in corde, in facto, & in cõsuetudine, tamquã [n] tres mortes, &c. itẽ Greg. sciendum quippe est, quod peccatum tribus modis admittitur; nã aut ignorãtia, aut infirmitate, aut studio perpetratur; & grauius infirmitate, quam ignorantia, sed multo grauius studio, q infirmitate peccatur. de pæn. dist. 2. sicut tribus. & sciendum. Item scias quod auctoritati Gre. cõtradicit Ambrosi[o], dicẽs: grauiter peccat, qui ꝓmittit sibi impunitatẽ; grauius, qui cõtemnit, grauissime, q ignorat. sed dic dictũ illud esse ad terrorẽ; vel expone, grauissime. i. periculosissime, quia spiritualis pœnitẽtia nõ agitur de peccato, quod ignoratur. vnde Io. Chrysost. nullum inuenitur delictorũ tale remediũ, sicut eorũ cõtinuata memoria. de pæ. dist. 3. Iudas. & hoc intelligas, cum hoc recordatur ad contritionẽ, nõ ad delectationem. [o] de secundo Aug. adulterij malũ vincit fornicationẽ; vincitur aũt ab incestu: peius est em̃ cũ matre, quam cũ aliena vxore concũbere: & omniũ horum pessimum est, q cõtra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. vsus em̃ naturalis, [p] si vltra modũ ꝓbabitur, in vxore quidẽ veniale peccatum est, in meretrice damnabile, sed istud q est contra naturã, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius i vxore. 32. q. 7. adulterij. [q] de tertio modo dicit Aug. grauius est homicidiũ, quã adulterium. 33. q. 2. [r] si q verius. similiter sacrilegium, [s] quã fractio voti. 17. q. 4. [t] sicut. 27. q. 1. nuptiarum. & alia etiã possunt inueniri maiora. sed contradicit Clemes 32. q. 7. quid in omnibus peccatis adulterio est grauius. sed illud, quid, non infert negationem, sed raritatem. vel expone, grauius. i. communius. secundum has igitur diuersitates iudicabis crimina, vel maiora, vel minora.

§. 41. Sequitur de tertio, scilicet de mensura pœnarum: circa hoc vĩ per multas auctoritates dicendum, q arbitrio sacerdotis pœnæ oẽs taxentur, cõsideratis circũstãtijs criminis, quantitate, & dignitate, & qualitate, itẽ psonæ dignitate, officio, paupertate, infirmitate, seu debilitate, cõplexione, consuetudi-

[l] *Non mutat nomen*] sicut est adulterium, quod cõmittit coniugatus, & solut⁹; homicidium qđ cõmittit laicus, aut clericus. mutat autem nomẽ furtum, quod cõmissum est in loco priuato, q dicit simplex furtum. si autem in loco sacro fiat, dr sacrilegium.

[m] *De primo*] scilicet qñ idẽ peccatũ est leuius, secundum plures, aut pauciores circumstantias, fortiores, aut debiliores.

[n] *Tres mortes*] scilicet in domo, in templo, & extra portam.

[o] *De secundo*] scilicet de gradib⁹ peccatorũ eiusdem generis.

[p] *Vltra modum*] tamen citra Dei contemptum, & mãdatorũ eius, alias esset mortale.

[q] *De tertio*] scilicet de gradibus peccatorũ eiusdem generis.

[r] *Si quid verius*] ibi innuitur, qđ minus est malũ adulterium, quã homicidium.

[s] *Quam fractio*] alia littera, quæ est verior: similiter sacrilegiũ, & frãctio voti grauiora sunt, quam adulteriũ.

[t] *Sicut*] ibi dicitur: grauius est agere

Augustꝰ in lib. 1. de sermone Domini in mõte. c. 23.

Greg. lib. 25. moral. c. 16.

Ambro. super Epist. 2. ad Cor. cap. 6.

Chrysosto. hom. 31. in c. 12. Epist. ad Hebr.

Augus. de Adulterinis coniugijs.

Augus. de Adulterinis coniugijs lib. 2. cap. 15.

Digitized by Google

agere ſacrilegiũ quam fornicari, ſicut peccatum, quod committitur in Deum, grauius eſt, quã quod committitur in hominẽ.

u *Menſuram*] ibi dicit Hier. quod apud Deum non tam valet menſura temporis, quam doloris; nec abſtinentia ciborum tãtum, quantum mortificatio vitiorũ. & dicitur ibi, ꝙ in arbitrio ſacerdotis eſt, tempora pœnitentię pro fide, & conuerſatione pœnitẽtium abbreuiare, aut pro negligentia protelare.

x *Humanum dico*] ibi dicit Gregor. ſi nequaquã ampliꝰ poteſtis, ſaltẽ tales eſtote in fructu bonorum operum, quales dudum fuiſtis in actione vitiorum.

y *Cuſarſaton*] ꝙ interpretatꝰ humiliatio eorum. & tangit hiſtoriam, quæ habetur Iudic. 2. & 3. & dr̃ in illo verſ. vide Deũ benignũ. quanto tpe erraſſe te noſti, quanto tpe deliquiſti, tãto nihil ominus tpe humilia teipſum Deo, & ſatisfacito ei in cõfeſſione pœnitentiæ.

z *Hoc ipſum*] ibi canonica cenſura poſt ſeptem annos redire pœnitentem in ſtatum priſtinum præcipit.

a *Hoc autem quamquam*] ibi dicitur, qd̃ maiorum criminũ pœnitentia ſeptẽ annorum ſpatio concluditur, niſi propter excellẽtiam officij, vel criminis magnitudinem hoc ſpatium excedatur, ſcilicet in coitu cum parẽtibus, vel liberis, vel alijs huiuſmodi perſonis, vel in vitio ſodomitico, vel coitu cũ brutis. *Greg. 19. lib. moral. c. 25. in 29 c. Iob. Hieron. in Dan. c. 4.*

b *Prædicandum*] ibi dicitur, quod talis pœnitentia de periurio imponi debet, qualis de adulterio, fornicatione, homicidio ſponte commiſſo, & cæteris criminalibus vitijs. dicitur etiam ibi, ꝙ qui de periurio, vl̃ alio quolibet criminali peccato propter timorem longæ pœnitentiæ confiteri non vult, à communione fideliũ ſeparetur.

c *Sta-*

ſuetudine, ſocietate, lacrymis, & deuotione. itẽ regionis, & temporis qualitate, nec non & alijs circumſtantijs ſupra poſitis. vnde Leo Papa: tempora pœnitudinis, habita moderatione, cõſtituenda ſunt tuo iudicio, prout conuerſorum animos perſpexeris eſſe deuotos, &c. item in octaua ſynodo: hoc ſit poſitum in iudicio eorum, qui præſunt, vel quanto tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquũt. 27. q. 7. tempora &, hoc ſit. Idem dicit Hieron. de pœn. diſt. 1. u menſurã. Si hoc dicas, inſurgũt cõtraria multa ſupra eod. §. de primo. ver. falſas pœnitentias dicimus, &c. ſed ſupra ſolutum eſt. item contra idem Gregor. de pœn. diſt. 3. productior. vbi dicitur, qd̃ prolixior debet eſſe pœnitentia, quam fuit culpa. ſed illud intellige de interiori pœnitentia, quia quotieſcumque recordatur, debet dolere qd̃ commiſit illud. vel illud intellige de pœna, quam ſuſtinemus pro peccato primi hominis, quia illa eſt productior. item dic vt Greg. & Hieron. tanto tempore debet eſſe in pœnitentia, quanto tempore fuit in culpa. diſt. 47. omnes. verſ. x humanum dico. de pœn. diſt. 1. vide benignum Dominum. verſ. quanto tempore ſeruierunt y Cuſarſaton. His, & alijs multis modis videntur iura, & ſancti ſibi aduerſari. Solue vt ſupra eod. §. de primo. verſ. item quod ait Greg. falſas pœnitentias. Sed hæc ſolutio non eſt vſquequaque ſufficiẽs. Vt ergo ſcias qualiter debeat procedere arbitrium ſacerdotis, Nota ꝙ regulariter pro adulterio, & periurio, fornicatione, homicidio volũtario, & cæteris criminalibus vitijs ſeptennis pœnitẽtia eſt imponẽda. 33. q. 2. z hoc ipſum. & §. a hoc autem quamquam. & 22. q. 1. b prædicandum. & hoc duplici ratione, vna, quia Dominus præcepit numer. 12. Mariam ſororem Aaron ſtigmatę lepræ percuſſam extra caſtra. ſeptem diebus egredi, & poſt emundationẽ rurſus eã in caſtra admitti. hæc ratio ponitur in præal. c. hoc ipſũ. & ſcdm hoc ꝙ diẽ intelligimus

Hier. c. 21. Epiſtolarũ

Greg. hom. 34. Euan.

Digitized by Google

[c] *Statuta*] regulariter. quod dico, quia quandoque imponitur pœnitentia tantum trium annorum. vt 27. dist. si vir simplex.

[d] *Tradita*] hæc est forma, quod tribus primis mẽsibus à cęteris remotus, pane, & aqua à vespera ad vesperam vtatur, exceptis dñicis diebus, & festis præcipuis, in q̃b' modico vino, pisciculis, & leguminib' recreetur, sine carne, & sãguine, & ouis, & caseo; sacco indutus humi adhęreat: post dictos tres mẽses de loco, i quo à cæteris remot' fuerat, exeat; tñ in publicum nõ procedat, ne populus i eo scãdalizetur: & aliquantulũ resumptis viribus, vnũ annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis dñicis diebus, & festis præcipuis, in q̃bus vino, & sanguine, & ouis, & caseo vti poterit, & recipere corpus Dñi, ne indurescat. psalmos in choro cũ fratribus vltim' canat, & minora officia gerat, deinde vsque ad finẽ septimi anni, omni tpe, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas feriasqua libet hebdomada in pane, & aqua ieiunet; secundam tñ feriã vnũ psalteriũ dicendo, vel vnũ denarium dãdo pauperibus, si opus est, redimere põt. cõpleto satisfactio mus annum. Alia ratio est, sicut propter peccatum septiformẽ Spiritus sancti gratiã amisit, ita per pœnitẽtiam septennem recuperet. Verumtamen, licet pro singulis peccatis talibus, scilicet criminalibus sit [c] statuta pœnitẽtia septennis, magis, vel minus aspera debet imponi, prout maioritas, vel minoritas criminis cũ cæteris circumstantijs hoc exposcit, vt patet in sequentibus.

§. 42. Ab ista regula excipiuntur pleriq; casus, in quibus propter peccãtis dignitatem, vel criminũ enormitatem, imponitur maior pœnitentia. nã presbyter, si fecerit fornicationẽ, debet agere pœnitentiam decem annorum, secundum formam [d] traditã dist. 82. presbyter. qđ intelligunt quidam de simplici fornicatione. alij, & forte veri', de adulterio, & incestu, quia cognouit coniugatã, consanguineam, vel affinem. Item presbyter, si cognoscat filiã suam spiritualem, quã baptizauit, vel de sacro fonte, vel in confirmatione suscepit, vel quæ peccata sibi confessa fuit, debet agere pœnitentiam 12 annorum; & etiã [e] debet deponi: & hoc, si crimen est manifestũ. si est Episcopus, pœniteat duodecim annis; ipsa vero mulier debet oĩa derelinquere, res suas pauperibus tradere, & conuersa in monasterio Deo vsq; ad mortem seruire. 30. q. 1. [f] si quis sacerdos. &, [g] non debet. Idẽ qui cognouit monialem, agat pœnitentiam decem annorũ, & ipsa similiter, secundum formam positã 27. q. 1. [h] de filia. &, [i] deuotam. De vitio sodomitico patet per auctoritatem Aug. supra eod. §. vers. adulterij malum. quod longe maius crimen est, quã cognoscere matrem. item quam sit detestabile, patet per pœnam Sodomitis [k] inflictam. item hoc pec- Sodomia

[e] *Debet deponi*] peregrinãdo qn decim annis pœniteat, & postea monasteriũ intret, tota vita sua ibi moraturus.

[f] *Si quis sacerdos*] hoc. c. loquitur de filia spirituali in generali.

[g] *Non debet*] ibi loquit de Epõ, & sacerdote, qui cognoscit sibi cõfessam.

[h] *De filia*] ibi dr: si filia Epi, presbyteri, vel Diaconi post votum solemne contraxerit matrimonium, nõ admittatur ad cõmunionẽ, nisi marito defuncto egerit pœnitẽtiam: Si autem viuente eo secesserit, & pœnitentiam egerit, vel cõiugem petierit, tãtum in fine vitæ suæ eã accipiat.

[i] *Deuotam*] ibi dr qđ deuota peccans nõ est recipienda in ecclesia, nisi peccare defierit: et si desinens egerit pœnitentiam aptã decem annis, postea recipiat ad communionem, & antequam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat. *Aug. lib. 3 cõfessionũ. cap. 8.*

[k] *Inflictam*] Genes. 18.

[l] Igne-

Digitized by Google

catum specialiter clamat vindictã ad Dominũ, quia vt ait Aug. per illud violatur societas, quæ nobis cum Deo esse debet, cum eadem natura, cuius ipse est auctor, libidinis peruersitate polluitur. 32. q. 7. flagitia item tales sunt aduersarij totius cælestis curiæ, destructores humani generis, & infinita mala de hoc scelere possunt dici. de hoc loquitur Apostolus ad Rom. 1. propterea tradidit illos Deus in passiones [l] ignominiæ, &c. quocumque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter hominem, & fœminam, [m] ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam, & sodomiticũ dicatur. Item quia nõ solum actus, sed etiam ipsa prolatio oris loquentis, aures audientium, & ipsa quodammodo polluit elementa. inter omnia crimina, de isto credo circa interrogationes cum cautela, & timore loquẽdum. Item matricida debet pœnitere decẽ annis, secundum formam satis asperam positam 33. q. 2. [n] latorem.

§. 43. Vxoricidæ imponitur adhuc grauior pœnitentia 33. q. 2. [o] admonere. per quod dixit Hugo, qđ maius peccatum est vxoricidium, quam matricidium, secundum regulam illam, quis dubitat sceleratius esse commissum, quod est grauius vindicatum? 24. q. 1. non afferamus. Alij vero communiter dicunt contrarium. imponitur tamen maior pœnitentia vxoricidæ, q̃ matricidæ, quia homines proniores sunt ad occidendas vxores, quam matres. Item pro homicidio casuali imponẽda est pœnitentia quinq; annorũ, si culpa præcessit casũ, alias nulla, nisi forte ad cautelam. dist. 50. Deos vero. & duobus capitulis sequẽtib⁹. & forte [q] eadẽ distinctio potest fieri in necessa-

qđ omnibus diebus, quibus pœnitere debet, vinum, & siceram non bibat, carnes non comedat, nisi in pascha, & in natali Domini: in pane, & aqua, & sale, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis pœnitentiam agat: arma non sumat; non litiget in aliquo loco: vxorẽ non ducat: balneo nõ lauetur: conuiuiũ lætantium nõ intret; & in ecclesia segregat⁹ ab alijs post ostiũ, & postes se reponat: ingredientiũ, & egredientiũ orationibus se recõmendet: in tota vita sua vsque ad mortem non cõmunicet; sed in morte tantũ, & hoc de misericordia: at si monasteriũ intrare voluerit, sufficiat ei ingressus monasterij ad pœnitẽtiã, ita q̃ non teneatur ad prædicta.

Aug. lib. 3. confessionũ. c. 8.

[l] *Ignominiæ*] nam fœminæ eorũm immutauerunt naturalem vsum in eũ vsum, qui est contra naturam. similiter & masculi in masculos.

[m] *Ordinate*] nisi forte aut propter ægritudinẽ, aut propter periculum suffocandi prolem in vtero, aut aliam rationabilẽ causam ordo iste seruari non possit in vxore, cum alias periculum adulterij immineat marito.

[n] *Latorem*] ibi dicitur quod primo anno ecclesiam non intret, sed ante fores ecclesiæ oret; post annum intret ecclesiam, stãs inter audiẽtes, nec communicet, nisi cõpleto triennio; oblationes eius voluntariæ non recipiãtur, nisi cõpletis septẽ alijs annis: per hos decem annos carnes nõ comedat, nec vinum bibat, exceptis festiuis diebus, & dominicis a pascha vsque ad pentecostem; & non vadat alicubi, nisi pedes; nõ sumat arma, nisi cõtra paganos; tribus legitimis ferijs ieiunet vsque ad vesperam; non separet ab vxore, propter periculum fornicationis; si moriat ante triũ annorum cursum, cõmunionem accipiat.

[o] *Admonere*] ibi cuidam Comiti vxoricidæ iniungitur pœnitẽtia, qđ omnibus diebus, quibus pœnitere debet, vinum, & siceram non bibat, carnes non comedat, nisi in pascha, & in natali Domini: in pane, & aqua, & sale, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis pœnitentiam agat: arma non sumat; non litiget in aliquo loco: vxorẽ non ducat: balneo nõ lauetur: conuiuiũ lætantium nõ intret; & in ecclesia segregat⁹ ab alijs post ostiũ, & postes se reponat: ingredientiũ, & egredientiũ orationibus se recõmendet: in tota vita sua vsque ad mortem non cõmunicet; sed in morte tantũ, & hoc de misericordia: at si monasteriũ intrare voluerit, sufficiat ei ingressus monasterij ad pœnitẽtiã, ita q̃ non teneatur ad prædicta.

[p] *Eos vero*] ibi habetur de pœnitentia quinque annorũ. in c. sequẽti, q̃ incipit. si qua fœmina. dr̃ q̃ si fœmina ancillã suã voluntarie verberauerit vsq; ad mortẽ, septẽ annis; si casu, quinq; annis pœniteat. in sequẽti. c. q̃ incipit, si qs volũtarie dr̃ q̃ qui casu aliquẽ occiderit sc̃dum posterio. rẽ canonẽ quinque annis pœniteat; prior tamẽ canon septem annos indixit.

[q] *Eadẽ distinctio*] an scilicet culpa præcesserit necessitate, nec ne.

Digitized by Google

rio. arg. dist. 50. [r] de his. 2. ext. de homic. [s] interfeciſti. Itē qualē pœnitentiam debeant agere parentes, qui filios opprimunt, ℟. ſupra de homic. §. de parentibus. Qui autem intelligantur homicidæ voluntate, neceſſitate, vel caſu, vel quæ pœna talibus imponatur, & cætera ad homicidium pertinētia, ℟. ſupra in tit. ſpeciali de homic. Item pœnitentiam eius, qui violat eccleſiam, criſma, & calicem ſacrum pollutis manibus accipit, & ſimilia ſacrilegia enormia committit, ℟. 12. q. 2. [t] de viro.

§. 44. Item ſi ſanguinis ſtilla cadat ſuper terram, vel tabulam, vel altare, vel pallas altaris, quid agendum ſit, tam de pœnitentia, quam de ſtilla docemur ex decreto Pij Papæ, cuius verba ſunt hæc. Si per negligentiā aliquid de ſanguine ſtillauerit [u] in terram, lingua lambatur, & tabula radatur: ſi non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradat, & igne conſumatur, & cinis intra altare condatur, & ſacerdos [x] quadraginta diebus pœniteat. ſi [y] ſuper altare calix ſtillauerit, ſorbeat [z] miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. ſi ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla pueniat, quatuor diebus pœniteat. ſi vſque ad tertium, nouem diebus pœniteat, & linteamina, quę tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito, et aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare [a] condatur. De illo autem, qui euomit Euchariſtiam, vel verius ſpecies, docemur ex pœnitētiali Bedæ presbyteri, dicētis: ſi quis per ebrietatem, aut voracitatem euchariſtiā euomuerit, quadraginta diebus pœniteat; Epiſcopi nonaginta: ſi pro infirmitatis cauſa euomuerit, ſeptem diebus pœniteat. de con. diſt. 2. ſi per negligentiam. et, ſi quis per ebrietatem, [b] debet etiam ſumi in hoc vltimo caſu diligenter, et cremari, et cineres iuxta altare recondi. [c] ſupra in alio caſu proximo.

§. 45. Itē quāti tpis, et cui⁹ aſperitatis pœnitētia ſit imponēda pro periurio volūtario, ſiue per cōpulſionē, ſiue per ignorantiā iuris, vel facti craſsā, et ſupinā cōmiſſo, ſeu p auctoritatē cōſenſum,

[r] *De bis*] ibi dicitur, q̄ ſi ſacerdos defendendo ſe, paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit.

[s] *Interfeciſti*] ibi dicitur, q̄d qui ſe, & ſua liberando, fures, qui capi non poterāt, occiderunt, pro homicidio pœnitentiam agere non tenentur, niſi voluerint.

[t] *De viro*] ibi dicitur, quod primo anno extra cœmeterium, q̄ violauit, conſiſtat. ſecūdo ante fores eccleſię. tertio in eccleſia. in hoc termino carnes non comedat, vinum non bibat, niſi in paſcha, & natali, nec offerat, nec communionem accipiat. quarto anno cōmunicabit; & in illo, & in quinto, & in ſexto, & in ſeptimo tribus ferijs à carnibus, & vino abſtineat.

[u] *In terram vel tabulam*] quæ ſolet eſſe ſub pedibus ſacerdotis celebrantis in aliquibus locis.

[x] *Quadraginta diebus*] cum non dicat in pane, & aqua, credo q̄d ſufficiat in cibo quadrageſimali etiam, ſicut ſolet ieiunari in ſextis ferijs.

[y] *Super altare*] non interpoſita palla.

[z] *Miniſter*] ipſe ſcilicet ſacerdos.

[a] *Condatur*] hæc omnia dicuntur in c. ſi per negligentiam. in quibuſdam tamen quaternis ſynodalibus inueni, quod corporale, ſuper q̄d ſtilla ſanguinis ceciderit, pro reliquis reponatur; quædam etiam alia de hac materia ibi præcipiuntur obſeruari. ſed credo q̄d, ſeu ſtilla ſanguinis ceciderit ſuper corporale, ſiue ſup pallas, ſiue ſuper aliud indumentum ſacerdotis, ſufficit facere, quod hic dicit, niſi apud illos, qui ſup hoc habēt aliud præceptum ſynodale, qui formam ſibi traditam ſi per hoc ſequi debent.

[b] *Debet etiam*] vomitus ille

[c] *Qui*

Digitized by Google

e *Qui compulsus*] ibi dicitur, quod si liber est, qui compulsus à domino scienter peierat, quadraginta dies in pane, & aqua pæniteat, & septem sequentes annos; si seruus eiusdem sit, tres quadragesimas, & legitimas ferias pæniteat.

d *Sequentibus*] dicitur, quod q periurat in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pæniteat: si in cruce non cõsecrata, vnum annũ pæniteat; qui autem coactus fuerit, & ignorans peierauerit, & postea cognoscit, tres quadragesimas pæniteat. In sequenti dicitur: si quis coactus pro vita redimẽda, vel qualibet causa, vel necessitate perjurat, quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadragesimas pæniteat. alij iudicãt tres annos, vnum ex his in pane, & aqua. in c. sequenti dicitur: si quis periurauerit, & alios sciens in periurium duxerit, dies quadraginta in pane, & aqua pæniteat, & septem sequentes annos, & numquam sine pœnitentia sit. alij, si conscij fuerint, similiter pæniteant.

f *Quibus*] ibi dicitur, quod qui nõ ignari iterum baptizati sunt, septem annis pæniteant quarta, & sexta feria, & tres quadragesimas ieiunent, si pro vitio aliquo fecerint, scilicet p hæresi introducenda: si pro munditia, tribus annis similiter pæniteant.

f *Eos, quos*] dicitur, quod Episcopi, presbyteri, diaconi rebaptizati sponte, vel coacti vsque ad mortem pæniteant; fideliũ autem, cathecumenorum orationibus non intersint: clerici vero, monachi, aut puellæ Dei, & seculares sponte rebaptizati tribus annis sint inter audientes; septem vero subiaceant inter pœnitentes manibus sacerdotum, duobus etiã

sensum, vel cooperationem, R. 22. q. 5. c qui cõpulsus. & trib⁹ capitulis sequentibus. alia multa pertinẽtia ad hanc materiam R. supra de iuramen. & p iur. §. sequit videre. cum cæteris §§. sequẽtibus, vsque in finem. Item de pœnitentia, & forma eiusdem pœnitentiæ, quam debent agere rebaptizati, siue ab hæreticis, siue ab alijs, secundum varietatem personarum, R. de cons. dist. 4. e qui bis. & f eos, quos. illorum etiam pœnitentiam, qui dant, vel accipiũt communionem de manu hæretici; vel qui recipiunt

hæreticum ad diuinũ officium celebrandũ; vel qui labũtur in hæresim, secundum varias circunstias, R. 24. q. 1. g si quis dederit. cætera vero pertinentia ad hæresim, schisma, vel apostasiam, R. supra in tit. specialibus. Item qui frangit pœnitentiã solennem, siue redeundo ad crimina priora, vel similia, siue redeũdo ad negotiationẽ, vel militiã secularẽ, quæ sibi fuerant interdicta, debet pœnitere scdm formã, quã habes. 33. q. 2. de his vero. de pæ. dist. 5. h si q vero. & i de his.

§. 46. Ex diligenti inspectione k pdictæ

oblationes non offerant, sed tantum popularibus in oratione socientur: pueris autem, & puellis, siue clericis, siue laicis, quos ignorantia ætatis excusat, postquam sub manus impositione aliquandiu fuerint detenti, communio est reddenda.

g *Si quis dederit*] vel acceperit cõmunionẽ ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum in Ecclesia, & postea intellexit, vnum annũ pæniteat: si sciuit, & neglexit, decẽ annos pæniteat, vel septem secundum quosdã, vel quinque secundum alios. Qui vero permiserit hæreticum missam suam celebrare in ecclesia Catholica p iuris ignorantiã, quadraginta dies pœniteat: si pro dãnatione Ecclesiæ, & consuetudinis Romanorum, proijciatur ab Eccla, sicut hæreticus, si sit impœnitẽs, alioquin decem annis pæniteat. Si autem relicta Ecclesia ad hæreticos transierit, & alijs persuaserit, duodecim annis pæniteat, tribus extra Ecclesiam, septem inter audientes, & duos adhuc extra communionem.

h *Si qui vero*] dicitur, quod decem annis sint inter pœnitentes post primum triennium, quo fuerint inter audientes extra ecclesiam. nota tamen quod primum triennium est de decennio.

i *De his*] ibi dicitur, quod tales à communione suspendantur, & à Catholicorum conuiuijs separentur. & loquuntur hæc omnia capitula de his, qui post solemnem pœnitentiam ad militiam, aut seculária negotia, sicut canis ad vomitum labũtur.

k *Prædictæ regulæ*] de septenni pœnitentia indicenda pro quolibet mortali. supra eod. §. vers. vt ergo scias.

l *Fal-*

Digitized by Google

regulę, cum exceptionibus ſuis, poterit ſtudioſus, & diligens indagator inuenire proceſſum, ad ſatisfactionem pro diuerſis criminibus ſecundū pœnitētiales canones imponendam; nec debet ſacerdos a forma prędicta recedere, niſi propter cauſam: & in hoc conſiſtit eius arbitrium, ſcilicet pro qua, vel pro quibus circunſtantijs, & quātum, & quando poſſit augeri, vel minui pœna canonica. & hæc eſt opinio quorundā, & facit pro hac opinione de pæn. diſt. 1. menſurā. in fine verſ. tamen pro quibuſdā culpis pœnitentiæ mō di ſunt impoſiti. & de pæn. diſt. 5. [l] falſas. in prin. Alij vero dicunt indiſtinctē omnes pœnitentias arbitrarias, per cap. prælleg. ſupra eod. §. Sequitur de tertio, ſcilicet de menſura &c. & hanc vltimam opinionem videtur amplecti [m] conſuetudo; prima tamē eſt tutior, licet difficilior. Verum, quācumque opinionē teneas, Nota quod tria ſunt crimina, quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum; & ſex, quæ impediūt, ſed non dirimunt. Bz. in ſummā de matrimonio, in tit. de impedimento criminis. & illis ſex adiunge ſeptimum, ſcilicet de illo, qui contraxit matrimonium de facto cū moniali: tali enim interdicitur in perpetuum contrahere matrimonium; ſi tamen contraxerit, tenebit. 27. q. 1. ij ergo.

§. 47. Item quædā crimina ſunt, de quibus non poteſt quis agere pœnitentiam, [n] niſi reſtituat, vel renunciet, ſi tamen poteſt, quod male accepit, videlicet ſimonia, rapina, ſiue prędatio, incendium, furtum, ſacrilegiū, vſura, turpis, & doloſa negotiatio. de his omnibus, & multis alijs circa idem inuenies plene ſupra in tit. ſpecialibus. Item ſemper debet ſacerdos iniungere pœnitentiam per contrarium reſpondentem ipſi peccato, vt puta ſuperbo orationem, & humilitatem; auaro eleemoſynarum erogationem, & largitionem; guloſo abſtinentiam; luxurioſo ieiunium, & orationem, & ſi videatur expedire, peregrinationem, vel alias loci mutationem, vt ſic maceretur caro, & non refricetur ad delectationem memoria facti, ex aſpectu loci, vel perſonæ, in quo, vel cum qua perpetratum eſt peccatum. diſt. 81. [o] valet. 15. q. 1. [p] mulier. Item circa perſonas obnoxias alijs aliquo vinculo ſeruitutis caueat

[l] *Falſas*] pœnitētias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum ꝓ qualitate criminis imponuntur.

[m] *Conſuetudo*] quę tenenda eſt; quia reuera hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ. 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

[n] *Niſi reſtituat*] hoc plane verū eſt in illis caſibus, in q̄bus non transfert dñium in accipiētē, aut vbi cōpetit repetitio, ēt ſi transferatur dñium. vbi aūt transfertur dñium, & nō competit repetitio, & tamen mortaliter peccat, qui accipit, credo qđ quamuis congruum ſit, & honeſtum, quod puniatur quis in quo deliquit, & quod huiuſmodi turpiter acquiſitum nō remaneat apud acquirentē, ſed pauperibus erogetur, poteſt tamen circa receptionē rei taliter acquiſitæ pœnitētiarius diſpenſare cum pœnitente, ſi videat expedire.

[o] *Valet*] interdū conuerſis ꝓ animæ ſuæ ſalute loci mutatio; plerumq; enim, dum mutatur locus, mutat̄ mentis affectus: vnde congruū eſt, inde corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deſeruiuit; nam locus, vbi quiſq; praue vixerit, in aſpectu mentis apponit, quod ſæpe ibi quiſque cogitauit, vel geſſit. Verbum eſt Iſidori.

[p] *Mulier*] ibi dicitur, quod pecora ſunt iuſſa interfici, quia tali flagitio contaminata indignā facti refricāt memoriam.

[q] *Ieiu-*

Digitized by Google

uent pro posse sacerdos, ne imponat eis talem pœnitentiam, per quam fieret præiudicium illis, quibus tenentur astricti, & præcipue circa coniugatos. Item nota, quod in foro pœnitẽtiali appellantur legitimę feriæ tres dies septimanæ, scilicet feria secunda, quarta, & sexta, dist. 83. presbyter. de consec. dist. 3. [q] ieiunia.

audierit. &c. Itẽ Apostolus in [t] Act. mundæ sunt manus meæ à sanguine omnium; non enim, &c. in istis etiã tradit August. pro regula, quod diuinum officium per alicuius reuelationis oraculum concordi oratione gemitus est implorandum. de consecr. dist. 4. solet etiam quæri. est tamen casus, in quo teneretur sacerdos, videlicet si negligentia sua præcesserit huiusmodi casus. arg. supra de homic. §. species. vbi casus. & §. dispensantur. & §. de parentibus, & de deci. §. item quid si aliquis furtiue.

Aug. de vnico baptismo lib. 7. c. 53.

§. 48. Restat vt aliqua dubitabilia supponamus. Pone quod sacerdos habet aliquos parochianos surdos, vel mutos, cæcos, furiosos, vel dęmoniacos, & similes, scit eos esse in peccato mortali, quid faciet? si enim vocat surdum ad pœnitentiam, non prodest, quia non audit; si mutum, non potest confiteri: & si aliquis talium est cæcus, nunc non poterit legere admonitionem, saltem per scripturam factam, si sciat litteras; nec poterit videre signa, vel nutus. alij propter infirmitatem, nihil intelligunt. Solutio, debet sacerdos facere posse suum, vt inducat eos ad contritionem, & pœnitentiam plenariam, secundum quod est possibile, scilicet verbis, vel scriptis, nutibus, & signis, & alijs modis, quibus possit. si non potest proficere, oret ad Dominum, & faciat orare populum suum, vt Dominus illustret corda ipsorum ad pœnitentiã; & cum nil omiserit de contingentibus, tunc non imputabitur sibi. [u] Ezech. si annunciaueris iniquitatem suam populo meo, & ipse te non

§. 49. Item quid si aliquis pœnitet de peccatis, vel dicit se pœnitere; non tamen vult subire onus pœnitentiæ, dicens se tenerum, valetudinarium, vel male complexionatum, vel simile. Item quid de eo, qui confitetur peccata, & tamen in posterum nõ vult abstinere; vel vult ab vno abstinere, et in alio remanere, numquid tales sunt admittendi ad pœnitentiã? videtur quod non: de primo, quia perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, &c. ꝛc. supra eod. §. sequitur videre quæ sint necessaria in pœnitentia. item, quia charitas omnia vincit, Cant. vlt. fortis est vt mors dilectio, &c. Et Apostolus ad Rom. 3. quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an miseria, an periculum, an gladius, &c. ꝛc. hoc supra eod. §. 1. vers. in secundo fundant intentionem. cum ergo iste non sit paratus omnia libenter sufferre, patet, quod nec habet charitatem, nec pœnitet. ad hoc dico, quod si dicit se pœnitere de peccatis, & proponit de cætero abstinere, cum allegans fragi-

[q] *Ieiunia*] dicitur etiam ibi, ꝙ ieiunia illarum feriarũ non sunt soluẽda, nisi grãdis aliqua necessitas fuerit: quidam tamen pro secũda feria ponunt sabbatum inter legitimas ferias.

[r] *Nihil intelligunt*] vt furiosi; & mente capti.

[s] *Ezech.*] 3. & 33.

[t] *Act.*] 20.

[u] *Gu-*

fragilitatem recusat satisfactionis asperitatem, debet sacerdos primo ipsum inducere, vt animum habeat paratum ad omnem satisfactionem, ostendendo sibi magnitudinem peccatorum, quot, & quanta bona amisit ꝑ ista peccata, quæ oĩa recupera bit ꝑ pœnitentiã. ostẽdat ẽt quantã pœnã sustinuit Adã, & ẽt totũ genꝰ humanũ vsq; in finẽ seculi, tãtũmodo, qa [u] gustauit de pomo ligni vetiti; quãta ergo pœna ḋebetur tantis, quæ tu cõmisisti? considera alia vtilia ad istam inductionẽ, q̃ inuenies supra eod. §. prima dicta. & infra eod. §. postquam vidimus. Si non potest eũ ad hoc inducere, imponat ei talem satisfactionem cum volũtate sua, quam vtiliter [x] possit portare, ne forte postea frangendo, deterius peccet. Inuitant nos ad hoc multa, primo exemplum Domini, qui numquã legitur grauem pœnitentiam iniunxisse, nisi Io. 8. Vade, & amplius noli peccare. item Io. Chrysost. super illum locum: [y] alligant onera grauia, & importabilia: si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem dare, quam propter aliquam crudelitatem? 26. q. 7. alligant. item in Euangelio: [z] nolite mittere vinum nouum in vtres veteres, &c. Ad hoc autem præcise laboret, vt peccator causas, & radices remoueat, & omnem occasionem peccandi prorsus tollat. Aug. satisfactio pœnitẽtię est, peccatorũ causas excidere, nec suggestionibus earundem aditum indulgere. item si non potest gaudere sacerdos de omnimoda eius purgatione, gaudeat saltem, quia ipsum liberatum à gehenna, ad purgatorium possit transmittere. de quo require infra eod. §. item quid de his. vers. aliud est.

§. 50. [a] De secundo, & tertio videtur, quod non sint omnino admittendi, quia, vt ait Isidorus, irrisor est, non pœnitens, &c. ℟. supra eod. §. nunc videndum. Ad hoc dico, quod sacerdos debet istorum confessionem accipere, & eis de criminibus consiliũ exhibere; & licet [b] non sit vera pœnitentia, admittenda est, & crebris, & salubribus monitis [c] pœnitentia indicenda

[u] *Gustauit*] Genes. 3.

[x] *Possit portare*] verius credo de illa, quam sponte, & sine murmure voluerit susscipere, & propter vitandam trãsgressionem, & inobedientiã cõsulo, quod aut nulla, aut pauca iniungantur sub præcepto; concedendo, quod liceat ei ieiunium sibi iniunctum, aut orationes, aut eleemosynas, & quæcumque alia sibi iniuncta redimere, cum voluerit. Sed si credo de aliquo, quod nõ faciet, quæ promittit, aut quæ iniungũtur ei in pœnitẽtia, numquid absoluẽdus est sub conditione, si hoc, vel illud fecerit? ℟. pœnitentiarius ne laqueum transgressionis, præparet pœnitenti, non debet ab eo excipere ꝑmissionem, aut votum de aliqua pœnitẽtia faciẽda, aut etiam iuramentum, nisi in casib' expressis à iure; sed sufficit quod dicat se habere propositum faciendi, quod sibi iniungitur, & sic debet absolui simpliciter, etiam sine conditione; facta tamen protestatione, si suspectus habeatur. quod si non restituat, q̃ abstulit, aut nõ faciat alia ad quæ tenetur, dum tamen possit, fructum factæ confessionis, & absolutionis euacuabit.

[y] *Alligant*] Mat. 23. Lucæ 11.

[z] *Nolite mittere*] Matth. 9. Mar. 2. Lucæ 5. & appellat hic vinũ nouum laboriosã, & duram pœnitentiam; vtres autem veteres appellat peccatores in peccatis inueteratos.

[a] *De secundo, & tertio*] scilicet de eo, qui confitetur, sed non vult in posterum abstinere ab vno, & non ab alio. *Aug. lib. de pœnitentia. c. 17.*

[b] *Non sit vera*] ad vitam ęternã promerendam.

[c] *Pœnitentia indicenda*] id est ieiunia, eleemosynæ,

Digitized by Google

nas, orationes, & similia. Sed nũquid, si postea concipiat propositũ de abstinendo ab omnibus peccatis, & conteratur, tenetur denuo confiteri? R. credo quod non, si confiteatur eidem sacerdoti, cui prius, & qui adhuc habeat peccata ei' in memoria, quę audiuit: si autẽ nouo, qui alias non audiuit eũ, aut etiã primo, sed oblitus est quæ audiuit, credo quod debeat totum iterum confiteri.

c *Infirmi*] id est sine charitate.

d *Hi duo vltimi*] scilicet qui confitẽtur peccatũ, & nolunt in posterum abstinere, vel ita volunt abstinere ab vno, quod nõ abstineant ab alio.

e *Ad confessionem*] si nouo sacerdoti confiteatur, vt dictũ est supra, alias non. De satisfactiõe, credo quod tenetur ad suscipiendam pœnitentiam; non tamen tanta est ei imponẽda, quãta, si nulla fuisset ei imposita; qa præsumendũ est, quod propter illa iniuncta, quæ fecit, licet extra charitatem, Dominus ei maiorem contritionem dederit,

f *Qui-*

cenda est. ext. eod. qã quidã. Item talis confessio, ieiunia, eleemosinæ, peregrinationes, & cætera, quæ consilio sacerdotis isti facient cum deuotione, & timore Dei, licet, c infirmi, quamuis nõ valeant directe ad vitam æternam obtinendam, tamen valebunt eis ad tria, vel ad aliquod istorum trium, scilicet ad extremi iudicij supplicium tolerabilius subeundum. de pœn. dist. 3. si quis autẽ non habens charitatem. Ad temporalem prosperitatem obtinendam. de pœn. dist. 3. cauendum. & 22. q. 2. si quælibet. vel adhoc, vt citius illustretur cor eius ad pœnitentiam. de pœn. dist. 5. falsas. in fin. itẽ valent ad alia duo, scilicet ad assuefactionem bonorum operum, sicut dicitur de baptismo Ioannis, qd non valuit ad remissionem peccatorum, sed ad assuefactionẽ. de consecr. dist. 4. non regenerabantur. Item credendum est, quod diabolus non habeat in eo tantam potestatem, quantam, si continue mala exerceret; quod patet ex eo, quod refert Gregorius in dial. de Iudæo, qui signauerat se signo crucis, & ideo dæmones non potuerunt ei nocere; immo qui primo eum inuenerat, retulit maiori dæmoni, & cæteris hæc verba: inueni vas vacuum, sed signatum. *Greg. in dialogis.*

§. 51. Item circa idem quæritur, vtrum d hi duo vltimi, de quibus supra dictum est. §. proximo, teneantur iterum, cum venerint ad veram pœnitentiam, confiteri, & satisfacere, nõ solum pro his peccatis, sed etiam pro illis quæ iam fuerunt confessi, & pro quibus, licet informiter, satisfecerunt. Item, vtrum huiusmodi opera de genere bonorum, quæ vel fuerunt facta in charitate, ac postea mortificata per sequens mortale, vel fuerunt facta in mortali, & per cõsequens mortua, reuiuiscant, cum ipse peccator venerit ad veram pœnitentiam? Item, vtrum peccata semel dimissa alicui per veram pœnitentiam, redeant illo postmodum relabente? Solutio ad primum quæsitum: credo illum, qui numquam abstinuit, nec proposuit abstinere, licet confiteretur, & ieiunaret, teneri nunc sine quæstione e ad confessionem, & satisfactionem: aliũ vero, qui de vno peccato fuit confessus, & satisfecit, & non de alio, dicunt fere omnes similiter teneri ad confessionem, & satisfactionem; quia confessio, & satisfactio non fuerunt facta in charitate, cum ipse remaneret in alio peccato; ergo impossibile sibi fuit peccatum dimitti: ergo, si non est dimissum, oportet confiteri, & satisfacere. Aug. scio Dominum inimicum omni criminoso; quomodo er- *Aug. lib. de pœnitentia cap 9.*

do ergo, qui crimen reseruat, de alio reciperet veniam? de pæn. dist. 3. sunt plures. hanc opinionem credo veram. [f] Quidam tamen dicunt, quod fuit satisfactio in veritate; sed eius fructus non percipitur impediente peccato, quod nondum deseritur; percipietur autem, cum eius pœnitentia fuerit subsecuta, sicut dicitur de baptismo. de conse. dist. 4. [g] tunc valere. Inducunt pro se, quod ait [h] Naum propheta: nō iudicabit Deus bis in idipsum; vel secundū aliam translationem, non consurget triplex tribulatio: si ergo iste est iam iudicatus, & punitur temporaliter à sacerdote, qui est Vicarius Christi, non vlterius punietur.

iusmodi remissiones sicut sonant, vt dictum est supra? videtur Magister cōtrarius sibi ipsi. dic, si placet, & sic videtur sensisse Cancellarius. ext. de pæn. & re. quod autem. quod huiusmodi particulares remissiones, siue fiant à Papa, siue ab Episcopis quantum ad subditos suos, valēt quātum ad liberationem, & exonerationem pænitentiæ ab Ecclesia inflictæ, vel infligendæ; ita quod non tenentur ij, quibus fiunt huiusmodi indulgentiæ, facere pænitentiā exteriorem pro ea parte; quæ ꝑ hm̄di indulgentias est eis remissa, vel etiam pro toto, si tota pænitentia per huiusmodi indulgētias in totum est remissa: huiusmodi tamen remissiones nō præiudicant diuinæ iustitiæ, qn cuiuslibet peccatum sufficienter puniatur, vel hic, vel in purgatorio, aut pœna eius sufficienter redimat ꝑ eleemosynas, aut orationes, & cætera suffragia, vel amicorum, vel Ecclesiæ facta pro satisfactione huiusmodi peccati. Dicunt etiam aliqui, & probabiliter, quod huiusmodi particulares remissiones fiūt illis, qui secundum facultates suas conferunt eleemosynas propter huiusmodi remissiones consequendas; alioquin tantam remissionem haberet Rex pro vno denario, quantā quilibet pauper: vnde quia non potest esse certum de facili danti, vtrum dederit secundum facultates suas, non potest esse certus de facili, an facta sit sibi remissio; nec debet dimittere, quin agat pænitentiam sibi iniunctam; Sed numquid tenetur eā agere? Respondeo, si bona fide, & pia deuotione dedit huiusmodi eleemosynam, pænitens, & credens huiusmodi remissionem, credo sine præiudicio, ꝙ non erit trāsgressor, si pænitentiam iniunctam non fecerit.

§. 64. Sciendum tamen quod maioritas, & minoritas remissionis pænitentiæ attenditur secundum tria, scilicet secūdum maiorem, & minorem deuotionem ipsius pænitentis, & ipsorum, qui suffragantur. & secundum maiorem, & minorem numerum eorundem suffragantium: cum igitur nullus possit scire mensuram, vel numerum talium, nec per consequens potest scire remissionis mensuram. arg. ad ista de con. distin. 4. quæris. vers. non enim sic cōmunicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per Sancti spiritus vnitatem, &c. de pæn. dist. 1. [h] quem pænitet. in fin. & de cō. dist. 5. nō mediocriter. & 3. q. 7. in grauibus. valent ergo ad diminutionem pœnæ, vt dictum est. item valent ad veniālium deletionem. ꝛc. supra eod. §. item quæritur vtrum ea. vers. ad illud vero quod tertio. item valent peccatori offerenti ex pia deuotione, licet informi ad gratiæ impetrationem: ad hoc enim valent quælibet aliæ eleemosynæ, & quodlibet bonū opus. ꝛc. supra eod. §. item quid si aliquis. vers. de secundo, & tertio. Qd autem per orationes, & suffragia Ecclesiæ fiant hæc, & acquiratur etiam prima gratia peccatori, qui eam mereri non poterat, patet per multa exempla: nam per orationes [k] Danielis solutus est populus Israel à captiuitate: per orationē Moysi [l] remisit Deus iram populo Israel ad orationem Dauid remouit Deus [m] plagam à populo suo: multum enim valet, teste Iac. oratio iusti assidua. Item nūquid per huiusmodi suffra-

indulgentia

indulgentia

[h] *Quem pænitet*] ibi dicit Aug. ꝙ publicæ peccantibus non proprium, sed Ecclesiæ sufficit meritum.

[i] *Non mediocriter*] ibi dicit Hierony. quod melior est quinque psalmorum decantatio cū cordis puritate, ac serenitate, quā totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, atque tristitia. & dī etiam ibi, quod cū pro cunctis animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus, quā si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur.

[k] *Daniel*] capit. 10. ibi, exaudita sunt verba tua.

[l] *Remisit*] Exod. 32. ibi placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus est.

[m] *Plagam*] 2. Reg. c. vlt.

[n] *Credo*

gia, & eleemosynas, quas pro eisdem remissionibus dant aliqui pro animabus parentum, vel aliorum fidelium defunctorum; liberabuntur tales animę à purgatorio, cum hoc ipsum contineatur in litteris remissionis? [n] credo q̃ sic, secũdum modum prædictum. & ℟. supra eod. §. item quæritur vtrũ ea. in prin. Hęc de remissionibus Papæ.

§. 65. De remissionibus autem, quas faciunt Episcopi, idem, quoad subditos ipsius Episcopi, quoad alios, nõ valebit, nisi vt sim plex eleemosyna, & non plus, nisi quibus, vt prodesse possent, proprij iudices speciaIiter indulserunt. ext. eod. quod autẽ. Numquid ergo poterit pœnitens post collectionem talis eleemosynę cessare ab executione satisfactionis sibi ab Ecclesia impositæ? nõ credo; tum quia non est certus, vtrũ sit adhuc tota illa pœna remissa, vt supra, tum quia saltem ex honestate debet per ieiunia, & alia bona opera satisfacere Ecclesię, quam læsit scandalizando eam, si fuit peccatum manifestum, & etiam, si fuit occultum, subtrahẽdo seipsum, cum propter peccatum reddiderit, vel crediderit se inutilẽ. Sed quid, si omnes clerici, qui suffragantur pro isto offerẽte, sunt in mortali peccato, numquid valebunt isti suffragia illorum? non vr̃, quia peccatores [o] non exaudit Deus. ℟. supra eod. §. vers. restat videre. Solutio; dicendum est, quod valent, per ea, quæ dicta sunt supra eod. §. in prædicto ver. restat. ibi, [p] aliorum sententia est, &c. item quia tria dicuntur esse in Ecclesia, quæ semper inuariabilem retinent efficaciam, scilicet virtus verborum, virtus sacramentorum, & desiderium Ecclesiæ. quia etsi tota Ecclesia militans esset [q] in mortali, tamen ista valerent his, pro quibus fierent: De virtute verborum Psal. dabit virtutem voci suæ. item, vox Dñi confringentis cedros, &c. item Iere. [r] nonne verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petram. Similiter de virtute sacramenti Eucharistię habetur 1 5. q. vlt. [s] c. vlt. De desiderijs Ecclesiæ patet ex eo, quod vna est Ecclesia, cuius pars militat in terris, & pars triumphat in cælis: & tota Ecclesia desiderat istos, qui deuote, ac reuerenter [t] accedunt, adiuuari. de con. dist. 1. [u] hi duo. & ℟. supra eod. §. prima dieta. vers. de sexto. scilicet. spe. Quid de istis quæstoribus, q̃ discurrũt p̃ ecclesias cũ litteris

[n] *Credo quod sic*] cũ Ecclesia ligare habeat, & soluere super terram, nõ sub terra. ext. de sent. excom. à nobis. 2. & cũ tales diuino iudicio relicti sint, non videntur huiusmodi indulgẽtiæ ad eos extendendę, vel qđ possint euolare de purgatorio, donec aut p̃ ipsos, aut per alios pœnæ, quarum sunt debitores, fuerint persolutæ. Papa tamen generalẽ Ecclesiam; cęteri vero Episcopi particulares Ecclesias suas obligare possunt ad orandum pro talibus: si tamen Papa talibus faciat indulgẽtiã, nolo ponere os in cælum, de plenitudine potestatis eius temere dubitando.

[o] *Non exaudit*] Ioannis 20.

[p] *Aliorum sententia*] vbi dicitur, quod mali non ex vitæ merito remittunt peccata, sed ex officio.

[q] *In mortali tamen*] q̃ tamen est impossibile, propter illud. Matt. vlt. Ecce ego vobiscum sum, & propter illud: ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

[r] *Nonne*] Ier. 23.

[s] *Capitulo vltimo*] vbi dicitur, q̃ sacramenta Ecclesiæ purgatoria, cunctarum contagionum existunt.

[t] *Accedunt*] ad suffragia Ecclesiæ postulanda, & percipienda.

[u] *Hi duo*] ibi agitur de angelis desiderantibus numerũ suũ perfici ex hominibus prædestinatis.

[x] *Cum*

ris remissionum, prædicant abusiones, vacant comessationibus, & ebrietatibus, numquid recipiendi sunt tales? de istis si vis scire qualiter sit procedendum, ꝛ. in const. Innoc. ext. eod. * cum ex eo.

§. 66. Item ad illud, quod quarto, & vltimo quærebatur, scilicet vtrum sacerdotes possint facere commutationes ieiuniorum, vel alterius satisfactionis ad petitiones ipsorum pœnitentium, ⁊ credo breuiter, quod sic, dum tamen discrete, & propter causam, & circa subditos suos: alias nō. dist. 81. presbyter. nō tamen hoc extēdo ad vota, in quibus strictiꝰ procedit. ꝛ. supra de votis. §. circa redemptionem. & §. sequitur videre.

§. 67. Postquam vidimus quid sit pœnitentia, & quæ partes eius, consequenter, quia serpens antiquus paratus est ad impediendam pœnitentiam, homo autem incautus plerumque ad restituendum, de impedimentis pœnitentiæ pauca supponamus. Sunt enim quatuor præcipua impedimenta, scilicet timor, pudor, spes, & desperatio. de singulis per ordinem videndum. Pudor scilicet confitendi, hic quidem pudor retrahit multos à pœnitentia, sed præcipue hypocritas, & superbos, qui vellent apparere hominibus sani, & pulchri, cum tamen infirmi, & turpissimi sint, exterius ornati, & picti, cum tamen sint intus spurcitia repleti. Contra hoc impedimentum opponitur triplex remedium, scilicet consideratio rationis, virtus diuinæ intuitionis, comparatio futuræ cōfusionis, consideratio rōnis; ꝙ rationabile est, vt propter pudorem nō differas confiteri peccata tua; quod est honestum, & vtile, qui propter pudorem nō dubitasti ea committere, quod inhonestū, & inutile, immo & pernicioſum est. De secundo Apostolus: omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, ad quem nobis sermo: non ergo te pudeat confiteri sacerdoti, immo potius Deo, cuius Vicarius est; cum ipse

ad Heb. 4.

* *Cum ex eo*] ibi dicitur quod nō sunt recipiendi sine litteris Papæ, vel Episcopi diœce. nec p̄mittantur dicere populo, nisi ꝙ continetur in litteris; & qđ sint modesti, & discreti; nec in tabernis, & alijs locis inhonestis hospitentur; nec inutiles, aut sūptuosas faciant expensas; nec falsæ religionis habitum portent.

ꝛ *Credo breuiter*] distingue, quia si pœnitens petit commutari pœnitētiam, vel relaxari per illum eundem, qui ei eam iniūxit, aut per successorem eius, si primus amotus est ab officio, poterit ille commutare, vel relaxare. & idem dicas de superiori illius, qui iniunxit, si est ordinarius iudex ipsius pœnitētis quo ad hoc quod dico, quia Archiepiscopus videtur esse ordinarius quo ad forum pœnitentialem subditorum suffraganei sui, quamuis nō sit ordinariꝰ quo ad forum contentioſum, nisi in casibus exp̄ssis à iure. ext. de officio ord. pastoralis. quod autem sit ordinarius ipsius subditi quoad forum pœnitentialē, p̄batur per hoc ꝙ Archiepiscopus per prouinciam suam potest cōcedere remissionis litteras generales. ext. de pæ. & re. nostro, certum est autē, quod nullus Episcopus potest facere remissionem suam, nisi subditis, aut alijs de voluntate prælatorum suorum. ext. de pœn. & re. quod autem ergo subditi suffraganeorum, quoad hoc sunt subditi Archiepiscopi: si autem pares sunt ille, qui iniunxit pœnitentiam, & ille, à quo petitur relaxari, & mutari, distingue: vel sunt ita pares, quod sūt pœnitentiarij eiusdem Episcopi, vel sunt duo sacerdotes ꝺ pari, & in solidum de consuetudine curā habētes eiusdē parochiæ; vel duo Epi, in quorū vtriusque diœces. domicilium habet pœnitens, ita quod est parochianus vtriusque. si pœnitentia publica, vel solemnis indicta fuerit, ne scādalizetur primus cōfessor, re- qui-

quirendus est primo assensus eius, vel successoris eius, si de facili possit requiri, maxime si pœnitens publice inchoauerit pœnitentiam sibi iniunctam à primo. Si autem non de facili possit requiri, aut si pœnitentia iniuncta fuerit occulta, poterit secũdus cõfessor commutare, & relaxare, nõ obstãte subtilitate iuris, quo dicitur, qđ duobus procuratoribus in solidum datis, melior est conditio occupantis; quia illud locum habet in contentiosa iurisdictione, non in voluntaria. Si autem ita pares sunt, quod vterque cõfessor ẽ sacerdos parochialis, vel Episcopus, & pœnitens trãstulit domicilium de parochia in parochiã, & de diœcesi in diœcesim, poterit secundus confessor relaxare, vel commutare pœnitentiam à primo iniunctam, non obstante, q dici solet, quod sententiã vnius Episcopi non potest par Episcopus reuocare; quia illud locum habet in sententia excommunicationis, & suspensionis, & cæteris ad forũ contentiosum pertinentibus, non ad pœnitentialem: nõ enim sunt omnino similes voluntaria, & contentiosa iurisdictio, cum iudex non possit reuocare sententiam, quam tulit, quamuis iniustam; confessor autem potest reuocare sententiam, quam iniunxit. Quid si Papa, vel pœnitentiarius eius, vel Episcopus iniunxit pœnitentiam, modo petitur relaxari, vel mutari per inferiorem? Respondeo si pœnitentia iniuncta est in casu reseruato superiori, non potest inferior relaxare, vel commutare absque licentia eius, qui iniunxit, nisi vrgeat necessitas, aut suadeat vtilitas; pium enim est interpretari, qđ superior in huiusmodi casibus concesserit inferioribus potentiam commutandi, vel relaxandi. Si autem non erat casus reseruat' superiori; si talis erat, de quo ab initio posset inferior pœnitentiam iniungere, inferior relaxare, vel commutare poterit, nisi certum sit, quod superior reseruauerit sibi relaxationem, vel commutationem.

ipse virtute diuina, sine tua confessione, ia videat. De tertio [a] Salom. est cõfusio adducens peccatum, & est cõfusio adducens gloriam, & gratiam. [b] Augustin. est confusio temporalis, quæ est ad horam, quæ quidẽ prodest, scilicet perturbatio animæ respicientis peccata sua, & respectione horrentis, & horrore erubescentis, & rubore corrigentis: tali confusione volo confundi, non æterna, à qua peccator cupio liberari. Soph. c. 1. scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis. item Nahum. c. 3. reuelabo pudenda tua, & ostendã gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Item Hier. c. 20. confundantur vehementer, qui non intellexerunt opprobriũ sempiternũ, quod numquam delebit. Timor, scilicet satisfaciendi; cogitant enim, quod non possent ferre pœnitentiam, quæ eis imponeretur.

§. 68. Ad tollendũ hoc impedimentum tria similiter adhibentur, scilicet præsentis pœnæ [c] modicitas, leuitas, & momentanea breuitas: ex opposito vero futuræ pœnæ incõparabilis [d] magnitudo, intolerabilis acerbitas, & infinalis æternitas. Euan. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Iere. 20. qui fugit arma ferrea, incidit in arcum æneum. Iob. 6. qui timet pruinam. i. temporalem pœnam, irruet super eum nix. i. pœna æterna. item Isai. 33. quis poterit habitare de vobis cũ igne deuorante; quis habitabit ex vobis [e] cum ardoribus sempiternis flagellis consistit.

[a] *Salom.*] Eccl. 4. Ezech. 20. recordamini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorũ, quibus polluti estis, & displicebitis vobis in conspectu vestro.

[b] *Augustin.*] super illud ad Ro. 6. quem ergo fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis?

[c] *Modicitas*] quoad quantitatem discretam, quia in pauca

[d] *Magnitudo*] quoad multitudinem pœnarum.

[e] *Cum ardoribus*] Glosa tamen exponit hoc de Deo, qui dicitur ignis comburens, & de ardore, qui dicitur Spiritus sanctus, qui

Digitized by Google

peccata consumit, & fideles incendit.

f *Ab heri*] i. ab initio mundi.

g *Ignis*] materialis forte, vel ardor conscientiæ.

h *Ligna*] non materialia, sed ipsa peccata.

i *Flatus Domini*] idest voluntas.

k *Statera*] crucis, passionis, & mortis Christi.

l *Septies*] Prouerb. 24.

m *Plus diligit*] Lucæ. 7.

n *Qua-*

piternis? idē 30. præparata est f ab heri thophet, à Rege præparata profunda, & dilatata, nutrimenta eius, g ignis, & h ligna multa, i flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. thophet est carcer inferni, & interpretatur gehennæ, pœnæ, vel plena pœna stultorum.

§. 69. Spes, scilicet triplex, diu viuēdi, acquirendi temporales diuitias, in quibus quiescat, & de nimia Dei misericordia, quæ neminē velit dānare. cōtra primum opponitur mox diū. Iac. c. 4. quæ est enī vita vestra? vapor est ad modicū patēs, & deinceps exterminabitur. Iob. Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miserijs, &c. Apost. 1. ad Thes. 5. dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet; cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & nō effugient. item Dominus Marc. 13. vigilate; nescitis enī qñ Dñs domus veniat, sero an media nocte, an Galli cantu, an mane, ne, cum venerit nocte repente, inueniat vos dormientes. item Iob. 20. Laus impiorū breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti: si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit. quasi sterquilinium in fine perdetur. Contra secundū dat remediū ipse Dñs Lucę. 12. hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, &c. ecce anima: habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. dixit autē illi Deus. stulte hac nocte animā tuam repetūt à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Iob. 27. diues cū dormierit, nihil secū auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet, apprehendet eum, quasi aqua inopia, nocte opprimet eū tempestas, tollet eum ventus vrēs, & auferet, & velut turbo rapiet eū de loco suo, &c. Contra tertiū. Greg. ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui in hac vita numquā voluerunt carere peccato. & ꝛ. supra eod. §. vers. timor scilicet satisfaciendi. hęc duo impedimenta, scilicet timor, & spes, retrahūt præcipue vsurarios, & auaros, qui nihil vellent restituere, & sine fine vellent acquirere; vnde comparantur inferno. Prou. 27. infernus, & perditio numquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.

§. 70. Desperatio ē duplex, prima veniæ, secunda perseuerandi post veniā obtentā. primā inducunt tria, scilicet peccati quātitas, frequētia, & diuturnitas. Cōtra primum opponit passio Christi, quæ fortior est ad dissoluendum, quā peccatum aliquod ad ligandū. Iob. 6. vtinā appenderēt peccata mea, q̄bus irā merui, et calamitas, quā patior, in k statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Contra secūdū. Hier. de pœn. dist. 3. l septies cadit iustus, & resurgit, non solū septies, delinquent, si cōuertatur ad pœnitentiā, peccata dimittitur, m plus diligit, etc. et ꝛ. eod. §. prima dicta. vers. de sexto, scilicet de spe. Cōtra tertium, Psal. misericordia Dñi ab æterno vsq; in ęternū sup timētes eū.

n qua-

n Quacumque] Ezec. 18.
o Legio] Math. 18.
p Incuruare] Isa. 51.
q Resistite] Iacob. 4.
r Animus] Prouerb. 17.
s Item] Prouer. 15. cor gaudens exhilarat faciē, in mœrore animi deijcitur spiritus.
t Secura mens] Prouer. 15.
u Peccatoris] alia littera, pauperis.
x Submergitur] Exo. 14.
y De tertio] quod est illuminans Deus.
z Iob] c. 17.
a Pon-

Aug. sup psal.

n quacumq; hora peccator fuerit cōuersus, &c. Item Leo Papa: pœnitētia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, vt eo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat. item Aug. exponens illum versum psalmi nō absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suum, ait sic: puteus est profunditas humanæ iniquitatis, in quā si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non clauseris tuū. confitere ergo, & dic: de profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocem meam, & euades. & R. de hoc supra eod. §. item quid de his, qui in fine. circa prin. Item circa secundam desperationem, scilicet perseuerandi post veniam obtentam, apponuntur tria remedia, primum hostis debilitas; secundum vigor proprius ex gaudio proprio, libertate, armatura, societate; tertium ipse Deus illuminās, protegens, & saluans. de primo, debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volentem: imo o legio dæmonum non potuit intrare etiā gregem porcorum, nisi permissa à Dño. vnde Isa. in persona hostis ad animam; p incuruare, vt trāseamus. q resistite ergo diabolo, & fugiet a vobis. de secundo, scilicet de vigore, patet, nam vigor maximus concipitur, & nutritur, cū quis gaudet deposito peccati pondere. Salom. r animus gaudens ætatem floridam facit, s spiritus vero tristis desiccat ossa. item secura t mens quasi iuge conuiuiū: omnes dies u peccatoris mali. Item qui de catena, & seruitute diaboli eripitur, in libertatē Dei conuertitur: quod fit, qn̄ Pharao cum omnibus Ægyptijs x submergitur in mari rubro, id est, in amara aqua lachrymarum rubricata per memoriam passionis Christi. item quia primo inermis, modo armatus armatura Dei. Apost. ad Ephes. 6. induite vos armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli; quia non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ &c. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in oībus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei &c. item infra ad Thess. 5. sobrij simus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis. Item quia primo solus, modo associatus exercitui omniū iustorum, qui sunt in Ecclesia, & omnium Sanctorum, & Angelorum, qui sunt in cœlo de hac societate. Iudith. 15. quoniā Assyrij non adunati in fugā ibant præcipites; filij autē Israel vno agmine persequentes debellabant omnes, quos inuenire potuissent. y de tertio psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus ꝓtector vitæ meę, a quo trepidabo? item z Iob: libera

me

me Domine, & pone me iuxta te, & cuiuſ-
uis manus pugnet cõ-
tra me. & Apoſt. ad
Rom. 8. ſi Deus pro
nobis, quis cõtra nos?
cum igitur hoſtis ſit
intantum depreſſus,
& tu ſic multipliciter
vigoratus, noli deſperare; ſed iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet.

Poſſent etiam aſſignari quædam alia impedimenta, ſcilicet leuigatio propriæ culpæ cum aggrauatione alienæ: contra hoc. Salom. [a] pondus, & pondus, menſura, & menſura, vtrũque abominabile eſt apud Deũ. item conſideratio culpæ maiorum, & maxime prælatorum, contra quos Eccl. 23. prauus homo vitabit correctionẽ, & iuxta voluntatem inueniet ſibi cõparationem. item conſideratio multitudinis delinquentium: cõtra quod Aug. [b] non ideo minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. item conſuetudo peccandi, contra quod ℟. ſupra de ſimon. §. item quæritur vtrum conſuetudines. item ſuperbia cordis: contra quod exemplum Phariſæi, [c] qui ait: non ſum ſicut cæteri hominum, &c. item delectatio peccati, quod ſpecialiter habet locum in luxuria, & gula: contra hoc dicitur. Ioel. 1. computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.

Expeditis iam per Dei gratiã, non per me, ſed potius per orationes, & merita fratrum vtrijs, nec non, & intricatis articulis ad pœnitentiæ iudicium, & multa conſilia pertinentibus, donet Dominus, vt vniuerſi, & ſinguli per hanc [d] portam anguſtam intrare iuxta conſilium Domini attendamus: hęc eſt enim feneſtra, quã Dominus [e] iuſſit in arca fieri: quicũque non introierit per eam, peribit regnante diluuio. hæc eſt enim, vt ait Hiero. [f] ſecunda tabula poſt naufragium, ſine qua primam baptiſmi tabulam deſerentes per culpam, nullo modo poterũt peruenire ad portum. ingrediamur igitur arcam per hanc feneſtram, feſtinantes apprehendamus hanc tabulam, & apprehenſam fortiter teneamus; quoniam non qui incœperit, ſed qui perſeuerauerit, ſaluus erit. Matth. 10. Lucæ 20. firmemus facies noſtras in Hieruſalem, intueamur Ieſum Chriſtum Regem regum, & ſacerdotem magnum, dominum, & magiſtrum noſtrum, qui ſemel aſcendens crucem, noluit vltra deſcendere, ſed in ea pro ſalute noſtra animam ponere, nobis relinquens exemplum, vt conſtanter per varias pœnitentiæ anguſtias, & labores, nec non, ſi neceſſe fuerit, per ignominiam paſſionis ſequamur ipſum ad gloriam reſurrectionis, & per confeſſionis cantilenam mereamur audire in die Domini dulcem, & ineffabilem iocunditatis vocem illam Matth. 25. venite benedicti, percipite regnum.

Finis Libri Tertij.

[a] *Pondus, & pondus*] Prouer. 20.
[b] *Non ideo*] 2. q. 1. multi. in fi.
[c] *Qui ait*] Luc. 18.
[d] *Portam anguſtam*] Matth. 7.
[e] *Iuſſit*] Gen. 6.
[f] *Secunda tabula*] de pœn. diſt. 1. ſecunda.

Hier. epiſt. 63. ad Pãmachiũ & Oceanum.

SVMMAE
SANCTI RAYMVNDI
LIBER QVARTVS.

QVoniam in foro pœnitentiali frequenter dubitationes circa matrimonium, immo etiam perplexitates occurrunt, ad honorem Dei, & animarum profectum post summam de pœnitentia, specialem de matrimonio subieci tractatum. Primo, de sponsalibus, & matrimonijs. Secundo, de quindecim impedimentis matrimonij. Tertio, qualiter ad matrimonium coniungendum, vel diuiungendum agatur. De filijs insuper legitimis, & dotibus, & donationibus propter nuptias: ordinate ostendens rubricas in locis debitis, & dubitationes diuersas ad rubricas singulas pertinentes.

1 *De sponsalibus.*
2 *De matrimonio.*
3 *De errore personæ.*
4 *De impedimento conditionis.*
5 *De voto.*
6 *De cognatione carnali.*
7 *De cognatione spirituali.*
8 *De cognatione legali.*
9 *De impedimento criminis.*
10 *De dispari cultu.*
11 *De impedimento violentiæ, siue metus.*
12 *De impedimento ordinis.*
13 *De impedimento ligationis.*
14 *De publicæ honestatis iustitia.*
15 *De affinitate.*
16 *De impotentia coeundi.*
17 *De matrimonio contra interdictum Ecclesiæ contracto.*
18 *De impedimento feriarum.*
19 *Quando, & qualiter mulier potest aliquem petere in virum, vel restitutionem viri, si fuerit spoliata, & econuerso.*
20 *De diuortio propter consanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum.*
21 *Qualiter accusatio sit facienda in matrimonio.*
22 *De diuortio propter fornicationem.*
23 *De numero testium, tam in matrimonio, quam in alijs casibus.*
24 *Qui filij sint legitimi, & qui non.*
25 *De dotibus, & donationibus propter nuptias.*

De spon-

QVoniã matrimoniũ sponsalia præcedere consueuerunt, ideo primo loco de sponsalibus est agendum. Videndum ergo quid sint sponsalia, vnde dicantur, qualiter contrahantur, qua ætate contrahi possunt, quis sit effectus sponsaliũ, vtrum sponsalia possint dissolui.

§. 1. Sponsalia sunt futurarũ nuptiarum promissio. 30.q.5. nostrates. ff. de sponsal. l. 1. Dicũtur sponsalia à spondendo, id est, promittendo. Contrahuntur sponsalia quatuor modis, aliquando nuda promissione, aliquando datis arris sponsalitijs, aliquando interueniente anuli subarratione, aliquando interueniente iuramento. Nuda promissione, cum dicit vir: accipiam te in meam vxorem, & illa respondet: accipiam te in meum maritum, vel alia verba [a] æquipollentia, & ista sunt vera sponsalia, quando sic per verba de futuro contrahuntur: si vero per verba præsentis temporis contrahantur, quia dicit vir: accipio te [b] in meam vxorem, & illa respondet: accipio te in meum maritum, vel consimilia verba dicant, quæ mutuum consensum vtriusque de præsenti significẽt, puta cũ vir dicit: cõsentio in te, tamquam in meam vxorem: & illa eadem dicit; vel [d] ab isto tempore tenebo, vel habebo te pro vxore, & tibi sicut vxori fidem seruabo] nonne hic est promissio de futuro tantum, & non consensus de præsenti, sicut si diceretur: à crastina die in posterum tenebo, & habebo te pro vxore, vel, a festo Sancti Ioannis in posterum. R. sine præiudicio melioris sententiæ, credo quod licet hęc forma verborum expressa sit in illa decr. ex parte. per hæc tamen verba non contrahitur matrimonium, nisi hoc intendant contrahentes: de qua intentione constare potest per sequentem cohabitationem, quę secuta fuit in casu illius decr. ex parte. sicut plene patet in illo verbo ibi posito,

voluerit: si autẽ illa noluerit, nõ est compellẽda, nisi aliquo signo, vel indicio ostẽdisset illa mulier placere sibi qđ agebatur, & cõtractui sponsaliorum acquiescere: quod præsumitur, si cõtinuę ante fidẽ sic datam contractabatur inter eos de sponsalibus, vel matrimonio cõtrahendo, ipsa non contradicẽte, sed acquiescente, præsertim si ipsa requisita sponte dederit manum ad fidem recipiendã: si autem non tractabatur de sponsalibus, vel matrimonio ante; vel si tractabatur, ipsa tamen contradicebat, licet ille subito manu iniecta dederit ei fidẽ, vt dictũ est, non credo esse præsumendum p matrimonio, licet illa tacuerit; ex simplicitate forte, vel verecundia.

[a] *Quipollentia*] vt si dicat: ducam te in vxorem, vel promitto quod accipiam, vel ducam te in vxorem.

[b] *In vxorẽ meã*] Quid si nõ dicat vxorem, sed dicat tantum in meam, numquid sufficit? R. credo quod sic.

[c] *Illa respondet*] Quid si nihil respondet, nũquid propter hoc nõ est matrimoniũ? R. verba in matrimonio non sunt de substãtia matrimonij, sicut verba sunt de substantia sacramenti in baptismo, & Eucharistia; verba tamen, aut nutus, aut alia indicia sunt necessaria ad hoc, vt cõstet Ecclesiæ de matrimoniali consensu: vñ si puella verecundetur loqui, & tamen patitur se subarrari p anuli impositionem, vel patitur se dotari, ipsa taciturnitate, & patientia cõsensus eius exprimitur, quamuis lingua taceat, sicut notauit H. 27.q.2.c.vlt. si autem nulla alia sunt indicia de consensu eius, nisi quod ille protulit illa verba, non credo quod sit præsumendum pro matrimonio propter illa tantum. Quid si quis iniecta manu, vel innexa manu mulieris dicat, do tibi fidem de te accipienda in vxorẽ, & illa nihil respondeat, numquid sic contracta sunt sponsalia? R. reuera non possunt contrahi ex altera parte tãtum, nec claudicare possunt; ille tamen, qui taliter fidem dedit, tenetur eam ducere, si illa

Digitized by Google

posito, quo facto præfatus A. reliquit eā, & sicut plene patet in decr. integra. vl si dicat quod ꝓpter dictam formam istorū contrahitur matrimonium, dic qđ hæc præpositio, ab, stat inclusiue in hoc sensu, ab isto tēpore, &c. quasi modo habeo, & de cętero habebo te pro vxore. Quid de illis, qui postquā dederint fidē ad inuicem de matrimonio cōtrahendo, statim dicunt: osculemur nos ad inuicem nomine matrimonij, vel bibamus nomine matrimonij; & sic se osculātur ad inuicem, vel bibunt, vel ad suggestionem aliorum hoc faciūt, numquid nō sic completur matrimonium? R. credo quod non, nisi per certa indicia constiterit, quod per huiusmodi osculum, vel potum taliter cōtrahentes voluerunt recedere a sponsalibus de futuro, & matrimoniū cōtrahere de præsenti; & quod dicunt: osculemur nos adinuicem, vel bibamus nomine matrimonij, intelligendum est nomine matrimonij potius fit cōtrahēdi, quam iam contracti; cū sta

uabo; & econuerso dicit vxor viro. Ista, & talia dicuntur sponsalia de præsenti, sed improprie, quia vere est matrimonium, ita quod, licet eam carnaliter non cognoscat, non licet alicui eorum alij nubere: & si nupserit, quamuis secundam carnaliter cognoscat, est separandus ab ea, & compellendus redire ad primam. ext. eod. [e] ex parte. & si inter virū ext. de sponsa. duorum. c. 1. & vlt. Item cōtrahuntur datis arris sponsalitijs, scilicet aliqua pecunia, vel alijs rebus. C. de sponsal. l. arris.

De anuli subarratione, quæ vulgo dicitur desponsatio, sed ꝓprie [f] subarratio nūcupatur, habetur 27. q. 2. si quis desponsauerit, 2. de iuramento habetur ext. de sponsal. de illis, & præterea.

§. 2. Sequitur videre quā ætate contrahi possint sponsalia. Possunt contrahi post septēnium; quoniam tunc dicuntur habere discretionem, tam pueri, quam puellæ, & ex tunc placere consueuerunt eis sponsalia. ext. de despon. impub. litteras, si vero ante septenniū pueri, vel parentes eorum nomine contrahunt sponsalia, nihil agunt. 30. q. 2. vbi nō est consensus. sed licet ante septennium contrahantur, vel in cunabulis, si tamen dum veniunt ad septenniū, incipiunt eis placere, ex tunc valent; ita quod, quamuis sponsus eam non cognoscat carnaliter, consanguineam eius habere non poterit in vxorē, nec econuerso. ext. de despon. impu. litteras. & accessit. & duo pueri. cæterum ætas ad cōtrahendum matrimonium apta est in puella duodecim annorum, in puero quatuordecim. ext. de despons. impub. puberes. & continebatur. & si ante coniungantur, non est matrimonium.

§. 3. Possent hic moueri quædam quæstiones; Pone quod puer, & puella contrahunt matrimonium per verba de præsenti, quæritur vtrum alitim ante actū sit de sponsalib. tm̄ inter eos, non de matrimonio.

[e] *Ex parte*] ibi ponitur p̄dicta forma verborū: ab hoc tempore tenebo te, vel habebo ꝓ cōiuge. & tā ex hac decre. quā ex subsequētibus, quæ hic allegantur, habetur expresse, quod si quis post matrimoniū per verba de præsenti cōtractū transierit ad alia vota, tenet redire ad primā, siue secundā cognouerit antequā primā, siue nō; siue iuramētū sit interpositum, siue non.

[f] *Subarratio*] q̄ fit ꝓ anuli īmissiosionē, q̄ est signū amoris. subarratio tn̄ fit, nō solū per immissionē anuli, sed ꝓ donationē etiā aliarū rerū, vel aliorū insigniū. & qn̄q; fit hmōi subarratio interueniēte consensu, vt ext. de despon. impu. tuæ. qn̄q; nō interueniente; sed siue interueniat, siue nō, dūmodo cōstet de subarratione, p̄sumitur de spōsalib. si fiat a patre huiusmodi subarratio. arg. 30. q. 5. nr̄ates. & c. feminæ. si autē a spōsis fiat, præsumimitur ꝓ matrimonio. vt in p̄dicta decr. tuæ. nisi ætas repugnet, vt ibidē innuit.

[h] Cum

quid agatur: non enim videtur contrahi matrimonium, impediente ætate, nec sponsalia; quia forma verborum non competit sponsalibus, sed matrimonio. Ad hoc distinguo: aut intendunt contrahere per illa verba matrimonium tãtum, ita quod non sponsalia; aut intendunt contrahere simpliciter id, secundum illud, si quod ago non valet, vt ago, valeat, vt valere potest. in primo casu nihil agitur: non matrimonium; quia illud contrahere non possunt: non sponsalia; quia nolunt. in secundo casu tenent sponsalia de futuro. & sic potest intelligi ext. de despon. impub. tuæ nobis. & arg. ext. eod. duo pueri. & ext. de condit. appos. super eo.

§. 4. Pone quod pueri ante septẽnium sponsalia, vel matrimonium, per verba de præsenti videlicet, cõtrahunt, vel post septennium, sed ante pubertatẽ matrimonialiter, per verba de præsenti videlicet, coniungantur, numquid ex tali actu confirmantur sponsalia post septennium quo ad primos, vel matrimonium post inchoatam pubertatem quo ad alios? Ad hoc dicas, quod si adueniente ætate legitima intelligunt, quod actum est, & habent ratum expresse, vel etiam tacite (quod præsumitur hoc solo, quod non contradicunt) ratificari videntur sponsalia, vel matrimonium, præsertim si simul morabantur. ext. de despon. impub. litteras. & accessit. & duo pueri. ext. de cond. appos. super eo. Idem, & per eadem iura credo, si parentes contraxerant sponsalia; vel matrimonium pro filijs, siue nomine filiorum. & facit ad hoc. 32. q. 2. non omnis. & §. cum ergo.

§. 5. Esto quod adultus contrahit per verba de præsenti cum puella minore, nubili tamen ætati proxima, vel econuerso; vel ambo impuberes, vicini tamen pubertati contrahunt, numquid tenet matrimonium? dic, quod si prudentia supplet ætatem, & mutuo consensu carnaliter fuit coniuncti, aut ex habitu corporis, quem prætendunt, appareat eos posse carnaliter commiscere, tenet matrimonium, ext. de despons. impub. puberes. &, continebatur. &, à nobis. & de illis. 2. &, attestationes. &, ex litteris. & c. vlt. Mutuo consensu, ideo dixi, quia si per violentiam inuita puella cognosceretur, non videretur per hoc sibi fieri [k] præiudicium; vt in illa decret. continebatur. & 32. q. 5. [l] proposito. &, [m] ad Deum. Videtur autem, quod non debent distare à pubertate vltra sex

[a] *Cum ergo*] ibi habetur qd. ad voluntatem parentum debent puellæ tradi in coniugium.

[i] *Si prudentia*] id est carnalis concupiscentia: alias ista appellatur prudentia malitia. vt ext. de despons. impub. de illis 2.

[k] *Præiudicium*] videtur Magister innuere, quod non obstãte huiusmodi copula carnali, viuente illo possit contrahere cum alio, quod ego non credo, si tẽpore contractus poterant carnaliter copulari; quia in hoc casu, non obstante ætate impuberi, verum fuit matrimonium inter illos: quod ergo dicit Magister, intelligo in eo casu, quando tempore contractus nondum poterant carnaliter copulari, & puella, antequam esset viri potens, dissensit, & durante illo dissensu per violentiam cognita est à sponso, licet adhuc in ætate impuberi constituta.

[l] *Proposito*] ibi Aug. dicit corpori non aufert sanctitatẽ violẽtia libidinis alienæ, quam seruat perseuerantia suæ continẽtiæ.

[m] *Ad Deum*] ibi dicitur, quod tãtum

Digitized by Google

tum valet in mẽte integritas castitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore posit pudicitia violari, cuius membra potuerũt separari.

ª *Non tantum*] ibi dẽ de tutore, qui vult se excusare à suscipienda noua tutela pp alias, quas habebat, quod si priorũ pupillorum ætas prope pubertatem est, ita vt tantummodo semestre tempus reliquũ fuerit, aut eorũ, quorum tutelã suscipere cogit, non dabitur excusatio.

• *Gemma*] ibi absoluitur quædam mulier ab impetitione cuiusdam, qui petebat pœnam appositam in stipulatione, soluendam ab ea parte, quæ veniret contra sponsalia infra septẽnium contracta. & dicitur ibi, quod huiusmodi stipulatio per pœnæ interpositionem merito est reprobanda, cum matrimonia libera esse debeant; p dit tamen arras sponsalicias ille, qui causam præstat, quod nuptiæ non sequantur. C. de spon. l. arris.

P *Interuenerint iuramenta*] Tancre. notauit in summa de matrimonio, quod vbi iuramẽtum interuenit, compellẽdi sunt præcise cõsummare matrimoniũ; si autem nõ interuenit iuramentũ, monendi sunt potius, quam cogendi: sed p babili' est, quod dicit hic Magister.

q *Aliter*] id est, nisi pensatis debitis circunstantijs ferretur, vel non ferretur sententia excommunicationis.

r *De*

sex menses, licet alia cõcurrant, q̃ supra dixi. arg. ext. de despon. impu. cõtinebatur. & tuę. ff. de excus. tut. nõ tm. in princ. hoc dicũt pleriq; Doctores simpliciter, & ego credo verũ, nisi essent de cõi cõsensu carnaliter copulati: tunc em credo tutius p matrimonio iudicandũ; et si vltra sex menses a legitima ætate distarent. ext. de despon. impub. à nobis. &, de illis.

§. 6. Subsequenter videndũ est, qs sit effectus sponsaliũ: ad quod nota, q̃ spõsalia qñq; cõtrahuntur, sub conditione qñq; pure, de hoc aũt quid tenendũ sit, ꝛ. infra de impedimento conditionis. §. circa conditiones. In summa vero non est ptermittendũ, q̃ licet sponsalia possint contrahi sub conditione pmissæ pecuniæ, vt dictũ est, non tñ in modũ pœnæ pecunia pmitti põt; & si pmissa fuerit, nõ tenet promissio pœnæ, nec poterit peti; vt si ita dicatur: nisi tecũ cõtraxero, dabo tibi centũ marchas; qm̃ adiectio pœnæ non valet, cum libera debeãt esse cõiugia. ext. de sponsa requisiuit. &, ° Gemma. si vero pure cõtrahuntur sponsalia, aut sũt ambo maiores, scilicet adulti, aut ambo minores infra duodecimũ, vel quatuordecimũ annũ, & supra septenniũ; aut vnus maior, & alter minor, ita tñ q̃ sponsalia tenuerunt; qm̃ si nõ tenuerunt, qa nõ erãt septẽ annorum, possunt petere absolutionẽ ante tempus pubertatis. ext. de despon. impu. accessit. si sunt ambo maiores, & P interuenerunt iuramenta, & postmodũ alter vult resilire, omissis multis, & varijs opinionibus, quæ super hoc scriptæ sunt, credo, saluo meliori iudicio, quod si probabiliter potest præsumi, quod per excommunicationis sententiam inducetur ad iuramentum seruandum, vel forte timetur guerra, aut graue scandalum, nisi iuramentum seruetur: & si contraxerit etiam coactus, non timetur verisimiliter vxoricidium, vel simile periculum, debet ad hoc ecclesiastica censura compelli; q aliter non esset medicinalis excommunicatio, sed mortalis, quod esse non debet. 2. q. 1. multi. siue enim plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23. q. 5. prodest. & ita potest intelligi ext. de sponsal. ex literis 2. & de desponsat. impuber. vbi non est consensus. alioquin, cum coactiones frequenter soleant difficiles exitus,

maxime in matrimonijs habere, puella volens resilire monenda est potius, quam cogenda. ext. de sponsal. requisiuit. &, cum locum. ext. de spon. duorum. c. vlt. & ita est casus, in quo existens in peccato mortali non cogitur ad pænitentiam, propter periculum, quod timetur. Item si talis excommunicetur, & postea cõtrahat cum alia per verba de præsenti, iniungetur ei pænitentia de fide mentita, & contumacia, & absoluetur, licet non satisfaciat super eo, p quo fuit excommunicatꝰ, quod est, quia non potest satisfacere: soluta sunt enim sponsalia, pp fortius vinculum matrimonij superueniens. ext. eod. [r] de illis. In alijs duobus casibus, ille, qui maior est; vel [s] qui prius peruenit ad ætatẽ adultã, tenetur expectare minorem, donec perueniat ad ætatem legitimam ad matrimoniũ contrahendũ; & tunc, si ille, qui minor erat tpe illo, quo fuerunt cõtracta sponsalia, vel ambo, si ambo erant minores, reclamauerint, vel consentire noluerint, iudicio Ecclesiæ, poterunt adinuicem [t] separari. ext. de despõ. impu. de illis. 1. &, a nobis. Quidam tñ illas decr. aliter [u] intelligunt: sed q dixi vł verius; & ipsa littera declarat hoc manifeste. Sed nũquid qui factus iam pubes, siue maior contraxit sponsalia, vel matrimoniũ cũ impubere, poterit resilire, cũ ille, qui minor fuerat, ad ætatem perueniens legitimam vult matrimoniũ consummare? Dicas qd non; quia ex quo semel consensit in illud, non poterit amplius dissentire. ext. de despon. impu. de illis. 1. non tamen intelligas, quod teneat matrimonium, cum claudicare non possit, & consensus non concurrerint, sed est obligatus ex sua promissione contrahere.

[r] *De illis*] ibi dicitur, quod mulier iurata à viro, qui post huiusmodi iuramentum transfert se ad aliam regionem, si non cognouit eam, nec est in facto amplius processum, potest cum alio contrahere, recepta pænitentia de periurio, si per eam steterit, quominꝰ matrimonium fuerit consummatum.

[s] *Qui prius peruenit*] quare tenetur expectare, cũ sine eius consensu non possit esse matrimoniũ inter eos? ℞. qa interim põt mutare volũtatem, & interim consentire, & placere ei: sicut credo, quod qui voluit intrare monasterium, licet ante ingressum pæniteat, tenetur tamen intrare, & probare ordinem; quia probato ordine poterit mutare voluntatem, & placere ei, quod displicuit, licet post huiusmodi ingressum probationis, si ei displiceat, resilire possit.

[t] *Separari*] nõ distinguit hic Magister, vtrũ sponsalia fuerint iuramento, vel fide firmata, necne; vnde videtur sentire idem esse dicendum in vtroq; casu. Sed numquid peccat, qui altero inuito resilit post fidem interpositã, vel iuramentum? ℞. H. notauit, quod talis peccat mortaliter, & compellendus est consummare matrimonium; compelli autem non debet ex toto, sed per admonitionem, vel increpationem, vel per comminationem iudicij diuini: si tamen persistunt in tali voluntate, absoluendi sunt. & idem dicit de pubere, qui cõtraxit cum impubere, cũ alter illorum, vel vterque vult resilire à sponsalibus, postquam impubes peruenit ad ætatem, dicit H. quod vterq; peccat resiliendo, sed maior magis, quam minor: vtrique tamen conceditur ab Ecclesia resilire; quia nõ cõpellitur consummare matrimonium. Finaliter, & ex toto potest dici, quod in hoc casu, quem ponit hic Magister, neuter peccat resiliendo, siue iuramẽtum interuenerit, siue nõ, quia præsumitur iurasse de contrahendo sub conditione, nisi videlicet dissentiant, & resiliant, cum peruenerint ad legitimam ætatem; cum hoc concedatur eis à iure.

[u] *Intelligunt*] scilicet, qñ sponsalia nulla fuerunt, vel quando contrahens, vel alter eorum in septennio voluerunt consentire matrimonialiter, q esse non potuit, ætate cõtradicente, vnde expectare tenentur vsque ad adultam ætatem.

[x] Qui-

§.7. Vltimo vidēdum est vtrum sponsalia possint dissolui. Ad quod nota, quod sponsalia semel contracta semper tenent, & ligant, ita quod, si cōtrahat sponsus sponsalia postmodū cum alia, compellendus est redire ad primam, & econuerso. ext. de despon. sicut ex litteris. fallit hoc in casibus, in quibus soluuntur spōsalia. Primus est, si alter sponsorum trāseat ad religionem, quod potest facere, etiā altero inuito, ante carnalē copulam; & ille, qui remanet in seculo, absoluitur a vinculo spōsalium, etiam si fuerint sponsalia de præsenti. ext. de conuers. coniug. vtrum. &, ex publico. Secundus est, quando sponsus non inuenitur, & transfert se ad aliam regionem, recepta tamen de periurio, vel promissione non seruata pænitentia, si per eum steterit quo minus matrimonium fuerit cōsummatum. ext. de spon. de illis autem. Tertius, si alter sponsorū post contracta sponsalia incurrit lepram, vel paralysim, aut oculos, aut nasum amisit, seu q̄cquid ei turpius euenit. ext. de coniu. lepro. litteras. & de iureiuran. quēadmodum. Quartus, si superueniat affinitas, puta quia sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel econuerso. 27.q.2. si quis sponsam filij. & ad hoc sufficit probare solam famam. ext. de consan. & affi. super eo. Quintus est, si mutuo se absoluerint. ext. de spon. præterea. 1. [x] Quidam tamen istum casum non recipiunt, & dicūt, quod illa non est decr. vel de permissione comparatiua intelligitur. Sextus est, si alter eorum fuerit [y] fornicatus. ext. de iureiuran. quemadmodum. Septimus est, quando sponsa de futuro cum alio, vel cum sponsus cum alia contrahit per verba de præsenti, vel per verba de futuro, & sequitur carnalis copula, tunc soluuntur prima sponsalia propter maius vinculum superueniens; sed debet agere pænitentiam de fide, vel promissione mentita. extra. de spon. si inter virum. & de spon. duor. c. 1. Sed quid, si cum prima contraxit sponsalia de futuro [z] simpliciter, cum secunda sponsalia similiter de futuro, sed interposito iuramento? Credo quod debet redire ad primam, & agere pænitentiam de periurio, quod commisit iurando illicitum: iuramentum enim non potest esse vinculū iniquitatis. ext. de iureiur. quāto. & de spō. sicut ex litteris. 22.q.4. [a] in malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum. Octauus casus est, qn̄ minor venit ad ætatem adultā, & petit absolui a vinculo sponsalium, & dari sibi licentiam nubendi alij. ext. de despon. impub. de illis. 1. &, a nobis. Et nota, quod omnes isti casus, præter primum, scilicet quando vult transire ad religionem, intelligendi sunt tantum de sponsalibus de futuro; quoniam

[x] *Quidam tamen*] vt H. & eius sequaces, sed præualet hoc, quod dicitur hic à Magistro.

[y] *Fornicatus*] supple sponte. Quid si sponsa de futuro inuita corrūpatur ab alio, numquid spōsus propter hoc potest repellere? ℞. H. notauit 27.q.2. raptor. quod non debet cogi talem ducere, si vult ordinari post mortem eius; quod non posset, si duceret corruptam. vnde innuit, quod compellend⁹ est eam recipere, si nō velit promoueri, cum illa nō fuerit in culpa.

[z] *Simpliciter*] id est, sine iuramenti, vel fidei interpositione.

[a] *In malis*] idē dicitur 22.q.4. si aliquid. &, non solum, &, vnusquisque.

[b] *Ipso*

niam tunc vere, & pure dicuntur sponsalia, item in duobus casibus prædictis [b] ipso iure soluuntur sponsalia, scilicet quando intrat alter religionem, & quando contrahit matrimonium cum altero, vel altera: [b] in cæteris vero casibus soluenda sunt per iudicium Ecclesiæ, si de futuro. vt ext. de spons. p̃terea. 1. nõ propria auctoritate, sed auctoritate Ecclesię debent hoc facere; aliter non possent se inuicem absoluere.

[b] *Ipso iure*] ita quod non expectetur iudicium Ecclesiæ.

[c] *In cæteris*] & ita patet, quod vbi ipsi remittunt sibi sponsalia, & se inuicem absoluunt spon-

De matrimonio. lit. 2.

[a] *Matrimonialis*] ex qua scilicet debent coniugati sibi inuicem mutuam fidem, vt neuter frangat fidē tori cum altero contrahendo, & mutuā seruitutem, scilicet vt alter alteri debitū reddat; & mutuam exhibitionem, scilicet vt vterque reliquo in necessarijs huiusmodi vitæ, si possit, prouideat; & hæc tria comprehendũtur per illã clausulã, indiuiduam vitæ consuetudinem.

[b] *Vt neutri*] hoc pertinet ad mutuam fidem.

[c] *Ad inuicem*] hoc pertinet ad mutuam exhibitionem. Nota, hæc definitio intelligitur de matrimonio cõsummato p̃ carnalem copulam, & de matrimonio fidelium; quia nec matrimonium infidelium, etiam cõsummatum, nec matrimonium fidelium ante carnalem copulam est omnino in-

POstquam sufficienter est tractatum de sponsalibus, consequenter de matrimonio est agendum, & primo videndum est, quid sit matrimoniũ, & vnde dicatur; qualiter contrahatur, & quando fuerit institutum; & vbi, & quibus verbis; quę causa institutionis; qui possint contrahere matrimoniũ; quis effectus matrimonij; q̃ bona matrimonij, & qualiter excuset à peccato; & quę ipsum impediant.

§. 1. Matrimoniũ est viri, & mulieris cõiunctio individuã vitę cõsuetudinẽ retinens. 27. q. 2. §. 1. ext. de præsumpt. illud. instit. de patr. potest. in princ. matrimonium est viri, & mulieris; non dicit virorum, & mulieris; nec viri, & mulierum; quia nec vn⁹ vir plures vxores, nec vna mulier plures viros simul habere potest. ℟. infra de dispari cultu. §. quid si infidelis. Cõiunctio scilicet animorum. &, [a] matrimonialis. ℟. infra eod. §. contrahitur, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, hoc est, quod neuter absque consensu alterius potest continentiam profiteri, & orationi vacare, & quod inter eos, dum viuunt, vinculum permanet coniugale; [b] vt neutri liceat se alteri copulare; & vt [c] ad inuicem alter alteri exhibeat, qđ quisq; sibi. ℟. infra eod. §. effectus. Pot. et aliter definiri: matrimoniũ est maris, & fœminæ coniunctio, consortiũ [d] cõis vitæ, [e] diuini, & [f] humani iuris communicatio. ff. de ritu nup. l. 1. Dicitur autem matrimonium, quasi matris munium, id est officium, quia dat. mulieribus esse matres; vel ideo denominatur magis à matre, quam a patre, quoniam eius officium plus apparet in matrimonio, quam officium viri.

dissolubile, cum possit separari ī certo casu. Si tñ exponatur, indiuiduam vitæ cõsuetudinem retinens, id est, apta retinere, potest illa definitio intelligi de omni matrimonio de præsenti. & expone retinẽs, id est, retinendam exigens.

[d] *Communis vitæ*] alia littera, omnis vitæ.

[e] *Diuini*] quia in cultu dispari non contrahitur matrimonium.

[f] *Humani*] quia sub eodem iudice debet cõueniri vxor cũ viro.

Solo

§. 2. Con-

Digitized by Google

f *Solo consensu*] de præsenti.

g *Cætera*] vt anuli impositio, subarratio, dotatio, & donatio propter nuptias.

h *Frustrantur*] id est inania sunt quo ad matrimonium faciendum, & habentur hæc verba in illa decr. tua. de sponsu duor.

i *Coniunxit*] ibi dicit Aug. quod Beata Virgo cõiuncta fuit Ioseph.

k *Volo te habere*] numquid eiudẽ sunt iudicij hæc verba, volo te de cætero habere in vxorem, siue volo quod tu sis vxor mea, vl te esse vxorem meam; & ista, volo te accipere in maritum, vel volo consentire in te, tamquam in meum maritũ? R. in talib' semper est recurrendum ad intẽtionem contrahentium, cum proferuntur huiusmodi verba, & secundum eorum intentionem indicandum est, si de ea constare possit, vel vere, vel præsumptiue; si aũte constare non possit, credo quod propter hæc verba, volo te accipere in vxorem, vel volo in te consentire, nec contrahuntur sponsalia, nec matrimoniũ sponsalia non, quia hoc verbum, volo, nullam significat promissionem, sine qua sponsalia non contrahuntur de futuro, matrimonium non contrahitur, quia hoc verbum, volo, secundum frequentiorem vsum loquendi, quando coniungitur cum infinitiuo significante actionem, siue actum, sumitur ad exprimenda voluntatem præcedentẽ ipsum actum potius, quam concomitantem, vt cum dicitur, volo bibere, volo comedere. cum autem hoc verbum, volo, iungitur cum infinitiuo verbi substantiui, vel cum hoc verbo, habere, quod non videtur significare actum, sed potius relationem, vel aliquid consimile, tunc per hoc verbum, volo, potius solet exprimi voluntas concomitans, quam voluntas præcedens actum. Vnde per hæc verba, volo te de cætero habere in vxorem, vel, volo te esse vxorem meam, vel, quod tu sis vxor mea, vel, quod ego sim maritus tuus, cum proponuntur ex parte viri, & similia proponuntur ex parte mulieris, præsumendum est matrimonium esse contractum, præsertim cum præcedit interrogatio huiusmodi, vis ne istam habere in vxorem? vel, vis ne istam esse vxorem tuam, vl, quod sit vxor tua? & ipse respondet, volo, & illa similiter ad interrogata respondet, volo. Item nũquid idẽ est, siue apponatur hæc determinatio, de cętero, quam hic ponit Magister, siue non apponatur? R. credo quod sic, licet videat Magister vim facere in hoc verbo, de cætero, sicut facit in hac determinatione, ab isto tempore, supra de spon. cir ea prin. vbi dicitur, quod matrimonium cõtrahitur p hæc verba, ab isto tempore tenebo te, & habebo te pro vxore.

§. 2. Contrahitur autem f solo cõsensu, qui solus si defuerit, g cætera etiam cum ipso coitu celebrata h frustrantur. ext. de spon. duo. tuas. 27. q. 2. sufficiat. & coniuges verius. & i coniux. ex quo enim vir consentit per verba de præsenti in mulierem maritali affectu, & mulier in virum; siue verbis consuetis, cũ dicit; accipio te in meam, & illa respondet accipio te in meũ; vel sic: volo te de cętero habere in vxorem; & illa dicit; k volo te habere in virum, vel quibuscunque alijs verbis, vel etiam signis exprimatur consensus, statim est matrimonium. signis ideo dico, quia mutus, & surdus possunt l contrahere matrimoniũ. ext. de spon. du. tuas dudum. ext. de spons. si inter. & cum apud. Verumtamen, si loqui possunt contrahentes, necessaria sunt verba quantũ ad Ecclesiam, mutuũ cõsensum exprimentia. ext. de spon. m tuæ fraternitati.

§. 3. Solet quæri, n vtrum hoc intelligatur

l *Contrahere*] sine verbis.

m *Tuæ fraternitati*] ibi dicitur, quod matrimonium contrahitur vt plurimum per consensum viri, & mulieris; sed verba de præsenti illum consensum exprimentia sunt necessaria, quo ad Ecclesiam. Quid si contrahere videantur aliqui per verba de præsenti, sed vterque, vel alter animo dissensit, numquid est matrimonium? Respondeo, credo quod non, sicut notauit H. 27. q. 2. c. 1. quia sine consensu non potest esse matrimonium: Ecclesia tamen compellet eos simul esse, si de verbis constiterit, cum de intentione constare non possit: nec credet eis, si confiteantur se non consensisse, quia hoc possent facere in fraudem matrimonij, & quilibet posset sic separari ab vxore sua.

n *Vtrum hoc intelligatur*] scilicet quod dictum est, quod consensus de præsenti facit matrimonium, & ponitur hæc eadem quæstio 27. q. 2. §. 1.

o *Desponsat*] de futuro, vel etiam de præsenti.

p *Matrimonium iudicari*] clandestinum dicitur matrimonium tribus modis, vno modo, cum nõ habentur testes. supra cap. proximo. Secundo modo, cum non fit cum solennitate. Tertio modo cũ fit contra tenorem huius constitutionis, non præmissa denunciatione. numquid super hoc debet esse idem iudicium in foro pœnitentiali, & etiã in foro causarum? R. dicunt quidam, quod cum quis, post datam fidem de contrahendo cũ aliqua, cognoscit eam, refert vtrũ hoc faciat animo consummandi matrimonium, vtendo ea vt iam sua, sicut cõsummatur matrimonium; dũ tamen & illa similem intentionem habeat: & si transit ad alia vota, tenetur redire ad primã, tam secundũ iudicium fori pœnitentialis, quã fori causarum: aut ea vtatur intentiõe fornicaria; vel vt sua in futurum, non vt sua in præsenti, & tunc nõ est iudicandum in foro pœnitentiali matrimonium esse consummatum; & si transiuit iam ad secunda vota per consensum de præsenti, non est consulendum quod reuertatur ad primam, sed quod remaneat cum secunda; quia primus contractus, qui non peruenit ad effectum matrimonij, non videtur posse irritare secundum arg. ext. de spon. veniens. In foro autem causarum iudicabitur in hoc casu, quod reuertatur ad primam, cum qua præsumit Ecclesia matrimonium fuisse consummatum.

matrimonium tur de consensu cohabitationis, aut de consensu carnalis copulæ; dicas quod de neutro simpliciter: nam si de consensu cohabitationis intelligeretur, inter fratrem, & sororem, inter filium, & matrẽ, esset matrimonium; si de consensu carnalis copulæ, inter Mariam & Ioseph non fuisset matrimonium: proposuerat enim Beata Virgo in virginitate permanere, nisi Deus aliter reuelaret ei: intelligitur ergo de consensu matrimoniali, seu coniugalis societatis; quod patet ex primæ mulieris formatione, quam Dñs non formauit de capite viri, ne domina videretur; non de pede, ne ancilla reputaretur, sed de latere, vt collateralis, & socia habe-

matrimonium retur. & hoc consensu, seu coniugali societate oportet eos cohabitare, & indiuiduam vitæ consuetudinem obseruare. R. supra eod. §. matrimonium. & 27. q. 2. §. cum ergo.

§. 4. Pone quod aliquis o desponsat aliquam, non habens p positum contrahendi, sed decipiendi, vt sic possit ab ea copulam extorquere carnalem, deinde cognoscit eam carnaliter; numquid habit hoc pro matrimonio? in hoc casu dicerẽ si diuersa sentiunt; mihi tamen videtur, saluo meliori iudicio, quod si ille non proposuit eam ducere in vxorem, nec vnquam cõsensit in eã, non debet ex illo facto p matrimonium iudicari; cum in eo substantia matrimonium illo, qui post fidem huiusmodi, & carnalem copulam transiuit ad secunda vota, scilicet quod nullum est matrimonium cum secunda, & debet reuerti ad primam; quia dolus suus non debet ei patrocinari, licet secundum iudicium fori pœnitentialis, & secundum veritatem non fuit matrimonium cum prima verum, sed tantũ præsumptum. hanc opinionem credo sine præiudicio esse veriorem, & tenendam. Neque est contra ext.

alij dicunt, quod licet non sit verum, sed tantum præsumptum matrimonium post fidem datam animo decipiendi, & carnalem copulam post secutam animo fornicandi, non animo consummandi matrimonium, tamen hæc duo, scilicet fides data, & carnalis copula subsecuta inter legitimas personas ad contrahendum, ex constitutione Ecclesiæ, impediunt, & dirimunt matrimonium postea contrahendũ. & videtur hoc esse expressum hodie. ext. de spon. is qui fidem. vbi dicitur, qđ nec verum, nec aliquod censet matrimonium; qđ de facto postmodum est contractum. potest tamen Papa, vel Ecclesia ex multis causis facere personas illegitimas ad cõtrahendum, sicut patet in machinatione mortis viri, vel vxoris, quia non impediuit matrimonium inter Dauid, & Bersabeã, quod tamen hodie impediret, & dirimeret matrimonium. & secundum hanc opinionẽ idem est iudicium in pœnitentiali foro, & causali de

ext. de spon. veniens. &, cum in apostolica, q a primum matrimonium nullum erat, nec poterat esse, quia personæ illegitimæ erant ad contrahendum inuicem; & ideo matrimoniũ illud de facto contractum non dissoluit secundum matrimonium. Quid si post huiusmodi fidem, & carnalem copulã deceptoriam transeat deceptor, aut deceptus ad religionem, nũquid admittendus est ad professionẽ? aut, si fuerit admissus, nũquid tenebitur exire, cum ille, qui remanet in sæculo, repetat taliter ingressũ, aut professum? Et; credo, sine præiudicio, q huiusmodi fides, & carnalis copula subsecuta deceptorie, vt dictũ est, sicut impedit, & dirimit secũdum matrimonium, ita & impedit ingressum religionis, & professionem impedit faciendam, & soluit iã factam eodem modo, quo verũ matrimonium penitus occultum, & carnaliter consummatũ talia impediret, & solueret; vnde neutra personarum, quæ talia cõtraxerunt, ad religionẽ, reliqua vitẽte, trãsire potest, aut recipi scienter debet, nisi in his casibus, in quibus post verum matrimonium, & carnaliter consummatũ intrare, recipi, & remanere posset in religione.

matrimonium

coniugalis contractus non valeat inueniri; quoniã ex altera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omnino consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus efficere coniugale. hæc responsio habetur expresse ext. de spon. tua nos. iste vero deceptor, si verã vult agere pœnitentiam, necesse habet illam sine fictione [a] ducere in vxorem, quantum in eo est, [b] si potest, [c] vel dare ei virum sibi conuenientem, vel aliter satisfacere sibi, iuxta testimonium veritatis Mat. 6. si offers munus tuum ante altare, &c.

§. 5. Nunc videndum est, quando fuerit institutum matrimonium, & vbi, & quibus verbis. & dicendum est, quod in paradiso, & ante peccatum. 32. q. 2. §. his ita respondet. quibus autem verbis fuerit institutum; quidam dicunt, quod illis: crescite, & multiplicate, & replete terram, &c. sed non credo esse verum; fuerunt enim potius verba illa benedictio nubentium: vnde dicẽdum est, quod verbis Adæ ore prophetico prolatis institutum fuit primo [d] ad officium, cum dixit: hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hanc, vel de qua tñ ibi cõstare posse nõ credo, vt dictũ est; quia etsi protestatus fuerit corã pluribus, q omnia, quæ dicit, vel facit, nõ faciat animo contrahendi matrimonium, si tñ postea dicat mulieri, consentio in te, & de hoc constet iudici, pro matrimonio iudicabit; q a recurrẽdum est ad cõem intelligentiã verborũ; & quia interpretatio faciẽda est cõtra eũ, q dolũ adhibet; & quia, quãuis pbet protestationẽ prædictã, tñ potuit postea recedere ab illa volũtate, & consentire in illã. vel dic, q vbi qs contrahendo matrimoniũ, vt sponsalia animo decipiẽdi tantũ, vtitur verbis cõsuetis, dicendo, accipiã, vel accipio te in vxorẽ, & sequit carnalis copula animo fornicãdi, cõtra hmõi præsumptũ matrimoniũ nõ admittitur pbatio in contrarium, nec tenet secundum matrimoniũ, neque secundũ iudiciũ fori pœnitentialis, & causarũ, vt dictũ est supra: qñ aut taliter contrahẽs nõ vtitur consuetã forma verborũ, sed dicit Ioãnes, vel Petrus te desponsat, sicut contigit in casu illius decr. tua nos, tunc cõtra hmõi præsumptũ matrimoniũ, pp carnalem copulam subsecutã, admitti põt probatio in contrariũ, ad probandum fraudẽ, licet difficile sit eã probare, qua probata, pronũciabitur nullum fuisse matrimoniũ, & poterit trãsire ad alia vota: nec negatur in illo c. tua nos. quod de fraude huiusmodi constare non possit, sed dicitur tantum, qualiter tibi constiterit nõ videmus, nõ, qualiter constare potuerit. & in hoc casu potest transire ad alia vota, dicendo, q deceptor huiusmodi debet conuenientem virum dare mulieri, quam decepit.

[a] *Ducere*] in facie Ecclesiæ solemniter.

[b] *Si potest*] vt si nec ipse, nec ipsa transierit ad secunda vota.

[c] *Vel dare*] hic dicit Magister secundũ opinionem illorũ, qui dicunt aliud esse iudicium in foro causarum, & aliud in foro pœnitẽtiali, quando post datam fidem sequitur carnalis copula, affectu fornicario, nõ coniugali; vel loquitur ex hypothesi, videlicet, si constiterit in foro causarũ de fraude, & animo deceptoris;

[d] *Ad officium*] multiplicandi genus humanũ.

[e] Cobi-

hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. sicut legitur ext. de diuor. gaudemus. post peccatum vero, & extra paradisū fuit institutum ad remedium, vt carnis vitiū [u] cohiberetur *l.4.t.2.p.1.*

§. 6. Causæ institutionis matrimonij sūt duæ principales, & multæ secundariæ. Principales causæ sunt [x] susceptio sobolis educandæ ad cultum Dei, & [y] vitatio fornicationis. 32. q. 2. §. his ita. propter primam instituit Dominus matrimonium in paradiso, & ante peccatum inter primos parentes, cum dixit: [z] crescite, & multiplicate. Secunda causa est propter peccatum, [a] vnde Apostolus, propter fornicationem vnusquisque vxorem suā habeat, & vnaquæque virum suū. Secundariæ sunt multæ, pacis reformatio, pulchritudo vxoris, diuitiæ, & similia. Sed numquid tenet matrimonium contractum propter causas huiusmodi inhonestas, videlicet pulchritudinem, vel diuitias? dicas quod tenet; licet enim causa mouens sit turpis, vel inhonesta, tamen ex quo intendunt contrahere matrimonium, & consentiunt in hoc per verba de præsenti, [b] sufficit. 32. q. 2. solet quæri. patet etiam ex eo, quod, sicut legitur in Gen. videns [c] Iacob, quod Rachel [d] cum esset decora facie, & venusta aspectu, eam diligens ait ad Laban, septem annis seruiam tibi pro Rachel. & in Deut. 21. si videris mulierem pulchrā in medio cāptiuorum, & adamaueris eam, volueriſque vxorem habere, introduces eam in domum tuam. vita enim mala, vel intentio alicuius peruersa non contaminat coniugij sacramentum. *l.4.t.2.p.6.*

§. 7. Potest contrahere matrimonium omnis homo, qui cōsentire potest in coniugalem affectum, & carnis copulam, nisi expresse prohibeatur. hoc ideo dixi, scilicet, qui consentire potest, quoniam puer, licet infra legitimam ætatem constitutus, hoc est infra quatuordecimum annum, vel infra duodecimum, puellam ducat aptam ad matrimonium contrahendum, tamen quia consentire non potest, nullum est matrimoniū. ext. de spon. tuæ fraternitatis. & ille, qui caret vtroque testiculo, consentire non potest. ext. de frig. & male. quod sedem, similiter si furiosus, & insanus dicat illa uerba, non contrahit, quia animo consentire non potest. 32. q. 7. neque furiosus. & hoc uerum est, quamdiu est in furore constitutus; quoniam si habet dilucida intervalla, & aliquando redit ad sanam mentem, & nubere potest, & testari, & omnia, quæ alij possunt. & est arg. 3. q. 9. iudicas Hermānum. 7. q. 1. quamuis sit triste. et C. de codicill. nec codicillos. quod uero supra dictum est, nisi expresse prohibeatur, ideo additum est, quoniam edictum de matrimonio contrahendo est prohitorium, i. omnis, qui non prohibetur, admittitur, et contrahere potest.

ext.

[u] *Cohiberetur*] vt īfirmitas carnis prona in ruinam turpitudinis excīperetur honestate coniugij. vt in illo §. his ita.

[x] *Susceptio*] quātum ad primam institutionē matrimonij.

[y] *Vitatio*] quantum ad secundā.

[z] *Crescite*] gen. 2.

[a] *Vnde Apostolus*] 1. Cor. 7.

[b] *Sufficit*] ad veritatē matrimonij; dum tamen non vitauerint prolis generationem, vel noluerint sibi nasci filios, vel etiā aliquo opere malo agant, ne nascātur, vt in illo capitulo, solet qri.

[c] *Iacob*] Gen. 29

[d] *Cum*

ext. de spon. cum apud sedem, prohibentur enim aliqui propter votum, propter ordinē, & propter alia impedimenta, de quibus infra dicetur.

§. 8. Sed numquid inter absentes per ꝓcuratores potest contrahi matrimonium? dico quod potest. 32. q. 2. §. [d] cū ergo. Quid si aliquis consentit in absentem per verba de pręsēti, deinde mittit procuratorem ad illam, & antequam illa similiter cōsentiat, ipse dissentit; post vero illa consentit, credens illum in primo consensu perdurare? solutio, credo, saluo meliori iudicio, quod si iste reuocauit mandatū, & reuocatio peruenit ad procuratorē, re integra. i. antequā mulier consentiret, nihil actum est. arg. ext. de procur. [e] in nostra. si vero peruenit postquam iam cōsenserat mulier, non tenet similiter matrimonium; quia nec vere, nec interpretatiue cōcurrerunt consensus: si tamen constet Ecclesiæ de primo consensu viri, & de mandato procuratorio, & consensu mulieris subsecuto, & non constet de dissensu præfato, coget vir, ꝑꝑ probationis defectum, consentire matrimonio: si autē, post quam misit procuratorem, non consensit, nec dissensit, tradens forte factū huiusmodi obliuioni, propter occupationem, vel aliam causam, videtur simpliciter standum esse pro matrimonio, tum propter eius fauorem, tum quia non habet obicem contrariæ volūtatis. ext. de sent. & re iud. duobus. ext. de bap. & eius ef. [f] maiores. in fine.

§. 9. Effectus matrimonij est, vt ex quo semel est coniugium, siue matrimoniū inter aliquos, nūquā desinat esse, etiāsi alter coniugum efficiatur hæreticus. 32. q. 2. c. 1. & 2. ext. de diuort. quanto. nec potest maritus dimittere vxorem, siue leprosa; siue cæca efficiatur, vel aliquid simile incurrrat, nec vxor virum. 32. q. 5. horrendus. & si vxorē, nisi causa fornicationis; sed si tunc dimittit, maneat sine coniuge, vel recōcilietur vxori. 32. q. 1. dixit Dñs. Item alius effectus, qa mulier nō habet potestatē sui corporis, sed vir; & vir potestatē nō habet sui corporis, sed mulier: vnde fit, ꝙ postquā est inter eos [g] secuta carnalis copula, nec religionem

[d] *Cum ergo*] melius dicitur hoc in c. sequēti, vbi agit đ matrimonio Rebeccæ, ꝙ fuit contractum per nuncium. & incipit capitulū, honorantur.

[e] *In nostra*] ibi reuocatur processus iudicum, qui processerūt post mandatum ꝓcuratoris per mandatorem reuocatum.

[f] *Maiores*] ibi dicitur, quod in baptismo imprimitur character, cū sacramētalis operatio obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. Nota quod prędictam quęstionem ponit. H. & soluit. 19. q. 5. nec illud. Sed cū non sufficiat cōsentire matrimonialiter, nisi consensus exprimatur, & notificet inter contrahentes, quomodo potest matrimoniū contrahi inter absentes per epistolam, & per nuncium, donec ille, ad quē mittūtur litterę, vel nuncius, notificauerit consensum suū illi absenti? Respōdeo, quādo mittitur nuncius, & ei notificat consensū suum ille, ad quē missus est, perinde est ac si notificaretur ipsi mittenti: quando autem mittuntur litteræ per nuncium, quia nihil scit de facto, sed nudum ministeriū portandi litteras cō missum est ei, si ille, vel illa, cui mittuntur hm̄odi litteræ, nulli notificat consensum suum, credo sine præiudicio, qđ quantumcumq; consentiat, non est contractum matrimonium; sed tūc demum erit cōtractum, cum illum notificauerit, seu absenti, qui misit ei litteras, seu alij. & credo in hoc casu sufficere, quod alijs notificet, vel alij.

[g] *Secuta*] de voluntate vtriusque. Quid si inuita cognoscitur à marito, protestans, quod vult intrare religionem, nūquid potest postea intrare religionē inuito marito? Re-

matrimonium

matrimonium

matrimonium

Item alius

debitum coniugale

X Item alius effectus quia nec ille coniugum habet potestatem sui corporis &c. vnde et tertius sequitur: quo ut sibi inuicem reddere debent debitum &c. l. 4. t. 2. p. 7. vide de eo duplici ultimo effectu, verbo debitum coniugale.

matrimonium

triplex est matrimoni effectus: primus indissolubilitas

Item alius

debitum coniugale

Digitized by Google

Respondeo; quæstio dominicalis est,& disputabilis,& diuersi diuersa sentiunt: quidam dicunt,quod potest intrare religionem.arg.32. q. 5.reuera.& ad Deum.cum suis concordantijs. Alij dicunt cõtrarium.36.q. 2.si quis virginem. Ego sine præiudicio credo,qđ si sit sponsa de futuro,potest intrare religionem,non obstãte copula carnali violenta; si autem sit vxor, seu spõsa de præsenti,non potest cõtradicere marito.

h *Sunt qui dicũt*] ex hoc. c. & sequentibus habetur,quod neuter coniugatorum, post carnalem copulam, potest intrare religionem altero inuito; & qđ vir,vel vxor non potest continentiã obseruare, vel vouere sine communi consensu.

i *Christiano*] 33. q.4. Christiano.

k *Abstinendum*] numquid peccat mortaliter, qui in hmõdi diebus exigit debitum? Respondeo; seu hoc facit causa prolis,seu causa incõtinẽtiæ,peccat venialiter: qui autem reddit,nullo modo peccat.qui autem causa exsaturandæ libidinis petit debitum,semper peccat mortaliter,secundum.H. sed plus peccat in diebus ieiuniorum, & festis, quam alio tempore. Similiter qui petit causa incontinentiæ quocumque tempore,secundum.H.peccat venialiter; sed magis peccat in huiusmodi diebus petendo.Sed videtur contradicere August.in lib.de bono coniugali,vbi dicit:concubitum, qui nõ fit causa prolis,nuptiæ nõ cogunt fieri, sed impetrãt ignosci;si tamen non sit ita nimius,vt tempora impediat orationi deputata.sed soluit.H. dicẽs, quod Aug.loquitur de consilio, vel ad terrorem,vel de coitu,qui sit causa libidinis explẽdæ. de coitu tempore menstruorum notauit H.6.dist.ad eius.quod tam mulier,quam vir, qui exigit debitum tempore menstruorum scienter,peccat mortaliter; quia præceptum de non coeundo tempore menstruorum morale est: sicut etiam hodie multi Theologi dicunt; & videtur haberi expresse ex glosa Hieronymi Ezech.18. & ex glosa super Leuit.15.18.20. dicit etiam.H.q reddit exactus debitum hoc tẽpore,nõ peccat; potest tamen sine peccato denegare, nisi videat exigẽti fornicationis periculum imminere.dicit etiã,qđ mulier tenetur reuelare menstruum marito, si exigat ab ea debitum;& etiã si non exigat ab ea debitum, ne forte ad exactionem illius mulieris vir reddat ei debitum, nihil sciens de menstruo. Alij tamẽ dicunt,quod exigere in mẽstruo debitum sciẽter non est peccatũ mortale inter coniugatos, sed tantum veniale; prima tamen opinio videtur verior,& magis cõsonat auctoritatibus sanctorum; in talibus autem in foro pœnitentiali non est præcipitãda sententia,nec deneganda absolutio, si nolit coniugatus tempore menstruorum continere; sed via tutior est consulenda, & terror ex periculo incutiendus:Numquid cognoscere vxorem prægnantem,aut post partum, ante purificationem,est peccatum mortale? credo quod non,licet videatur contra 5. dist. ad eius concubitum.& 32.q.4.origo. & q. 8. non solum. sed illa capitula quantum ad hoc loquuntur de honestate,& consilio:qui autem in huiusmodi temporibus debitũ reddit, nullo modo peccat;sed qui exigit,venialiter pec

cat.

nem potest alter eligere,altero inuito,nec continentiam profitẽri.27.q.2.h sunt qui dicunt. & scripsit nobis. 33.q.5.c.1.2.3.& 4. Est & alius effectus, quia compellẽdus est reddere debitum vir vxori,licet numquam cognouerit eã,& econuerso,non obstante affinitate inique superueniẽte.ext.de eo, qui cogno.con. vx. su. discretioni. & tuæ fraternitatis deuotio

§. 10. Sed nũquid peccant coniuges exigendo, vel reddendo debitum in solemnitatibus, diebus ieiuniorum,vel in loco sacro? ad hoc dicas, qđ exactus debet semper reddere,nisi cautè, & sine adulterij periculo possit differre; exigere tamen nõ debet in prædictis tẽporibus: vnde Apostolus talibus loquitur, dicens. 1. ad Cor. 7. nolite fraudare inuicem, nisi forte de cõsensu ad tẽpus, vt vacetis orationi; & iterum reuertimini in idipsum, ne tẽtet vos Sathanas pp incontinentiam vestram: hoc autem dico secundum indulgentiam, non imperium. & Aug.i Christiano cum vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando nõ; propter processionis enim dies, & ieiuniorum aliquando conuenire non licet, quia etiam à licitis k abstinendum est ad tempus, vt facilius impe-

Digitized by Google

cat. Sed numquid reddendum est debitum in loco sacro? Respondeo; si potest alius locus haberi, peccat mortaliter reddens in loco sacro: si alius haberi non potest, nō. Idem quod dictū est de loco, dicas secundum. H. de tempore orationis, & ieiuniorum.

l *Quotiescumque*] 33. q. 4. quotiescumque.

m *Abstinere*] à peccato adulterij.

n *Capitulo 1. & 2.*] in his capitulis dicitur, quod adultera, donec pœniteat, nō est tenenda in consortio coniugij: quod dicit Chrysostomus super Mat. quod sicut crudelis, & iniquus est, qui castā dimittit, ita fatuus, & iniust' est, qui retinet meretricem: & quod patronus est turpitudinis, qui celat crimē vxoris: & quod vxor, quæ fornicata est, non debet teneri à viro; & quod iam non est licita viro suo ad vsum carnalis copulę.

o *Si vir*] ibi dicitur, quod reus est vir, & particeps peccati vxoris, si scienter cohabitat cum ea in fornicatione perseuerāte. Sed nūquid peccat mortaliter in hoc casu exigens debitū ab vxore? Respondeo. H. notauit 32. q. 1. si quis vxorem. quod si alter coniugum exigat debitum à reliquo i adulterio perseuerā. trari possit, quod postulatur. idem: quotiescumque vel dies natiuitatis, vel reliquę festiuitates, aduenerint, non solum à concubinarum cōsortio, sed etiam à propriis vxoribus est abstinendum.

§. 1. Pone quod vir accusat vxorem de adulterio, vxor petit debitum lite pendente, numquid tenetur reddere; vel si reddit spontaneus, vel etiam ab Ecclesia cōpulsus, numquid efficitur irregularis, vt deinceps promoueri non possit? Solutio: circa primum distinguo; aut est notorium illam esse adulteram, aut non. in primo casu nec reddere, nec exigere debet debitū, nisi ipsa velit m abstinere, & pœnitentiam agere. 32. q. 1.n c. 1. 2. 3. 4. & sex c.c. sequētibus. ext. de diuort. significasti. ext. de adulter. si vir. uel nisi ipse similiter fuerit fornicatus; tūc enim paria crimina pari cōpensatione tollūtur. ext. de de diuort. significasti. ext. de adulte. c. penultimo, & ultimo. Item Augu. nihil inquius, quā causa fornicationis dimittere uxorē, si & ipse cōuincitur fornicari: occurrit enim illud Apost. ad Ro. 2. in quo alterū iudicas, teipsū cōdemnas, &c. 32. q. 6. nihil. & quatuor capitulis sequentibus. in secundo casu debet petēti debitum reddere, quia non debet eum spoliare ante sententiā. ext. d. diuor. porro. ext. vt lite pēn. laudabilē. 8. q. 4. nōne sed nūquid in cōtinentū commisso adulterio amittit ipso iure ius petendi debitū? vī qd sic, quantū ad iudiciū animæ saltē, quia peccādo in lege matrimonij, reddit se indignā: & ideo non debet petere, nisi purgata culpa per pœnitentiam: si tn petat, iste p debet reddere, vt dictū est. Ad aliud, quod quæsitum est, vtrum videlicet efficiatur irregularis, qui taliter reddit te, siue in occulto, siue in manifesto, & scienter exigat, peccat mortaliter exigendo; quia facit contra constitutionem Ecclesiæ: peccat etiam mortaliter reddendo, si celebratum est diuortium iudicio Ecclesiæ, aut si publice nō patur in adulterio: si neutrum istorum sit, non peccat reddendo; quia tenetur ad hoc: si autem propter incontinentiam, & fragilitatem carnis exigit debitum, peccat mortaliter; quia facit cōtra constitutionem Ecclesię; minus tamen peccat, cum adulterium est occultum. alij dicunt, quod impotētia continendi à copula carnali excusat exigētem in hoc casu, quorum sententia benignior est, licet forte nō verior.

p *Debet reddere*] sed quomodo tenetur reddere, si ille nō debet petere? Respōdeo; vterque coniugum, sicut notauit. H. 27. q. 2. Agathosa: quodāmodo duplex ius habēt in reliquo, scilicet ius exigēdi debitū, & ius quod sibi reddi debeat exigenti. primum amittit fornicādo, sed non secūdum. sic & prælatus nō habet ius imperandi subdito aliquod illicitum, etiam de quo dubium est, an sit illicitum, subditus tamē debet ei obedire in dubio illicito. & hoc ius habet

habet prælatus in eo, licet non habeat ius imperandi; sed peccat imperando in hoc casu. 23. q. 1. quid culpatur. August. 27. q. 2. omne itaque.

Non apponant conditionem] quid si neuter hoc exprimat, scilicet quod velit ad tempus cõtrahere, vt quãdiu voluerit, vel quod velit vitare prolem, aut extinguere; sed tamen vterque huiusmodi habet intẽtionem, numquid est matrimonium? Respondeo; H. notauit 32. q. 2. solet quæri, quod quidam dicunt adiectionem tẽporis, vel vitandi prolem, tunc demum matrimonium impedire, si exprimatur in ipso contractu, aliter nõ: sed ipse dicit, q̃ siue exprimat, siue non, non est matrimonium, licet probari nõ possit, quando non est expressum à contrahẽtibus; sicut dicit, quod nõ est matrimonium, vbi non est consensus animorum, licet verbo dicant simul se cõsentire. Quid de illo, qui habet propositum nũquam exigendi debitũ, propter bonum continẽtiæ? Quid de illo etiam, qui, dum cõtrahit, habet propositũ adulterandi, nũquid in his casibus cõtrahitur matrimonium? Respondeo; credo, sine præiudicio, quod in primo casu contrahitur matrimoniũ; sicut fuit matrimonium cõtractum inter beatam Virginem, & Ioseph. idem dico de secundo casu; dum tamen nõ deducatur in pactum: si autem deducatur in pactum, quod liceat ei adulterari, vel quod prostituat vxorem, non credo quod matrimonium contrahatur, cum hoc sit contra naturam matrimonij. Quid si contrahens habeat propositũ numquam reddendi debitum, numquid cõtrahitur matrimoniũ? Respondeo, si hoc deducat in pactũ, credo quod non; si autem non exprimatur; credo q̃ contrahitur. H. tamen notauit 27. q. 2. omne itaque. quod si aliqui coniũgun tur sine prole. i. sine intentione procreandi prolem, non impeditur matrimonium: si autem coniungũtur sine prole, i. ita q̃ habeant intentionem, quod nõ habeãt prolẽ, & q̃ vitẽt prolem non contrahitur matrimonium. similiter distinguit de fide, q̃ sine fide, ideſt sine intentione seruandi fidem contrahitur matrimonium; sed sine fide, ideſt, cũ intẽtione nõ seruandi fidem non contrahitur matrimonium. de sacramẽto dicitur, quod semper exigit, adeo quod, si contrahant aliqui eo animo, vt separentur aliquando, non sit ibi matrimonium, quia videntur contra-

debitum; credo quod sic. ℟. in summa de pœnit. in tit. de bigam. §. item quid si maritus.

§. 12. Bona matrimonij principaliter sunt tria, fides, proles, & sacramentum. In fide attenditur, vt post vinculum coniugale cũ alio, vel alia non peccatur. In prole, vt amanter suscipiatur, & religiose educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur; licet enim separatio corpotalis fiat interdũ causa fornicationis, vel ex communi cõsensu causa orationis, seu religionis, sacramentalis tamen separatio nouũ potest fieri, nisi cum desinit esse vinculum matrimonij: quod inter fideles numquam contingit, nisi per ingressum religionis, ante copulam carnis, vel post carnalem copulam per mortẽ vtriusque, vel alterius coniugũ. Sed nũquid hæc tria sunt adeo necessaria, vt, si aliquod istorum defuerit, non teneat matrimonium? Ad hoc dicas, quod si tẽpore contractus intendant ista seruare, licet postea mutatis voluntatibus contrarium faciant, tenet nihilominus matrimonium. ℟. supra eod. §. effectus. idem dico, si nihil cogitãt de istis bonis: sufficit enim q̃d nõ apponant conditionẽ, vel pactum, vt contra faciant. ℟. infra de impedimento conditionis. §. vlt. Item nota, quod bonum prolis non dicitur ipsa proles, quæ quandoque quæritur propter hæreditariam successionem, sed spes & desiderium, quo proles ad hoc quæritur, vt religiose informetur: vnde multi habent prolem, qui non habent prolis bonum; nec ideo tamen desinit esse coniugiũ. Item nota, quod tertium bonum coniu-

contrahere ad tempus. alij dicunt, quod fides, prout hic accipitur, non est de substãtia matrimonij, sed tãtum proles, & sacramentũ; qa de illis est expressum, quod sint de substantia matrimonij. 32. quæst. 2. solet quæri.

[r] *Non quod ipsum*] illud tertiũ bonũ coniugij, quod dicitur sacramentum, nõ est ipsum coniugium, sed inseparabilitas, quæ est accidens coniugij, & significat coniunctionem Christi, & Ecclesiæ inseparabilem, sicut & ipsum coniugium.

[s] *Veniale*] quidam tamen dicunt nullum esse peccatum in hoc casu; nam ad bonum finẽ vtitur coniugio: sed contradicit August. 25. dist. cap. vnum orarium §. nomine autem criminis. vers. quoties ali quis. vbi dicitur veniale peccatũ esse, quoties, excepto filiorum desiderio, vxorem suam quis cognouerit. sed forte respondẽt, quod aliud est cognoscere vxorem causa incõtinẽtiæ, & aliud causa vitãdę fornicationis; vt cognoscere causa incontinentiæ, sit cognoscere, quia non potest continere; propter nimium feruorem fomitis, & virtutis concupiscibilis; & tunc est peccatum veniale. cognoscere vero causa vitandæ fornicationis, sit cognoscere, vt non tenetur ille fornicationem cũ non sit, non vt quærat voluptatem in coitu cũ vxore, sed ne labatur cum alia; & tunc forte erit lum est peccatũ. sed secundum hoc quinque essent causę coeũdi cum vxore; Magistri tamen non consueuerunt distinguere nisi quatuor, & reputãt pro eadem, cognoscere causa incontinentiæ, & causa vitandæ fornicationis.

[t] *Adulter*] 32. q. 4. origo.

[u] *Nihil*

matrimonium

gij dicitur sacramentum, [r] non quod sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacræ signum, idest spiritualis, & inseparabilis coniunctionis Christi, & Ecclesiæ. patet ex præmissis, quod prima duo bona quandoque comitantur matrimoniũ, quandoque non; tertium vero inseparabiliter adhæret, quamdiu durat matrimonium.

§. 13. Valent hæc bona ad excusationem peccati, si seruata fide tori, causa prolis cõueniant coniuges. vnde nota, quod aliquãdo commiscẽtur coniuges causa suscipiendæ prolis, aliquando causa reddendi debitum, aliquando causa incontinentiæ, siue vitandæ fornicationis, aliquando causa exsaturandæ libidinis. in primo, & secundo casu nullum est peccatum: in tertio est [s] veniale: in quarto mortale. De primo August. coniugalis concubitus generãdi gratia nõ habet culpam. Apost. 1. Cor. 7. si nupserit virgo, non peccat. Si enim sine peccato non posset fieri concubitus coniugalis, post diluuium nõ præcepisset Dominus eos copulari, dicens Genes. 8. crescite, & multiplicate; cum iã sine carnali copula nõ possent commisceri. De secundo August. redde debitum; etsi non exigis, redde: pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non, quod tibi debetur, exigis, sed reddes, quod debes vxori. 33. q. 5. si dicat De tertio August. forte aliquis dicet: si veniam concessit Apostolus. 1. Cor. 7. ergo peccatum sunt nuptiæ; cui enim venia, nisi peccanti, conceditur? & infra: veniam concedens Apostolus, concubitum attendit coniugatorum, vbi est incontinentiæ malum: incontinentiæ malum est, quod vir cognoscit vxorem vltra necessitatem procreandi filios; sed & ibi est nuptiarum bonum: & ita non propter illud malum culpabile est hoc bonum; sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale. De quarto Philosophus: [t] adulter est in suam vxorem amator ardentior. & [u]

Hierony. sapiens iudicio amat coniugē, non affectu, non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitū. [u] nihil fœdius, quam vxorem amare, quasi adulteram. de his omnibus, quæ dixi circa bona matrimonij, inuenies 32. q. 2. per totum. & q. 4. origo. & in lib. 4. sent. in tractatu de matrimonio.

§. 14. Item nota, quod matrimonium aliud est legitimum, aliud clandestinum. legitimum est, quando ab his, qui super fœminam potestatem habere videntur, vxor petitur, & à parentibus sponsatur, & legibus dotatur, à sacerdotibus, vt mos est, benedicitur, & à paranimphis custoditur, ac solenniter accipitur: si aliter præsumitur, non coniugium, sed adulterium, vel fornicatio dicitur. 30. q. 5. aliter. & tunc dicitur clandestinum. non tamē dicas, quod non possit esse, sine solennitatibus huiusmodi, verum matrimonium, sed loquitur canon secundum id, quod Ecclesia præsumit, eo quod probari [x] non potest. vel dic quod in hoc sacramento, sicut in alijs, quædam sunt pertinentia ad substantiam, vt consensus de præsenti, qui solus sufficit, vt supra eod. §. contrahitur. quædam autem pertinentia ad decorem, vel honestatem, vt solennitates prædictæ, sine quibus verum est coniugium, & legitimum, quo [y] ad veritatem,

[u] *Nihil fœdius*] pp hanc auctoritatē, & similes dixit. H. 32. q. 2. §. his ita. cuius opinionem hic sequitur Magister, quod cognoscere vxorem causa exsaturandæ libidinis, peccatum est mortale, siue fiat hoc in diebus festiuis, & ieiuniorum, siue alio tempore, licet grauius sit facere hoc in diebus festiuis: propter bonum tamen matrimonij minus punitur, quam pro alio mortali, q̄a punitur sicut p veniali. argum. 32. quæst. 7. adulterij. Alij tamē dicunt, quod huiusmodi coitus peccatum veniale est; dum tamen obseruetur ordo naturæ: qd̄ potest concedi de illis coniugatis, qui taliter ex confidentia matrimonij coeunt, & iure, quod habet vtrique in corpore alterius, non aliter hoc facturi, nisi essent coniugati. sed sicut dictum est. H. dicit quod semper est peccatū mortale: & dicit esse differentiam inter coitum causa incōtinentiæ, & causa libidinis implendæ; quia in primo casu præuenitur, hoc agens, à voluptate, & potius sic vult peccare, quam fornicari: in secundo casu præuenit voluptatem, & prouocat eam manibus, vel cogitatione, vel vtendo calidis, & incentiuis, vt pluries possit cum vxore coire. dicit etiam, quod, seu coitus sit peccatum, siue non, numquam tamen fit sine peccato, quia semper fit cum pruritu, & voluptate, quæ sine culpa esse non potest: arg. 33. q. 4. vir. 27. quæst. 2. omne. Numquid peccat mortaliter vir, si cognoscat vxorem non consueto modo, dum tamen faciat hoc in vase naturali? Respondeo; credo sine p̄iudicio, si hoc faciat causa solius voluptatis amplius sic quærendæ, peccat mortaliter, si au autē vxor prægnans sit, & timetur de suffocatione partus, & propter hoc non audet accedere ad eam ex parte anteriori, non peccat mortaliter ex alia parte accedens; dūmodo vasculo mulieris alias nō abutatur, nec semē extra sciēter effundat. idē credo, si propter infirmitatem mulieris, aut aliam causam rationabilem hoc faciat, licet longe tutius esset, qd̄ haberet eam vt sororem in huiusmodi casibus, quam sic eā cognoscere. Nec est contra 32. q. 7. adulterij. vbi dicitur, quod talia execrabilius fiunt in vxore; quia illud intelligit de alijs contra naturam vxorē cognoscentibus, aut extraordinarie polluentibus, aut causa libidinis exsaturandæ, & sine causa hoc facientibus.

[x] *Non potest*] tale matrimonium clandestine contractum.

[y] *Ad veritatem*] idest ad essentiam.

[z] Con-

z *Consulendum est*] arg. quod non tenentur solennizare, quia ad consilia nullus tenetur. sed quomodo consilium est, cum hodie præcipiatur fieri banna, vt ext. de clandest. despon. cum inhibitio? Respondeo; reuera banna, & solennitates cõ suetæ non debẽt dimitti sine causa, & qui hoc facit mortaliter peccat. sine causa dico, quia ex causa possunt omitti, sicut notauit H. 30. q. 5. in prin. quia forte senex est vir, & erubescit contrahere cum tãta solennitate: aut accipit ignobilem, cum ipse sit nobilis, aut econuerso, & timet parentes eius: idẽ credo, qñ diu manserunt sicut vir & vxor, & erubescũt modo adhibere solẽnitates bannorum, & benedictiones nuptiales: credo ergo quod in talibus possit dispensari per Episcopum ex causa, non credo quod sufficiat dispensatio minoris prælati. Numquid sufficit sola dissimulatio? Respondeo sufficit, si animo dispensandi fiat, aliter non. Num quid peccat mortaliter, qui ante benedictionem nuptialem, post consensum tamen de præsenti cognoscit vxorem? Respondeo; credo quod sic, si absque dispensatione Ecclesiæ, & sine iusta causa hoc faciat in illis locis, vbi consuetum est benedictionem nuptialem adhiberi. idem dico, si dimittuntur aliæ consuetæ solennitates, cum. H. notauerit 27. q. 2. cum initiatur. quod si quis cognoscit sponsam, antequam eam traducat, pœnitentia vnius anni indicenda est ei, secundum quosdam canones pœnitentiales; qui tamen non habentur in corpore canonum. Numquid peccant Reges, & principes, & milites, qui hodie contrahunt sine bannis? Respondeo; credo quod non peccant mortaliter, vbi non est consuetum, quod matrimonia eorum banniantur: & quod dicitur ext. de clandest. despon. cum inhibitio, non est extendendum ad matrimonia eorum nobilium, qui non consueuerunt in ecclesia banniri. Quid de illo, qui postquam cõtraxerit cum quadam per verba de præsenti occulte, postea contraxit cum alia in facie Ecclesiæ, numquid postea ad petitionem primę tenetur eam cognoscere, occulte saltem, vel exire in longinquam regionem, vt cum ea cohabitet, debita solennitate adhibita? Respondeo; credo quod ad primum non tenetur, si est in tali loco, vbi consuetum est, quod ante carnalem copulam, & traductionem adhibeatur benedictio nuptialis. ad secundum, licet forte aliqui dicant, quod non tenetur, & quod sibi imputet illa, quæ clandestine contraxit cum eo, & se ingessit periculo. credo tamen, quod si secunda relicta transeat ad alias partes cum prima, in quibus sine scandalo possit adhibere solennitates debitas, vel cum ea cohabitare, solennitatibus etiam non adhibitis, quia non est consuetum eas ibi adhiberi, non peccabit: nec est contra q̃ solet dici, & notari 33. q. 2. in prin. & c. seculares. cum suis cõcordijs, qđ vir non debet dimittere vxorem sine iudicio Ecclesiæ: hoc enim intelligendum, quando impedimentum inter eos est aliud, quã sit ligatio matrimonij præcedentis, & quam sit votum solenne, propter quod impedimentum non potest commisceri cum ea sine peccato mortali: in quo tamen casu notauit. H. 35. q. 6. multorum. & si præcepto Ecclesiæ non teneatur obedire, quantum ad reddendum debitum, tamen in cohabitatione, & necessariorum exhibitione debet ei obedire; & sine ordine iuris non debet hoc vxori denegare, cui seipsum de facto copulauit. secus est, vbi quis contraxit matrimoniũ de præsenti cum duabus successiue, quia, cum eo ipso, quod contraxit cum prima, teneatur cum ea cohabitare, & ei necessaria exhibere, quantum ad hoc non potuit se obligare cum secunda: vnde tenetur redire ad primam; iudicio tamen Ecclesiæ, si hoc possit fieri: si autem non possit, quia forte veritas probari nõ potest, credo sine præiudicio, quod auctoritate propria potest hoc facere, immo tenetur, præsertim si prima non fuit in culpa, vel si ignorauerit ius, quod prohibet clandestina matrimonia, sicut notauit H. 34. q. 2. cap. 1. de vxore illius, qui credebatur mortuus, & propter hoc contraxit cum alio, quod, contradicente Ecclesia, auctoritate propria potest redire ad primum, si reuertatur; & potius debet pati excommunicationem Ecclesiæ, quam remanere cum secundo, arg. ext. de sent. excom. inquisitioni. Notatur etiam. 30. q. 5. aliter. Eodem modo credo, quod si quis, post professionem legitime factam in monasterio, exeat, & de facto contrahat matrimonium in facie Ecclesiæ, si postea reuertatur ad cor, potest reuerti ad religionem auctoritate propria, & potius tenetur sequi conscientiam, quam obedire prælato, vel Ecclesiæ præcipienti, quod remaneat cum vxore; quia forte non potest constare prælato, vel Ecclesiæ de professione facta ab eo in religione. idem credo & in opposito casu, scilicet cum quis post matrimonium legitime contractum, & consummatum, inuita vxore transit ad religionem, & ibi facit professionem,

sed non quantum ad honestatem: vnde z consulendum est talibus in foro pœnitentiæ, vt de nouo cõsentiãt, vel recognoscãt, & approbent in facie Ecclesiæ publice, qd̃ fecerunt occulte; & faciant pœnitentiam,

fessionem; quia in hoc casu, non obstante prohibitione prælati, aut excommunicatione Ecclesiæ, auctoritate propria pōt reuerti ad vxorē; & ad hoc tenet, nisi ab vxore cōtinentiam professente impetrare possit licentiam in religione remanendi; aut nisi fuerit ipsa fornicata, ita quod prætextu fornicationis possit eam repellere; quo casu poterit ibi remanere ea inuita.

[a] *Scandalizauerunt*] manendo simul, nō vt coniugati.

[b] *In carnalē*] id est inconiugalē, ita exponūt illi, qui dicūt, ꝙ beata virgo non cōsēsit simpliciter in carnalem copulam.

[c] *Postea vero*] id est post natiuitatē Saluatoris, sicut dicitur in §. cum ergo.

[d] *Et vterque*] & ita Ioseph virgo erat: vnde falsū est, quod dicitur in apocrifo de Natiuitate Beatæ Virginis, vbi legit Ioseph habuisse de alia vxore filios.

Aug. libello de virginitate.

[e] *Idem Augustinus*] 27.q.2. omne itaque.

[f] *Ait Apostolus*] Ephes. 5.

[g] *Sponsa*

quia [d] scādalizauerūt Ecclesiam, & exposuerunt se magno periculo: posset enim alterum dimittere, quādo vellet, & de facto cum alio contrahere, & sic in adulterio, pp defectū probationis, impune quantum ad Ecclesiam militantem manere.

§. 15. Item matrimonium dicitur aliquando initiatum, aliquando perfectum, siue consummatum. initiatum per cōsensum de præsenti. 27.q.2. cū initiatur coniugiū. &, coniux. perfectum autem, seu consummatū dicitur per carnis copulam. ext. de bigam. debitum. sed secundū hoc vr̄, qđ inter Beatā Virginem, & Ioseph non fuit perfectū matrimonium, ꝙ dicere esset absurdum nimis; dicas ergo, quod verū fuit illud matrimonium: vnde Aug. Beata Maria proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus ei reuelaret aliter: cōmittens ergo virginitatem suā diuinæ dispositioni, consensit [b] in carnalē copulam, non illam petendo, sed diuinæ dispositioni in vtroque obediēdo: [c] postea vero, cum filiū genuit, quod corde conceperat, simul cū viro labijs expressit, [d] & vterque in virginitate permansit. 27.q.2. beata. & §. cum ergo. item ait Aug. inter eos perfectum fuisse coniugiū: perfectum, non significatione, sed sanctitate fuit: vnde scribens ad quandā, quæ simul cum viro votum emiserat castitatis, inter cætera dicit: non quia pariter temperabatis à commixtione carnali, ideo maritus tuus esse destiterat; immo tāto sanctius inter vos cōiuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. 33. q.4. ꝙ Deo. fuit etiam perfectum illud coniugium, propter triplex nuptiarū bonum: vnde [e] idem Aug. omne itaque nuptiale bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramentū. prolē cognoscimus ipsum Dñm; fidē, ꝙ nullum adulterium; sacramentum, ꝙ nullum diuortiū: solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit; qa in carne fieri peccatū nō poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quę accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. patet ex his, ꝙ perfectū, & cōsummatū dr̄ coniugiū sanctitate, etiā ante carnalē copulā, vt dictum est. Dr̄ autem perfectū significatione per carnis copulā: cum em̄ sit sacramentum, est & sacrū signū, & sacrę rei. i. coniūctionis Christi, & Ecclesiæ; sicut [f] ait Apostolus: relinquet homo patrē, & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna; hoc em̄ magnū est sacramē tum. ego aūt dico in Christo, & Ecclesia: nā sicut inter cōiuges ē coniūctio animorū, & corporū, sic Ecclesia Christo copulat volūtate, & natura; qa idē

Aug. de nuptijs, & concupiscitia lib. 1. c. 11.

Aug. lib. 1 cap. 11. de nuptijs.

vult

vult cū eo, & ipse naturam hominis assum psit, vnde copulata est [g] sponsa sponso sponsaliter, & corporaliter ideſt charitate, ac naturæ conformitate. de hoc ℟. in ſumma de pēn. in tit. de bigam. Quidam etiā dicunt matrimonium initiatum per ſponſalia de futuro, ratū per cōſenſum de præſenti, conſummatum per carnis copulam. Item matrimonium aliud legitimum, & [h] non ratum, aliud ratum, [i] & non legitimum, aliud legitimum, & ratū. legitimum eſt, & non ratū, qđ legali inſtitutione, vel prouinciæ moribus, non cōtra iuſſionem Dñi cōtrahitur: & hoc eſt etiam inter infideles, inter quos non eſt ratum matrimonium, quia [k] ſine fide fit. & ſic intelligitur, quod ait Aug. nō eſt ratū coniugium, q̄ ſine Deo eſt. ratū eſt, & non legitimum, q̄ inter infideles, legitimas tñ perſonas, ſed ſine legitima ſolennitate contrahitur, vt ſupra eod. §. 5. Item nota, q̄ matrimoniū hoc eſt ratum, quia indiſ-

[g] *Sponſa ſponſo*] ideſt, Eccleſia Chriſto.

[h] *Et non ratum*] vt inter fideles.

[i] *Non legitimū*] vt inter fideles, qui contrahunt clandeſtine.

[k] *Sine fide*] articulorum.

[l] *Furioſus*] nunquid ebrius pōt contrahere matrimonium in ebrietate? ℟; ſi ita ebrius eſt, q̄ nullo modo habet vſum rationis, neſciens omnino quid agit, non cōtrahit: & idem eſt, q̄ de furioſo, quia deeſt conſenſus, ſine quo non poteſt contrahi matrimonium. Quid ſi poſt ebrietatē cognoſcat illā, quam deſponſauit per verba de præſenti, vel de futuro in ebrietate huiuſmodi, nūquid propter hoc erit matrimonium præſumendum? Reſpō deo; credo quod non, ſi conſtiterit Eccleſiæ de tali ebrietate, niſi, quod fecit in ebrietate hmōdi, ratū habeat poſt ebrietatē: ſi aūt nō ſit tāta ebrietas, quæ vſum rōnis auferat, pōteſt contrahi tā matrimonium; quā ſponſalia: & ſi poſt ſponſalia ſequit carnalis copula, in hoc caſu præſumitur matrimonium.

Aug. lib. 1 de nuptijs cap. 11.

[m] *Omnino ſectus*] hoc dicit pp illos, qui tantum vno carent teſticulo.

[n] *Illi qui matrimonium ſani*] ibi dī, q̄ furor, vel infirmitas, vel ſequens exectio matrimonium, non ſolui.

ſolubile. ℟. ſupra eod. §. effectus. legitimum autem, & ratū eſt inter fideles, ſi ſit debita ſolēnitate cōtractum: hæc diſtinctio probatur 28. q. 1. ver. item Auguſt. ext. de diuort. Inquanto, & gaudemus.

§. 16. Vltimo videndum eſt, quæ, & quot ſint impedimenta, quæ impediunt matrimonium. Eſt ſciendū qđ, 12. tantum ſunt impedimenta, quæ impediūt matrimoniū contrahendū, & dirimūt iā cōtractum, ſi tñ ipſa, vel aliqua eorū præcedunt matrimoniū; q̄m conſenſum coniugalē excludunt: ſi vero ſequātur matrimoniū, nō præſtant impedimentum, ſicut patet per iſta exempla. [l] furioſus nō pōt cōtrahere matrimonium; tñ, ſi cōtraxit ante furorem, nō ſoluitur matrimoniū, 32. q. 7. neque furioſus. itē qui [m] omnino ſectus eſt non pōt contrahere; ſi vero poſt matrimoniū ſecatur, nō ſoluitur matrimonium. 32. q. 7. [n] illi qui matrimoniū ſani. item affinitas impedit matrimoniū contrahendū, & dirimit iā contractum; ſed ſi poſt contractum matrimoniū ſuperueniat, etiāſi nō ſit carnalis copula inter coniuges ſubſecuta, non ſoluit matrimoniū; & maritus reddere tenet vxori debitū. ext. de eo, qui cogno. conſan. vxo. ſuę. diſcretionem. illud idem de omnib' alijs impedimentis intelligendū eſt. quæ autem ſunt impedimenta, quatuor verſiculis continentur.

Error, conditio, uotū, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamen,
honeſtas.
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

[o] *Iuncta retractant*] i. dirimũt iam contracta matrimonia.
[p] *Ecclesiæ vetitum*] ideſt prohibitio Eccleſiæ.

Hæc ſocianda uetãt connubia,[o] iuncta retractant.

Præter iſta duodecim impedimenta, quę impediũt, & dirimũt matrimoniũ, alia duo ſunt impedimẽta, quæ impediunt contrahendum, ſed non dirimunt, ſcilicet tempus feriatũ, & interdictũ Eccleſiæ. vnde vers[o]

[p] *Eccleſiæ vetitum, necnon tempus feriatum.*

Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

quod qualiter intelligi debeat, in ſequentibus dicetur.

De errore perſonæ. t. 3.

[a] *Sicut plenaque*] ſicut error conditionis, & votum, & affinitas, & conſanguinitas, & multa alia.
[b] *Si per errorem*] ibi dr, q̃ ſi per errorem vnus iudex, p̃ alio aditus fuerit, nõ valebit, q̃ actũ eſt, & qui ſic errat, non conſentit in iudicem; quia nihil tam cõtrarium eſt conſenſui, ſicut error.
[c] *Cum teſtamentum*] ibi dr, q̃ cũ teſtamentũ nullum eſt, etſi ille, qui ſuccedit ei ab inteſtato, profiteatur per errorẽ ex teſtaméto liberos eſſe aliquos, nõ p̃ hoc liberi effecti ſũt; quia errãtis nulla voluntas eſt.
[d] *Nõ idcirco*] ibi dr, q̃ ſi quis per errorẽ à ſeruo, quaſi à libero d̃bitã pœnitentiã receperit, cũ nullus ſit errãtis cõſenſus, quæſtionẽ ſtatus poſtea poteſt mouere hæres eius.
[e] *His ita*] ibi dr, q̃ error fortunę, & qualitas non

Nominatis impedimẽtis, quę, & quot ſint, de ſingulis per ordinẽ latius proſequamur. & primo de impedimento erroris perſonæ, q̃d etiã ex ſui natura, non ex cõſtitutione Eccleſiæ, [a] ſicut pleraq; impedimenta matrimoniale cõſenſum excludit; q̃m qui errat, non conſentit. ff. de iur. om. iud. [b] ſi per errorẽ. & errãtis voluntas nulla eſt. C. de iur. & facti ignorãtia. [c] cum teſtamẽtũ. &, [d] nõ idcirco. vnde ſi vir, ſeu mulier errat errore p̃ſonæ in matrimonio cõtrahẽdo, nullus ẽ cõſenſus, q̃ ſolus facit matrimoniũ, & ſic, eo deficiẽte, nullũ eſt coniugiũ: & hoc expreſſe probatur 23. q. 1. §. [e] his ita. Ad hoc notandum eſt, q̃d ad hoc, q̃d aliquis, vel aliqua erret cõſentiendo in virũ, quẽ putat alterũ, neceſſarium eſt q̃d per viſum, auditũ, vel famam habeat aliquã notitiã illi[us] abſentis perſonæ, quã credit eſſe præſentẽ; qa in penitus ignotũ, nec affectũ, nec cõſenſum dirigere poſſumus. arg. ff. de contrahen. ep. [f] cũ ab eo. §. mẽſam. vnde cũ cõſentiat in perſonã abſentẽ, aliqualiter vt dictũ eſt, ſibi notã, quã putat eſſe præſentẽ, conſtat q̃ nõ cõſentit in præſentẽ, ſed in illã, quã præſentẽ eſſe putat: & ſic nõ eſt matrimoniũ, q̃n in perſona erratur. ſi vero nullã notitiã habeat mulier de perſona abſente, non errat in ea, ſed decipitur in præſente, ver. gratia, ſi aliquis Anglicus ruſticus veniat ad aliquam nobilem mulierem, dicens ſe filium Regis Angliæ, [g] cuius notitiam mulier nullo excludit cõſenſum; vt ſi mulier nubat pauperi, quẽ credit eſſe diuitem, aut ſi gs cõtrahat cũ meretrice, aut corrupta, quam credit eſſe virginẽ: error aũt p̃ſonę, vel conditionis non admittit conſenſum.
[f] *Cum ab eo. §. menſam*] alia littera maſſam. ibi dr: mẽſam argẽto coopertã mihi ignorãti pro ſolida vẽdidiſti imprudens, nulla eſt emptio, & pecunia eo nomine data. cõdicetur. ideſt repetetur.
[g] *Cuius notitiam*] ſcilicet Regis, vt filij eius, vel ipſius loquẽtis. cũ tñ dicit aliquis in hoc caſu, ego ſum filius Regis diſtingue, quia ſi filius teneatur ſubſtantiue ſub hoc ſenſu, ego ſum talis filius Regis, ideſt, ſum ille, qui filius regis eſt, diſtinguẽdum eſt, vt ſupra; vtrum ſcilicet notus ſit aliquo modo huic, vel non: ſi autem filius teneatur

neatur adiectiue, vt sit sensus, ego sum generatus à Rege, id est, Rex me genuit, & propter hoc contrahat illa cum illo, non est error personæ, sed tantum filiationis, vnde non impeditur matrimonium, siue Rex habeat filiũ, siue non; quia error est relationis, & non personæ. Quid si Ioannes dicit se esse Petrum, qui tamen Petrus mortuus est, & illa consentit? ℟. nõ est matrimoniũ, quia error est in persona. Quid si aliqua scit aliquẽ multos habere filios, quorum tamen nullus notus est ei, & vnus eorum mentitur se esse primogenitum, & ista consentit in eum; propter spem successionis paternorum bonorum? ℟. non est hic error personæ, sed fortunæ, siue relationis, siue primogeniturę; & ideó non impeditur matrimonium, sicut notauit H. 29. q. 1. in prin.

lam habeat, & contrahit illa cum eo, credens eum filium Regis, non impeditur matrimonium; quia non fuit error personæ, sed potius qualitatis, quæ non impedit, sicut nec error fortunæ. 29. q. 1. §. his ita.

Dicitur autem error qualitatis, quando putatur bonus, vel nobilis, [h] vel virgo, & similia, & est malus, & ignobilis, vel corrupta, & econuerso: vel error fortunæ, quando creditur diues, & est pauper.

[h] *Vel virgo*] quid si aliquis desponsat aliquã corruptã de futuro, quam credit esse virginẽ, numquid postea, comperto quod sit corrupta ante carnalẽ copulam, compellendus est consummare matrimonium cũ ea? H. notauit 27. q. 2. raptor. quod non est compellendus; quia per hoc impediretur eius ꝓmotio ad ordines ecclasticos. sed quare error qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium, sicut error personæ? ℟. consensus in personam necessarius est ad matrimonium, non consensus in fortunam, vel qualitatem, & propter hoc error qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium.

De impedimento conditionis.

[a] IN *fauorem libertatis*] id est liberarũ personarum: vnde error conditionis non impedit matrimoniũ, nisi cum alter est liber, & decipitur in seruili conditione illius, cum quo contrahit; error autem huiusmodi ex sui natura non impedit matrimonium, sed ex constitutione Ecclesiæ, quæ, nisi hoc instituisset, non impediret, sicut error qualitatis non impedit, aut fortunæ. Sed nũquid posset Ecclesia idem constituere de errore qualitatis, aut fortunæ? ℟. credo ꝙ sic, sicut notauit H. 29. q. 2. in prin. error autem personæ ex sui natura, absque constitutione Ecclesiæ impedit matrimoniũ, adeo quod non posset Ecclesia statuere, quod nõ esset impedimentum matrimonij.

SEquitur videre de impedimento conditionis, scilicet seruitutis, quod impedimentum inductum est ab Ecclesia [a] in fauorem libertatis. de quo breuiter sciendum, quod si libera mulier contrahit cum seruo, vel liber cũ ancilla [b] scienter, tenet matrimoniũ. 29. q. 2. si quis liber. &, si quis ancillam. si vero libera contrahit cum seruo ignorãter, credens scilicet eum liberum, vel liber cum ancilla, quam credit liberam, nullum est matrimonium. 29. q. 2. si quis ingenuus. &, si fœmina ingenua. hoc ita verũ est, quod nullum matrimoniũ est inter eos, nisi postquam cognouit eius conditionem esse talem, consensit in eum verbo, vel facto per carnalẽ copulam. 29. q. 2. si quis ingenuus. &, si fœmina ingenua. ext. de coniug. ser. [c] ꝓposuit. &, [d] ad nr̃am.

[b] *Scienter*] id est, ita qđ sciat conditionem eius.

[c] *Proposuit*] ibi dicit de quodã, qui diutius permansit cũ vxore, quam modo volebat dimittere ꝑtextu seruitutis, quod si constiterit quod eã cognouerit, postquam audiuit eam esse ancillam, compellatur eam habere in vxorem.

[d] *Ad nostram*] ibi dicitur de quodam milite, qui per legatum separatus fuerat ab vxore sua propter errorem conditionis, quod si constiterit, quod ignoranter contra-

contraxerit cum ancilla, nec, postquam intellexit conditionem eius, facto, vel verbo consensit in eam, detur ei licentia contrahendi cum alia.

Item nota, quod error [c] deterioris conditionis, seruilis scilicet, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam cõtractum, vt dictum est, sed non error paris, vel melioris conditionis; vt si seruus ignoranter cõtrahit cum ancilla, quam credit liberam, vel cum libera, quam credit ancillam; quia non decipitur, nec habet quod ei obijciat. arg. 32. q. 6. per totum. ext. de diuort. [f] significasti. Item alia ratione, quia edictum tale est [g] prohibitorium, hoc est, quicũque non prohibetur, admittitur.

§. 2. Quid si dominis contradicentibus, & inuitis inter seruos contracta sunt matrimonia? dic quod non sunt propter hoc dissoluenda; debita tamen, & consueta seruitia non minus debent proprijs dominis exhiberi. ext. de coniug. ser. c. 1. Pone quod domin[9] præcipit seruo coniugato aliquid, eodem tempore petit vxor debitum, vel econuerso. Ad hoc credo, saluo meliori iudicio, esse distinguendum: quoniam aut contraxit, seruus cõsentiente domino, aut eo ignorante, vel contradicente.

pellendus est remanere cum ea. arg. ext. de eo, qui duxit in matrimonium. c. 1. Quid de libero, qui contraxit ignoranter cum ancilla, & postea audiuit eam esse ancillam, & cognoscit eam, debitum exigendo, numquid potest postea separari ab ea? R. si ab his, à quibus audiuit, habet probabilem opinionem de seruitute eius, si exigit ab ea debitum, non potest postea eã relinquere: si autem leuem, aut temerariam, cui credi non debet, nõ præiudicatur ei. arg. ext. de sent. excom. inquisitioni. cum etiam tubans, q̃ ignorante habendus sit. C. de condit. indebi. l. vlt. Quid de illo, qui mouet quæstionem conditionis contra vxorem, & illa, lite pendẽte, petit sibi reddi debitũ, numquid ad hoc cõpellẽdus est per Eccleſiam? R. dicunt quidam, q̃ tenetur reddere debitum exact. ab vxore, & q̃ ad hoc debeat compelli per Eccleſiã, nec tamen fit ei præiudicium; exigere autem non debet. Tancredus vero notauit ext. de coniug. ser. proposuit. quod nec exigere debet, nec reddere, etiam ad mandatum Eccleſiæ, quamuis propter hoc excommunicetur; quia si eam cognoscit matrimoniali affectu, iam esset vxor, & fieret ei præiudicium: si autem fornicario affectu, mortaliter peccaret; & ideo parere non debet. alij dicunt, quod ad mandatum Eccleſiæ potest reddere sine præiudicio suo, quando non est certus de seruili conditione vxoris, licet habeat inde aliquas præsumptiones, & cognoscat eam in hoc casu ex primo consensu, quo consensit in eam ab initio, non ex nouo: secus, si constet ei de seruitute vxoris; quia tunc non debet reddere.

[c] *Deterioris conditionis*] numquid error libertinæ cõditionis, vel ascripticiæ, vel originariæ idem facit? R. nõ, sicut notauit H. 32. q. 2. in prin. quod omnes tales sunt liberi, licet ad quasdam operas plus cæteris teneantur.

[f] *Significasti*] ibi dicitur, q̃d maritus adulter, p̃ adulterio vxoris suæ, non debet eam dimittere; quia paria crimina mutua cõpensatione tolluntur.

[g] *Prohibitorium*] vt supra de matrimonio. §. potest contrahere. Quid de illo, qui contraxit cum ancilla ignoranter, quam dominus manumittit ignorante illo, numquid tenet eo ipso matrimonium, cum iam sint ambo liberi? Respondeo; Tancredus notauit ext. de eo, qui duxit in matrimonium. c. 1. quod non est matrimonium; quia iste adhuc ex primo consensu, qui erroneus fuit, & non fuit effectiuus matrimonij, cohabitat, & commiscetur, & ideo non præiudicat ei, quamdiu veritatem ignorat. Alij dicunt, quod ipsa manumissa statim verum est matrimonium, quia sublatum est impedimentum; quorum sententiã ego credo veriorem. Quid si liber contrahit cum ancilla ignoranter, & illa, durante ignorantia illius, contrahat matrimonium cum alio non ignorante conditionem eius, numquid valet matrimonium secundo contractum? R. credo quod sic, cum nullum fuerit matrimonium primum. Quid de illa libera, quæ contraxit ignoranter cum seruo, & cum postea scit conditionem eius, vult esse cum eo, & ille vult discedere? R. com.

[h] Pro-

Digitized by Google

in primo casu debent reddere debitū, quoniam, cum dominus concessit principale, scilicet matrimoniū, intelligitur accessoria concessisse. arg. de off. deleg. [h] præterea. in fin. in secundo vero casu videtur quod debeat domini mandatum implere, [i] nisi probabiliter timeatur periculum adulterij ex dilatione; alioquin posset dominus seruitio sui serui omnino sine culpa sua priuari, quod esse non debet. Bz. infra §. proximo. facit ad hanc solutionem, quod notaui de monacho, de vxore, & filiofamilias. Bz. in summa de pœnitentia, in titulo de negotijs secularibus. §. sed si quæritur. circa hoc. & quinque §§. sequentibus. item quod notaui de seruo ordinato, ignorante domino, vel sciente, & contradicente, vel cōsentiente. Bz. in summa de pœni. in tit. de seruis non ordinandis.

§. 3. Circa conditiones autem, quæ apponuntur in desponsationibus, est distinguendum; quoniam aut conditio est honesta, aut inhonesta. item si honesta, aut necessaria, aut voluntaria. Si vero est turpis, seu inhonesta, adhuc subdistingue: aut est contra substantiā, siue naturam matrimonij, aut non. Conditio honesta, & necessaria est, quę si non apponatur, [k] nihil agitur: de hac require infra de dispari cultu. in princ. Conditio honesta, & voluntaria est, quæ honeste potest apponi, & non apponi; vt, cōtraham tecum, si pater meus voluerit, vel si dederis mihi centum marchas, hoc si apponatur, suspendit sponsalia vsque in euentum conditionis, etiam si interueniat iuramentum, nisi interim consensus de præsenti, vel carnalis copula fuerit subsecuta; quoniam tunc dicitur verum matrimonium esse inter eos, eo quod videntur à conditione proposita recessisse. arg. de condit. appo. [l] sup eo. &, [m] de illis. & per tuas. Conditio inhonesta, & contra natu-

quis significauit patri absenti, q̄ contraheret matrimonium cum aliqua, si ille voluerit, sed antequam pater consentiat, mutat voluntatem, & dicit quod nullo modo vult illam, etiam si pater consentiat, & pater ignorans hoc cōsentit, numquid est matrimoniū inter eos? arg. q̄d sic. ext. de procurat. mandato. Bz. nō est matrimonium inter illos: vnde, si cōtrahit ille cum alia, tenebit secundum matrimoniū; q̄a nō dr̄ consensus, nisi duret tempore, quo pater cōsentit: antequā tamen transeat ad secūda vota, compelli debet, vt illā recipiat, ex quo semel in eam cōsensit sub cōditione, & cōditio extitit. arg. de despon. impu. de illis.

[h] *Præterea in fi.*] ibi dicitur, quod ex eo, quod causa alicui cōmittitur, recipit potestatem plenariam super omnibus, q̄ ad eandem causam spectant.

[i] *Nisi probabiliter*] vel nisi magnū fiat præiudicium vxori. Quid si dñs velit illū vēdere in remotam regionem? Bz. notauit Alanus ext. de coniug. seru. proposuit. quod hoc potest facere, & vxor tenetur eū sequi, etiam si libera sit. verius videtur, sicut notauit Tancred. quod talis venditio prohibenda est, & cogi debet dominus alij eum vendere bonas afferenti conditiones: interest enim reipublicæ, ne quis re sua male vtatur. instit. de his, qui sui iur. vel alieni iur. §. 1.

[k] *Nihil agitur*] vt cū dicit Christianus Iudææ: cōtraho tecum, si fueris Christiana, videtur, & est præsumptio, contra quam nō admittitur probatio; vnde, si ante coitum protestetur se nolle recedere, propter hoc à conditione facti, non poterit. arg. ext. de cōst. cum M. & de appel. solicitudinē. & despon. is qui fidem. Quid si

[l] *Super eo*] ibi dicitur, q̄d Alexander respondit, quod spōsalia sub conditione contracta, si consensus de p̄senti, vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debent, sed firmiter obseruari.

[m] *De illis*] ibi dicitur, quod ille, qui iurat se accipere aliquam in vxorem, si dederit ei centum, nō est periurus, si non

si non acceperit eam in vxorem conditioni parere nolentem, nisi consensus de præsenti, aut carnalis copula fuerit subsecuta.

n *Si generationem*] hæc conditio est contra bonum matrimonij, quod est proles.

o *Vel donec*] est contra bonum, quod est sacramentum, scilicet inseparabilitas.

p *Aut si pro quæstu*] est cõtra bonum, quod est fides. R. hoc supra de matrimonio. S. bonum matrimonij.

q *Inter cætera*] ibi dr de quodã, qui iurauerat pmetũ necis concubinam suã ducere in vxorem, & quod matrẽ, & fratres de domo expulsos non aleret, quod matrimonium firmum, & stabile; iuramentũ vero de matre, & fratribus non alendis non obseruetur, quia non fuit obligatorium.

r *Aliquando*] ibi dicitur de his coniugibus, qui sterilitatis venena procurant, aut fœtus conceptos intra viscera extinguunt, aut fundunt, aut postquam animati sunt, occidunt, antequam nascantur. quod si ambo tales sunt, coniuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt.

s *Solet quæri*] ibi dicitur ab August. de bono coniugali, quod matrimonium est inter illos, qui propter solam incontinentiam, & libidinem coeundi contrahunt adinuicem, dum tamen prolis generationem non euitent, vel nõ velint filios sibi non nasci, vel non agant aliquo modo opere, ne nascantur, alioquin non est matrimonium. dicitur etiam ibi, quod si quis adhibet sibi aliquam ad tempus, donec aliam inueniat, quam in coniugium ducat, nõ est matrimonium, sed potius concubinatus, vel adulterium.

t *Infringenda est*] Quid de illo, qui contrahit sponsalia cum aliqua sub hac conditione, si permiserit eum rem habere cum ea, numquid, sequente carnali copula, præsumendum est pro matrimonio? Respondeo; Vincentius notauit ext. de condi. appos. per tuas. quod hæc conditio, licet sit inhonesta, non est habenda pro non adiecta, sed suspendit sponsalia, quæ in primo coitu erant pura, & absoluta iam extante conditione: in secundo vero coitu erit matrimonium præsumptum. Ego credo, sine præiudicio, quod ista conditio illa intelligatur de fornicario coitu, pro non adiecta habenda est, cum sit turpis, & in primo coitu erit matrimonium præsumptum; si autem intelligatur de legitimo coitu, multo fortius præsumendum est pro matrimonio ex primo coitu subsequẽte hanc cõditionem: postea em̃ videtur potius hortatio, id est, quod permittat ei rem secum habere, aut modᵒ, aut causa, quam veri nominis cõditio. Quid si dico: accipio, vel accipiam te in vxorem, si inuenero te virginẽ? Respondeo; idẽ credo dicendum esse, quod dictũ est in præcedẽti casu. Quid si dicit: promitto tibi, quod si vnquam contraxero, tecum contraham, si permittas me coire tecum; numquid est pro matrimonio præsumendum, si sequatur coitus? Respondeo; si, quod dicitur, pmittas, &c. sonet in conditione sub hoc sensu, id est, si permittas me coire tecum, contrahã tecũ, si vnquam contraxero, præsumendum est pro matrimonio, vt dictum est in primo casu; quia illa conditio habenda est pro non adiecta. si hæc conditio intelligatur de coitu fornicatorio, perinde est, ac si dicatur cõtraham tecũ, si vnquam contraxero: & ab illa conditione, si vnquam contraxero, receditur per carnalem copulam subsequentem. Si autem quod dicitur: si permittas me tecum coire, non sonet ad conditionem, sed potius sit quædã exhortatio, & prouocatio ad coitum, vel expressio modi, aut causæ, multo fortius præsumendum est pro matrimonio, vt dictum est in primo casu. Numquid id iudicandum est, quando sponsalia, vel matrimonium contrahitur sub conditione, & quando sub modo? Respondeo; non credo quod sit idem iudicium, sicut non est idem iudicium de donatione, aut venditione, quæ fit sub modo: nam donatio, vel venditio, quæ fit sub conditione, non tenet, nisi extante conditione; sed facta sub modo, statim tenet matrimonium: sed non extante modo [illegible] posito, potest reuocari, vt C. de donationibus, quæ sub modo fi. l. 1. & 2. & notari solet. ext. de condi. appo. in c. in eius. Verum donatio, vel emptio, vel matrimonium contrahitur sub conditione, hoc modo: dono, vel, vendo, vel, accipio te in vxorem, vt singulis annis hoc facias, vel illud, vel vt permittas me

ram, siue substantiam matrimonij est, cum dicit: contraho tecum, n si generationẽ prolis euites, o vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus digniorem, p aut, q si pro questu adulterandam te tradas. hoc si apponatur, nihil agitur. 22. q. 4. q inter cætera. 32. q. 2. r aliquando. &, s solet quæri. ext. de condit. appos. c. vlt. In honesta conditio, quæ non est contra naturam matrimonij, est, cum dicit: contraham tecum, si furtum feceris, vel, si hominem interfeceris: hoc si apponatur, t infringenda est.

Digitized by Google

me tecum coire; alioquin reuocetur donatio, vel emptio, vel matrimonium; quia hæc dictio, si, solet notare conditionem, sicut hæc dictio, vt, modum, & hæc dictio, quia, causam, secundum illum versum:

Scito quod, vt, modus est, si, conditio, quia, causa.

da est, vel pro non adiecta habenda; & tenent sponsalia, siue

Credo autem quod licet matrimonium, & sponsalia possint contrahi sub conditione; non tamen contrahuntur sub modo, ita quod illo modo, vel pacto non extante resoluantur, seu reuocentur, sicut fit in donatione, vel venditione facta sub modo: eo quo enim semel contracta sunt matrimonia, vel sponsalia, ita quod teneant ipso iure, resolui, vel reuocari non possunt, propter modum non extantem, siue pactum. Quid si dicat aliquis: accipiam te in vxorem, vel dabo tibi centum, si permittas, vel, si permiseris me tecum coire? Respondeo; non credo quod per carnalem copulam subsecutam præsumendum sit pro matrimonio; quia, cum ille, qui sic dicit: ducam te, vel, dabo tibi centum, habeat optionem, vt liberare se possit vtrumlibet faciendo, non recolo præsumptionem indultam esse à iure, quod intelligatur quis recedere ab optione huiusmodi per carnalem copulam subsecutam. Quid si dicit: promitto tibi, quod non deficiam tibi ad vitam meam, & permittas, vel si permiseris me tecum coire? Respondeo; nisi taliter contrahentes per huiusmodi verba intenderint sponsalia contrahere, & nisi de hoc constet Iudici, non debet præsumere pro matrimonio ex his verbis, propter carnalem copulam subsecutam; cum per huiusmodi verba negatiua, non deficiam tibi, & consimilia non consueuerint contrahi sponsalia, vel matrimonium. Quid si dicat: ducam te anno elapso, & permittas, vel, si permittas me tecum coire? Respondeo; credo, præsumendum esse pro matrimonio, propter carnalem copulam interim subsecutam; quia propter illam videtur renunciasse dilationi temporis. In huiusmodi autem casibus, qui non sunt omnino expressi in iure, non est præcipitanda sententia, nec alterutrum pertinaciter asserendum: & si, post huiusmodi contractus conditionales, transeatur ad alia vota solenniter, tutius forte est dissimulare, aut Papam consulere, quam matrimonium cum secunda solenniter contractum dirimere.

matrimonium. ext. de conditio. apposi. c. 1. & vlt.

Pro non adiecta. Idem intelligas de impossibili conditione, vt si dicatur: contraho tecum, si cælum digito tetigeris; quia impossibilis conditio, sicut turpis, pro non adiecta habenda est, vt ext. de condit. appo. c. vlt. Quid si contrahatur sub conditione, quæ de necessitate eueniet, vt si dicatur: contraho tecum, si sol fuerit in Cancro in æstate instanti, numquid statim est matrimonium? arg. quod sic. ff. de condit. indebi. quod si. Respondeo; credo quod non est matrimonium, antequam extet conditio, & si medio tempore contraheret cum alia, teneret matrimonium, sicut notauit Io. pandect. ext. de frigi. & malef. fraternitatis. Quid si contrahit aliquis cum aliqua sub conditione, deinde cum alia pure? Respondeo, tenet matrimonium secundum, nec extante conditione in primo contractu apposita reuocabitur.

De impe-

De impedimento voti. tit. 5.

CONsequenter agendum est de impedimento voti, sed quoniam circa istum articulum multi multa, atq; diuersa dixerunt, vt plenius intelligatur quid teneri debeat, videndum quid sit votum, quis possit vouere, qua ætate teneat votum, quot species voti, quod votum dirimat matrimonium iam contractum.

§. 1. Votum sic describitur. Votum est alicuius boni cum deliberatione promissio, &c. in summa de pœnit. in eo. tit. §. 1. vel sic: Votum est conceptio boni propositi cũ deliberatione firma, qua quis ad aliquid faciendum, vel non faciendum se Deo obligat. & licet diuersa sint vota, secundum diuersitatem rerum, quæ vouentur, votum tamen continentiæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. §. 2. Quis vouere possit videamus. & est sciendum quod quilibet sanæ mentis, nisi expresse prohibeatur, quoniam votum lege sancti Spiritus inspiratur: prohibentur autem coniuges votum continentiæ emittere, nisi pari consensu, & voluntate; nec ad religionem alter accedere potest sine consensu alterius: & si alter vouerit sine consensu alterius, vel etiam intrat monasterium, reuocari potest ab altero coniuge; quod locum habet post carnalem copulam: nam ante carnalem copulam, licet sit matrimonium per verba de præsenti inter eos contractum, potest alter, altero inuito, & renitente, intrare religionem, & alter remanens in seculo contrahere. Item seruus inuito domino [b] vouere non potest, nec monasticam vitam eligere. Item pueri, siue puellæ, si votum emiserint ante tempus pubertatis (quod est in puero quatuordecim annorum, in puella duodecim) pater, & tutor reuocare possunt absque peccato. Sanæ mentis ideo dixi, quoniam si homo alienatæ mentis voueat, vel monasterium intret, non tenet votum. ext. de regul. & transeunt. ad rel. sicut tenor. omnes alias personas præter istas credo posse solenne votum emittere, &c. in summa de pœni. in eod. tit. §. potest autem votum. ver. potestate vero superioris, vsque ad §. sequitur videre. item in eod. tit. §. item alter coniugum. & quatuor §§. sequentibus.

§. 3. Sequitur videre qua ætate possit solennizari votum: ad quod sciendum, quod ætas duodecim annorum est in muliere legitima, quatuordecim in masculo; ita quod si post illam ætatem solenne votum emittant, vel illud, quod ante in minori ætate emiserunt, non reuocauerint,

[a] votum] solenne supple.

[b] Vouere non potest] tale, quid, per quod præiudicium domino fiat. Sed nũquid tenetur contrahere matrimonium ad præceptum domini, vt vti matrimonio contracto, si noluerit continere? &c. H. notauit 27. q. 2. si qs cõiugatus. quod seruus inuito domino potest vouere cõtinentiã, & renunciare p. prijs, & viuere secundum regulam monachorum, quantumlibet. saluo iure domini, quod habet in corpore serui, qui animã suã inuito domino obligare potest. arg. 29. q. 2. omnibus.

[c] Pre-

Digitized by Google

rint, cũ ad legitimã ætatem venerint, postea votũ, vel monachat⁹, firmũ manebit, & ratũ. 20. q. 1. illud. & q. 2. c. 1. & 2. ext. de regul. & trans. ad rel. ad nr̃am. &, significatum. &, cũ simus. ℞. de hoc in sũma. de pæn. ĩ eod. tit. §. põt autẽ votum. versu. cũ impuberes.

§. 4. Nunc vidẽdũ est quot sint species voti; sunt em̃ duæ: est votũ simplex, & votũ solẽne. Votũ simplex ẽ, ꝙ simpliciter emittit nulla solennitate adhibita; vt cum qs dicit: voueo cõtinentiã, volo esse monachus, & nõ plus ꝓcedit. Votũ solenne est, qñ post votum solennitas sequit. De hac solẽnitate, seu solennizatione nota, ꝙ quidã dicunt tribus modis solennizari votum, per professionẽ, ꝑ sacrum ordinẽ, per habitus susceptionẽ. sed qm̃ quædam capitula expresse dicunt, ꝙ habitus sine professione nõ facit monachũ, & impedit matrimoniũ cõtrahendum, sed nõ dirimit iã cõtractum. ext. de regul. & trans. porrectum. ext. q cler. vel vo. consuluit. ideo ipsi dicunt, quod triplex est habitus, probationis scilicet, q nullum habet votum annexum; in quo casu intelligunt qđ legitur ext. de renunc. ex trãsmissa. Conuersionis, qui habet votum continentię annexum, sed nõ solenne; in quo casu intelligunt illã decre. ext. qui cleri. vel vo. consuluit. Professionis, qui habet votum solẽne annexum. & ita intelligunt illud 27. dist. quod interrogasti. ext. de regul. super eo. &, vidua. hi tales, qui hoc dicunt subtiliter moueri vñr; sed illa diuersitas habituum, quam faciunt, nec per iura [c] probatur, nec per apparentiam diuersorum habituum demonstratur: vnde credo cum alijs, quod solus habitus, nisi aliud sequatur, vel præsumatur, non solennizat votum, sed sola professio vera, vel præsumpta [d] votum monachatus facit solenne. vt in præall. duabus decr. consuluit. &, porrectum. Præsumpta ideo dixi, quia si quis sumat habitum in monasterio, q dari profitentibus consueuit; vel si nõ sit habitus professorum distinctus ab habitu nouitiorum, ipse tamen in choro, capitulo, & mensa facit omnia sicut monachus, præsumitur professionem emisisse. dist. 27. quod interrogasti. ita quod, etiam si vellet iurare, se non accepisse eo tenore, qđ ibi

[c] *Probatur*] reuera bene ꝓbat diuersitas hmõi habituũ, qa de velo conuersionis habetur in ꝑdicto capitulo vidua. de habitu vero nouitiatus, seu ꝓbationis, & de habitu professionis habetur ext. de regul. & trans. statuimus. sed non probatur ꝙ hæc diuersitas hmõi habituum faciat circa votũ hanc differentiam.

[d] *Votum monachatus*] sed numquid votũ continentię põt solennizari absq; religione, vł sacro ordine, ita quod impediat matrimoniũ cõtrahendum, & dirimat iam contractũ? ℞. secundũ Io. & multos alios, dicendum est, qđ non; sed per sacrum ordinẽ solennizatur, & ꝑ susceptionẽ habitus professionis, & cohabitationẽ cum alijs monachis, vel monialibus in ecclesia: & cum aliquis, vel aliqua deuouet se alicui religioni in manu Abbatis, vel Abbatissæ, vel alterius publicæ ꝑsonæ, corã duobus, vł tribus testibus, per quos possit probari hmõdi votũ, si ille, vel illa negauerit: & ne possit negare, fit alicubi publica scriptura de hoc. 27. q. 1. oẽs fœminæ. in qua scriptura profiteatur se velle religiose viuere. 20. q. 1. vidua. de hoc ℞. supra de voto. §. votum aũt voluntatis. vbi de hoc plura notauimus. & nota quod põt fieri professio continentiæ pluribus modis scilicet in manu Epi. 27. q. 1. viduitatis. itẽ in manu Abbatis, vel Abbatissæ, vel super altare, vt ext. qui cleri. vel vo. consuluit. vel ẽt in manu monachi, vel canonici regularis, vt ext. qui cleri. vel vo. insinuante. & etiam coram sa-

sacerdote, per eius benedictionē. 27.q.1. sciendum. 20.q.1. vidua.

c *Non audiretur*] quin teneretur ibi remanere, vel saltem ad mitiorem religionem transire, vt in prædicta decr. notatur. vel hoc intelligas de illo, qui in habitu p̄fessorum stetit cum regularib' vltra tēpus probationis, qui de cætero non potest inde recedere, nisi transeat ad arctiorem religionē.

f *Habitum*] scilicet professorū.

g *Emittatur*] subijciendo se, vel deuouendo alicui religioni secundum quosdam, aliter non esset votum solenne secundum eos. Alij dicunt q̄ sine hmōi subiectione p̄t votum continētiæ solennizari, ex quo fit in manu publicæ p̄sonæ.

h *Publicæ personæ*] quę dicenda sit publica persona, quoad hoc notauit H. 27. q.1. in prin. scilicet, Eps, Abbas, & quilibet sacerdos. vī etiā quod monach', vel canonic' regularis. de hoc R.ī tit. de voto. §. votum autem voluntatis.

i *Votum suum*] & quantum ad continentiā, & esset perpetuo, c non audiretur. ext. de regul. vidua. R. de hoc in summa de pæn. eo. tit. §. quæritur circa votum. & duobus §§. sequentibus: si vero suscipiat f habitum extra monasterium, non præsumitur professionem fecisse, nec votū solennizasse, sed tantū simplex votum. ext. q̄ cleri. vel vo. consuluit. ext. de reg. porrectum. si vero habitum suscipiat in domo propria, & votum g emittat in manu h publicæ personæ, iudicatur i votū suum solennizasse, ita quod si contrahat, matrimonium separatur. ext. qui cleri. vel vo. k insinuante. & hoc l propter professionē, quam fecit, non propter habitum; aliter esset contraria illa, cōsuluit. & sic credo sine aliqua dubitatione dicendum, quod sola p̄fessio vera, vel præsumpta, votum monachatus reddit solenne.

§. 5. Quid de quibusdā, qui longo tempore portauerunt habitum monasticū, vel regularem, habent tñ proprium, & alias regulariter viuunt, dicētes se non teneri ad carentiā proprij, vel continentiā, & alias obseruantias regulares; q̄a non habitus facit monachum, sed professio regularis. dic q̄ tales, qui p̄dicto modo terrā m duabus vijs ingredi non verentur, postquam per annum gestauerint habitum regularē secundum formam ordinis, vt profiteātur, & seruent, per suos Eōs sunt ecclesiastica censura cogēdi. ext. de regul. ex parte. Item solennizatur votum per sacri ordinis susceptionem. R. in summa de pœnitentia. in eod. tit. §. item quid si maritus. §. 6. Sequitur, qd votum impedit matrimonium? & est dicēdum, quod simplex votum impedit matrimonium cōtrahendum, in tantum quod si ille, qui simpliciter vouit, præstitit postea iuramentum alicui, quod etiam duceret eam in vxorem, debet votum adimplere, & agere pœnitentiam de iuramento illicite p̄stito. ext. qui cleri. vel vo. rursus. Si vero simpliciter vouens cōtrahat postea per verba de præsenti, tenet matrimo-

quantū ad religionē; si tñ se alicui subiecit religioni.

k *Insinuante*] ibi agitur de quadā, quæ, timens ne cōpelleretur nubere cuidam, vouit continentiā in manu cuiusdā canonici regularis, & habitū illius religionis suscepit, eo tenore adiecto, q̄ in p̄pria domo cum sua substātia remaneret; & postquā sic stetit p̄ biennū, nupsit cuidā viro, de quo postea quatuor filios suscepit: & dī ibi, q̄ cōpellēda est ad male dimissū habitū resumendū; q̄a coactio, quā allegabat, nulla fuit, vel modica in emissione voti, quā patiētia, & p̄seuerantia sequentis temporis effugabit.

l *Propter professionem*] regularē scilicet, quā cōsueuerūt facere regulares, & hāc fecit illa mulier scd̄m quosdam, de qua loquitur illud cap̄m, insinuante. aliter dicēdū est scd̄m eos nō fuisse votum solenne.

m *Duabus vijs*] Eccl. 2. Ve duplici corde, & labijs sceleratis, &c.

n *So-*

trimo-

trimonium.dist.27. si vir. & in præall. decr. rursus. Votum vero [a] solenne impedit cõtrahendum,& dirimit iam contractum. dist. 27. vouentibus. 27.q. 1. fere per totum. ext. qui cleri. vel vo. meminimus. & hæc breuitatis causa de voto dicta sufficiant. sed tñ probat illud: votum autẽ de futuro est, cũ qs ita dicit: voueo continentiã post mortẽ vxoris meæ; vel,voueo qđ intrabo religionem: vel, voueo q̃ tenebo cõtinentiã.& hmõi votũ scđm ipsum impedit mr̃imoniũ cõtrahẽdũ,sed nõ dirimit iã cõtractũ. sed opinio H.in hac parte tenẽda non est.

[a] *Solenne*] H.tamen notauit 27. q.1.in princ. qđ tam simplex votum continẽtiæ perpetuæ,quam solẽne impedit, & dirimit matrimoniũ, dũ tñ sit votũ illud de præsenti;vt cum dr̃: voueo perpetuã cõtinentiã. dicit ẽt q̃ solennitas,q̃ adhibetur aliquãdo, in voto nõ facit votum maioris efficaciæ,

De *cognatione carnali*.

[a] *Ab eodem stipite*] idẽ est in hac materia stipes,& trũcus.& in arbore consanguitatis vocat Ioachim; vocatur ẽt Proteus.Ioachim vocatur ꝓpter Ieconiã, qui dic[b] est Ioachim, qui est finis secundę tesserecadis,& est principiũ tertiæ. Prote[b] vocatur, qa circa ipsum fit quædam mutatio, cum respectu quorundam est pater, respectu quorundam est filius. vnde versus.

Quo teneam nodo mutantem Protheа vultum.

[b] *Ab*

Entractato de impedimento voti, subsequenter dicendum est de impedimento cognationis. Ad qđ sciẽdum est, quod cognatio triplex est,scilicet carnalis,spiritualis, & legalis. & quia carnalis cognatio,quæ consanguinitas appellat, alias duas species. cognationis præcedit naturaliter,ideo prius de ea videamus. & quãuis scripta sint multa, & varia de consanguinitate à doctoribus,& maioribus nostris super expositione, tam arboris,quam diuersorum canonum, qui superficialiter videntur esse contrarij, tamen de multis pauca vtilia, quæ ad præsentem doctrinã faciunt, hic sunt compilata. videndum ergo quid sit cõsanguinitas; vnde dicatur; q̃d sit linea consanguinitatis, & quot sint lineæ; q̃d sit gradus; qualiter gradus computetur; & vsque ad quotũ gradum prohibeatur matrimonium.

§. 1. Cõsanguinitas est vinculum personarũ ab eodẽ stipite descẽdẽtiũ, carnali ꝓpagatione cõtractũ. Stipitẽ dico illã pſonã, à qua aliqui duxerũt originẽ: sicut Adam fuit stipes Cain, & Abel,& filiorũ, q̃ ab eis ꝓcesserũt.

§.2. Dr̃ consanguinitas a sanguine,quasi cõem sanguinẽ habẽtes,vel de vno sanguine ꝓcedẽtes. Linea est ordinata collectio pſonarum cõsanguinitate coniunctarũ, [a] ab eodẽ stipite descendentiũ, diuersos gradus cõtinẽs. lineæ sunt tres,ascendentiũ,descendentiũ,& transuersaliũ, seu collateraliũ; sicut triplex ẽ diuersitas ꝓpinquorũ,seu cõsanguineorum:prima est ascendentiũ, a q̃bus originem traxim[a],sicuti pater,mater,auus,auia, proauus,proauia,abauus,abauia.Scđa descendentium,q̃ duxerunt originẽ a nobis,sicut filius,filia,nepos,neptis,ꝓ. nepos,proneptis,abnepos abneptis:alia est trãsuersaliũ,seu a latere venientiũ,a quibus nõ duximus originẽ, nec ipsi a nobis,vt frater-soror, filij duorũ fratrũ,qui dr̃ patrueles;vel filij duarũ sororũ, qui dr̃ cõsobrini, & eorũ filij,& nepotes,sicut expresse notatur. 35.q.5.primo gradu.& nota q̃ duę lineæ descendẽtes vnã faciunt trãsuersalẽ,vt apparet ĩ hoc exẽplo:filij duo-

rũ fratrũ. attinent ſibi linea trãſuerſali, & q-libet eorũ recta linea deſcendit [b] ab auo eorum communi, qui fuit communis ſtipes, a quo traxerunt originem: & ſic de omnibus alijs intelligendum eſt, tam remotioribus, quam propinquioribus.

§. 3. Sequitur videre quid ſit gradus: ad quod nota, quod ſecundum diuerſas computationes, legalem ſcilicet, & canonicam, diuerſo modo deſcribitur: nam ſecundum leges quælibet perſona facit gradum; ſecundum canones in tranſuerſali linea duæ perſonæ faciunt gradum, vt puta duo fratres ſunt in primo gradu ſecundum canones, qui ſunt in ſecundo ſecundum leges: filij duorum fratrum ſecundum canones ſunt in ſecundo, qui ſecundum leges ſunt in quarto. & ſic de ſingulis, quæ diuerſitas computationum, & diffinitionum inuenta eſt ad expoſitionem quorumdam decretorum, & arboris doctrinam, ſed quantum ad præſentẽ materiam, ſcilicet quando conſanguinitas cõputari debet pro matrimonio contrahendo, iungendo, vel diſiungendo, quia ex vtraque parte perſonæ ſunt numerandæ, ſicut vna proceſſit ex altera; & gradus diſtinguendi, & computandi ſunt ex vtroque latere. ext. de conſanguin. & affinit. [c] ex litteris in fin. & [d] quod dilectio. ideo ſufficiat ad præſens hæc definitio.

§. 4. Gradus eſt habitudo diſtãtium perſonarũ, qua cognoſcitur quota generationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Gradus ita computantur in linea aſcendenti, pater mater ſunt in primo gradu; auus auia in ſecundo; proauus proauia in tertio; [e] abauus abauia in quarto. in deſcendenti vero hoc modo computantur, filius filia ſunt in primo gradu; nepos neptis in ſecundo; pronepos proneptis in tertio; [f] abnepos abneptis in quarto. in tranſuerſali linea ita computãtur ſecundũ canones, duo fratres ſunt in primo gradu; filij duorũ fratrũ in ſecũdo; nepotes eorum in tertio, pronepotes eorũ in quarto: vltra quẽ gradum nulla eſt hodie conſanguinitas, ſicut nec olim vltra ſeptimũ gradum progrediebatur. 35.q.5.ad ſedẽ. ſed ſecundũ leges dicunt, quod nec in linea aſcendenti, nec in deſcendenti durat phibitio matrimonij hodie, niſi vſque in quartum gradum; ſicut nec in linea tranſuerſali.

[g] *Secundum leges*] quæ conſiderant gradus conſanguinitatis, quantum ad ſucceſsionem hereditatis potius quam ad matrimonium coniungendum, vel diſiungendum. vnde quia frater fratri filios non habẽti debet ſuccedere ab inteſtato in bonis eius, fratres faciunt duos gradus; quot enim ſũt ſucceſsiones, tot ſunt gradus.

[h] *Sed*

[b] *Ab auo eorũ*] ſcilicet filiorum duorum fratrũ.

[c] *Ex litteris*] in integra dicitur, quod perſonæ idoneæ nominandæ ſunt, & gradus diſtinguendi ab vtroque latere computandi.

[d] *Quod dilectio*] ibi dicitur, quod indulgentia, quã homines cuiuſdã terræ habẽt, quod poſsint in ſexto gradu cõtrahere, intelligenda eſt, qñ ex vtraq; parte eſſent in ſexto gradu, vel ſeptimo. alias in ſecũdo, & certiõ coniungi nõ debent, cũ conſuetudo terræ ita interpretata fuerit illam indulgentiam.

[e] *Abauus, abauia*] in quinto gradu ſunt atauus atauia; in ſexto tritau' tritauia; in ſeptimo tritaui pater, tritauiæ mater.

[f] *Abnepos, abneptis*] in quinto gradu ſunt adnepos, adneptis; in ſexto trinepos trineptis; in ſeptimo trinepotis filius, trineptis filia. & nota quod ſecundum quoſdam in linea aſcendenti, & deſcendenti durat conſanguinitas vſq; in infinitum: vnde Adam primꝰ homo, ſi hodie viueret, cũ nulla ſuæ ſucceſsionis fœmina contrahere poſſet. Alij

Digitized by Google

duo fratres sunt in secundo gradu, filij eorum in quarto: & sic duplicatur in quolibet gradu. Prætermissis computationibus istis, tam secundum leges, quam secũdum canones, videndum qualiter consanguinitas est adinuenienda, & computanda inter aliquos. Cum vis scire de consanguinitate aliquorum, quantum inter se differant, recurre ad communem personam, a qua traxerunt originem: vt Petrus genauit Seium, & Titium, qui fuerunt fratres, ecce primus gradus. si vero non potest sciri quis fuerit pater eorum, dicas; Seius, & Titius fuerũt fratres. hoc idem dico, quoniam fratres ponendi sunt in primo gradu, vt frater, & soror, vel duæ sorores; deinde procede in cõputatione. Seius, & Titius fuerunt fratres, qui vt dictũ est, faciũt primum gradum. Idẽ Seius genauit A. ecce secundus gradus. A. genuit B. ecce tertius. B. genuit C. ecce quartus, de quo nunc agitur. modo reuertaris ad aliũ fratrem, & procede sic: Titius, & Seius fuerunt fratres, & in primo gradu, vt dictum est. Titius genuit G. ecce secundus gradus. G. genuit H. ecce tertius gradus, de quo agitur, & ita habes tertium gradum: & sic isti duo, vir, & vxor dicuntur vsualiter attinere sibi, in vna parte in tertio gradu; in alia vero in quarto. vsualiter dico, quia non attinent sibi reuera in tertio gradu, [h] sed in quarto tantum, vt infra eod. §. proximo, & patet in doctrina arboris. illud idem faciendum est de his, qui [i] magis vicini sunt in consanguinitate, & dicendum est: in [k] tali gradu, & tali attinent sibi. Quod ita sint distinguendi gradus, & computandi in proprijs nominibus, vel æquipollentibus indicijs nominãdę psonę, incœpta computatione à stipite, id est, à [l] parentibus, vel [m] germanis, expresse colligitur ex duobus decretalibus ext. de consan. & affi. [n] tua nos. ext. de testibus. licet ex quadam. Sed pone quod aliquæ personæ attinent sibi ex vna parte in secundo, vel tertio gradu; ex alia vero in quinto, secundum computationem, quam supra monstraui, numquid poterunt contrahere? dicendum est quod sic; quia semper standum est remotiori personæ in consanguinitate. ext. de consanguin. & affinit. c. vlt. in hoc enim casu remotior persona extra metam consanguinitatis existit, vnde non attinet illi, ex quo de eius consanguinitate non est: quoniam sicut olim omnis consanguinitas in septimo gradu

culo, & nepote incipere, qui sũt in secundo gradu; quia eadem ratione sufficeret ab vlterioribus gradibus inchoare.

[o] *Sal-*

[h] *Sed in quarto*] iuxta illam regulã: quoto gradu quis distat à stipite, toto gradu distat à quolibet descendentium in linea transuersali. vsque ad lineam æqualitatis dico, quia post illã quælibet descendẽtium personarum gradũ adijcit.

[i] *Magis vicini*] quam in quarto, & tertio, vt dictum est.

[k] *Tali gradu*] id est toto; quia totus tota totũ adiectiuum est materiale, talis vero adiectiuum est significans qualitatẽ.

[l] *Parentibus*] id est patre, & matre communi, q̃ sunt truncus, & stipes, nec faciũt aliquem gradũ; immo potius filij eorum.

[m] *Germanis*] id est fratribus, vel sororib', vel fratre, vel sorore, qui faciunt primum gradum.

[n] *Tua nos*] ibi dicitur, quod, vbi agitur ad matrimonium dissoluendum prætextu consanguinitatis, testes debent computare à stipite, id est à parẽtibus, & germanis: & gradus descendentium personarum nominibus, proprijs, vel æquipollentib' indicijs designare. & non sufficit ab anun-

Digitized by Google

terminabatur. 35.q.3. ad sedem, ita hodie omnis consanguinitas terminatur in quarto gradu, [o] saltem quo ad prohibitionem copulæ coniugalis. nec te moueat, quod dicit Isidorus 35.q. 4. consanguinitas. & q. 5. c. 1. quod omnis consanguinitas terminatur in sexto gradu, quoniam ipse ponit gradum primum in filijs duorum fratrum, vbi nos ponimus secundum; & ita ille, qui secundum iura illa, & computationem erat ei sextus, esset nobis septimus; & qui hodie secundum eandem computationem esset tertius ei, nobis esset quartus.

§. 5. Vltimo videndum est, vsque ad quem gradum aliquis prohibeatur ducere vxorem de consanguinitate sua, & est dicendum, quod vsq; ad quartum gradum inclusiue; ita vt, si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, longa lon-

ginquitate non defendatur annorum; cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, sed augeat; tantoque sint grauiora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. ext. de consan. & affin. [p] non debet. Quid si aliqui olim contraxerũt de facto in sexto, & vlteriori gradu prohibito, postea Ecclesia tollit impedimentum, statuendo quod in tali gradu licite possit contrahi matrimonium, exinde cohabitant aliquo tempore, qui sic prius fuerant copulati, numquid ratificatur matrimonium? Videtur quod non, quia in matrimonio spirituali electio, quæ ab initio est irrita, ipso iure per subsequentem consensum non poterit esse rata. ext. de elec. auditis. Credo tamen, quod [q] si scientes sublatum esse impedimentum matrimoniali affectu morantur, & carnaliter coniunguntur, pro matrimonio sit iudicandum; quia regulariter semper debet iudicari pro matrimonio, nisi contra matrimonium ius inueniatur expressum. require supra de matrimonio. §. potest contrahere. & de spon. §. pone. & pueri. & de impedimento conditionis. vers. si vero libera contrahit cum seruo ignoranter.

[o] *saltem*] hoc dicit, quia forte, quo ad successionem hæreditariam, vltra quartum gradũ etiam hodie durat consanguinitas, cum quantũ ad hoc septenarius numerus gradum non sit restrictus.

[p] *Non debet*] in quo restringitur consanguinitas vsq; ad quartum gradum, & reuocantur constitutiones quæcunque contrariæ his, quæ dicta sunt hic à Magistro de hoc articulo.

[q] *Si scientes*] quid si hoc ignorant? R. credo quod nihilominus tenet matrimonium, & hoc propter fauorẽ matrimonij.

De cognatione spirituali, lib. 4.

Postquam sufficienter tractatum est de cognatione carnali, consequenter videndum est de spirituali, quoniam ipsa est dignior legali. vnde videndū est quid sit cognatio spiritualis; quæ eius species; quid iuris sit de matrimonio talium; deinde quędam vtilia superaddenda sunt.

§. 1. Cognatio spiritualis est propinquitas, quæ prouenit ex sacramēti donatione, vel ad id detentione: vt, ecce baptizat sacerdos puerum, tu eum suscipis, vterque vestrum est eius pater spiritualis. 30. q. 1. omnes. ext. de consang. spi. c. vlt. Species cognationis spiritualis sunt tres, vna dicitur compaternitas, quæ attenditur inter spiritualem patrem pueri, & carnalem: nā vnus compater semper est pater spiritualis pueri, & alter carnalis, vnde versus.

Vnus erit semper compater spiritualis;
Alter carnalis, nec fallit regula talis.

alia dicitur paternitas, & hæc attenditur inter illum, qui eum suscipit, siue masculus, siue fœmina. tertia fraternitas, quæ attenditur inter filium tuū spiritualē, & filios tuos carnales.

§. 2. Restat vt videamus quid iuris sit de matrimonio: & primo de compaternitate agamus; ad quod notandum, quod duæ sunt species compaternitatis, vna directa, scilicet cum ego suscipio de sacro fonte filiū Bertæ mulieris, vel ipsa meum; & istam numquam potero in vxorem habere; & si accepero, est separandum cōnubium. 30. q. 1, c. 1. in fi. ext. de cogna. spi. veniēs. alia dicitur indirecta, quando vnus coniugum, postquam sunt vna caro effecti, filium aliorum suscipit; in hoc casu ambo carnales parentes infantis compatres efficiuntur, etiam alteri coniugum, qui non suscipit, quoniam communicant sibi coniuges actiones. 30. q. 4. sciscitatur. &, si quis ex vno. & vt euidentius appareat, ponamus exemplum: Martinus duxit Bertam in vxorem, & Lotharius Tebergam; postmodum vero Lotharius leuauit de sacro fonte filium Martini, & Bertæ; deinde mortuus est Lotharius, & Berta, & remansit Martinus, & Teberga, cū qua maritus suus acquisierat compaternitatem per factum suum, quæritur vtrū Martinus possit contrahere cum Teberga. R. quod nullo modo. ext. de cō sangui. spi. [b] Martinus Bertam. & sic, tam directa compaternitas, quam indirecta impedit contrahendum, & dirimit

[a] *Detentione]* id est, cū aliquis tenet aliquem in baptismate, vel in confirmatione.

[b] *Martinus Bertam.]* Numquid Iudæus pōt contrahere cum cō matre sua, vel filia spirituali? Respondeo. H. notauit 30. q. 2. p. nemit. quod Iudæus cum Iudea commatre sua licite cōtrahit, & cum filia spirituali, quam suscepit in catechismo, sed nondum est baptizata: nec peccant sic contrahēdo; quia non astringuntur constitutionibus Ecclesiæ, quæ statuit quod nullus ducat commatrem suam. dicit etiā quod huiusmodi cognatio spiritualis contrahit inter Iudęos, qñ vnus tenet, vel suscipit filium alterius in baptismate, vel in confirmatione. Quid si Iudæus, qui contrahit cū commatre sua Iudæa, vel filia sua spirituali, vt dictum est, conuertatur cū vxore sua ad fidem, numquid separabit matrimonium? Respondeo, non, quia compaternitas dissoluitur in baptismo

ptiſmo. Quid ſi ante conuerſionem non cõtraxiſſent, nunquid poſt conuerſionẽ liceret eis cõtrahere inter ſe? Reſpondeo; non liceret; quia iam ſubiacerent conſtitutioni Eccleſiæ. Numquid Iudæus poteſt contrahere cum illa, quam baptizauit, vel de ſacro fonte ſuſcepit? Reſpondeo non poteſt; quia eſt ibi diſpar cultus; & forte ſpiritualis filiatio impedit quoad mulierem. Numquid, cũ Iudæus baptizat filiam Chriſtianæ, contrahitur ibi cõpaternitas inter Iudæum, & matrẽ? Reſpondeo; contrahitur; vnde ſi poſtea baptizetur Iudęus, non poteſt eam habere vxorem.

[c] *Dum tamen nõ ante*] Qđ ſi ante, numquid, ſi Martinus fornicarie cognoſcit Bertã, ſi Berta poſt leuet filiũ Tebergæ de ſacro fonte, poterit Martinus contrahere cũ Teberga? Reſpondeo; credo quod ſic: qđ ergo hic dicitur, dum tamen non ante, intelligo de coitu coniugali, non fornicario, qui non eſt cauſa acquirẽdæ cõpaternitatis fornicatori, p hoc, quod fornicaria leuat aliquem puerũ de ſacro fonte: ſicut coniugalis concubitus cauſa eſt acquirendæ compaternitatis viro, cum vxor eius poſt carnalẽ copulã leuat aliquem de ſacro fonte.

[d] *Poſt vxoris obitum*] ex illo capitulo habetur, quodquis poteſt habere duas cõmatres in vxores ſucceſsiue; vt ſi Titius, & Titia ſunt vir, & vxor, & Berta leuet de ſacro fonte filium, quẽ habuit Titia de alio viro, quam de Titio, in quo caſu Titius, mortua Titia, poteſt contrahere cum Berta, & ponuntur ibi illa verba: neq; p vnionem carnis ad vnionem ſpiritus tranſitur.

[e] *Et non tua*] Ratio eſt, quia coniugati; ſicut ſolet dici, communicãt ſibi actiones, & non paſſiones. præterea, ſicut notauit H. 30. q. 4. qui ſpiritualem. cum leuatur de ſacro fonte filius vxoris, quem habet de alio viro, cũ ego non ſim pater illius filij, vel carnalis, vel ſpiritualis, vel adoptiuus, non poſſum eſſe pater ſpiritualis alicuius reſpectu illius: qui enim nullo modo eſt pater, nõ eſt cõpater;

dirimit iam contractum. quod etiam colligit ex capitulis pallegatis. 30. q. 4. ſciſcitatur &, ſi qs ex vno.

§. 3. Solet quęri an aliquis duas commatres poſſit habere in vxores, vnã poſt aliã ſup iſta quęſtione. ita tenendũ eſt, quod refert vtrum cõmaternitas præcedat matrimoniũ, vel ſequatur: ſi pcedit matrimoniũ, vel ſaltem carnalem copulam, licite poteſt habere quis duas cõmatres in vxores, videlicet Maria, & Berta factæ ſunt cõmatres, poſtea Martinus contraxit cum Berta, ea mortua poterit contrahere cum Maria, etſi primam cognouerat poſt compaternitatem contractam; [c] dum tamen non ante: & hæc eſt cauſa; qa per vnionẽ carnis ſequentem non tranſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem. 30. q. 4. [d] poſt vxoris obitum. ſi vero commaternitas ſequitur matrimonium, diſtinguitur, ſi vxor tua, poſtquam fuit à te cognita carnaliter, ſuſcepit filium alterius, illa, cuius filius ſuſcipitur, efficitur tibi commater per factũ vxoris tuæ; & mortua vxore tua non poteris illam habere in vxorem: & eãdem compaternitatẽ intelligas acquiri vxori per maritum. 30. q. 4. ſciſcitatur. &, ſi quis ex vno. ext. de cognaſpi. Martinus Bertam. ſi veto filium vxoris tuæ, quem de alio viro genauit, aliqua mulier de ſacro fonte leuauit, vel ad confirmationem coram Epiſcopo tenuerit, illa mulier eſt commater tuę vxoris, [e] & non tua, nõ diſtincto vtrum fuerit ſecuta carnalis copula inter te, & vxorẽ tuam, vel non; quia non fuit tibi commaternitas acquiſita: & ideo mortua vxore poteris talem commatrem eius habere vxorem. idem eſt, ſi filius tuus ab aliquo ſuſcipiatur, quem genuiſti ex alia muliere; quia non eſt acquiſita compaternitas vxori tuæ: & ita in hoc caſu ſicut in primo aliquis poterit duas commatres, & aliqua duos compatres maritos habere,

Digitized by Google

pater; quia ego, & ille, qui suscipit filium vxoris meæ, efficimur propter hoc cõpatres; cum ille sit pater spiritualis pueri, ego debeo esse carnalis pater illius: ad hoc enim quod aliqui sint compatres, exigitur qd alter sit carnalis pater, alter spiritualis.

t *Qui spiritualem*] scilicet habet cõpatrẽ, cuius filiũ de sacro fonte suscepit, si eius vxor commater nõ est, liceat ei, cõpatre suo defuncto, viduam eius ducere in vxorem.

g *Quæ mihi*] i. illa, quæ meũ ex propria vxore leuauit de sacro fonte.

h *Cuius mea*] i. illa, cuius filium mea vxor leuauit.

i *Hæc*] tam prima, quam secunda.

k *Mea*] vxoris.

l *Non ex me*] genitum, vel susceptũ, sed post ab alio viro.

m *Post fata meæ*] ideſt post mortẽ vxoris meæ.

n *Non inde*] i. nõ propter hoc.

o *Habere*] vxorem. Nota alios versus.

Respuo quæ nostrum, cuiusue leuat mea natum;
Sed mea dicatur, quæ carne mi bi sociatur. vel sic
Sed mea dicatur, postquam ca-
ro iuncta notatur.

p *Si quis cum matre*] sit consimilis prohibitio, & illo, qui ducit illam, quã tenuit ante Episcopũ, cum chrismaretur: videtur tñ illud capitulũ. Io qui de fornicante cum huiusmodi personis, scilicet cum commatre, vel filiola leuatæ de sacro fonte, vel quam tenuit cum chrismaretur.

q *Consulendus*] non Videtur necesse consuli Papam super hoc, cum expressum sit hodie, quod ille, quem baptizauit

30.q.4. f qui spiritualem. & post vxoris. & hanc distinctionem de duabus commatribus in vxores habẽdis quatuor versiculis cõprehendere potes.

g *Quæ mihi uel* h *cuius*
mea natũ fonte leuauit,
Hæc mea cõmater fie
ri mea non ualet uxor.
Si qua k *mea natum,*
non ex me fonte leuauit.
Hanc m *post fata mea*
non inde n *uetabor* o *ha*
bere.

§. 4. Tractauimus de cõpaternitate, nũc videndum est de paternitate; quæ attenditur inter suscipientem, & susceptum, & inter patrem spiritualem, & filium spiritualem, vel inter matrem spiritualem, & filium spiritualem: & est dicendum, q̃ nunquam potest esse matrimonium inter tales; & si coniungantur, sunt separãdi. 30. q. 1. de eo, quod interrogasti. 33.q.2. p si qs cum matre. Quid si aliquis, non cum illa filia compatris, qua compatres sunt effecti, sed cum alia contrahat matrimoniũ? dic honestum esse a tali coniugio abstinere; si tamen contraxerit, tenet matrimonium. 30. q. 3. illud etiam. Item quæritur an aliquis laicus, vel clericus in minoribus ordinibus cõstitutus possit matrimoniũ contrahere cum illa, quã suis manibus baptizauit: & est dicendum quod non, quoniã filia sua spiritualis est, sicut illa, quam suscipit. 30.q.1. omnes. sed si contractum fuerit matrimonium inter eos, numquid sunt separandi? quidam dicunt quod sic. 30. q. 1. omnes. & c. de eo, quod interrogasti. mihi uidetur quod super hoc esset summus Põtifex q consulendus; quoniam nouus articulus est. ext. de transl. prælat. inter corporalia.

§. 5. Vltimo uidendum est de fraternitate spirituali, quæ attenditur inter illum, qui suscipitur, & filios, & filias carnales patris sui spiritualis. & est sciendum, quod super isto articulo uariẽ fuerunt quondam opiniones, & diuersa iura emanarunt. Quidam dixerunt, quod filij duorum cõpatrum numquam poterunt insimul copulari, siue ante compaternitatem essent geniti, siue postea. alia iura dicebant, quod geniti post compaternitatem tantum, non poterant copulari. His omnibus prætermissis, est sine aliqua dubitatione tenendum, quod omnes filij duorum compatrũ, siue

zauit presbyter, non posit ducere in vxorem filiam carnalem ipsius presbyteri: vt ext. eod. c. vlt. Quid de illo, qui inundat paruulum in necessitate, numquid efficitur compater parentum carnalium paruuli? Respondeo; si per illam inundationem vere baptizatus est paruulus, idē dicendum est, quod dicit hic Magister de illo, qui baptizat aliquē suis manibus; & qđ spiritualis compaternitas, & filiatio ex hoc cōtrahitur: & bonum est, & honestum, ne taliter inundans ducat in vxorem illā, quam inundauit sic, & ne filius carnalis inūdantis contrahat cū taliter inūdata; si tñ cōtractum fuerit huiusmodi, consulat Papa, vt dicit hic Magister, presertim cum forte aliud sit de inundante paruulum ad succursum, aliud de solēniter baptizante, maxime cum illa decr. ext. eod. c. vlt. loquatur expresse de sacerdote baptizāte. H. tñ notauit. 30 q. 1. omnes. quod si quis baptizauit aliquam, vel leuauit de sacro fonte, non potest ipse, nec filius eius carnalis eam habere vxorem. Quid de filio Episcopi carnali, nūquid potest ducere illam, quam confirmauit Episcopus? Respondeo; licet possit dici idem in hoc casu, quod dictum est de filia carnali sacerdotis, & de illo quem baptizauit sacerdos ipse. ext. eod. c. vlt. & infra eod. §. item quæritur; tamen quia edictum de matrimonio est prohibitorium, & nouus est articulus, si matrimonium est contractum, in hoc casu consulēdus est Papa. Quid de filio sacerdotis carnali, numquid potest ducere vxorem illam, siue ante compaternitatem geniti sint, siue postea, possunt legitime matrimonialiter copulari, excepta illa persona, qua mediante compaternitas est contracta: nā illa persona nuinquam potest copulari alicui filiorum patris sui spiritualis. 30. q. 3. super quibus & pyctacium. & non oportet. ext. de cog. spi. c. 1. & c. tua nos. Item quæritur, si filius sacerdotis, vel alterius viri, qui baptizauit puellam, possit contrahere cum illa, quam pater eius baptizauit. dixerūt quidam quod sic, sed cōtrariū teneas iure nouo; immo etiam si cōtractum fuerit, matrimonium separādum. est ext. d cog. spi. c. vlt.

§. 6. Vltimo videndum est, ad notitiam omnium prædictorum, per quæ sacramenta spiritualis cognatio contrahatur: Quidam dicunt quod sicut septem sunt dona Spiritus sancti, ita septem sunt dona baptismi scilicet à primo pabulo sacrati salis, vsque ad confirmationem, quæ fit per Episcopum; & in quolibet eorum contrahitur compaternitas, ita quod non potest esse matrimoniū inter tales cognatos spirituales. 30. q. 1. peruenit. in fi. Alij dicunt, quod per tria sacramenta tantum contrahitur spiritualis cognatio; scilicet, quam pater eius ad sacramentum pœnitentiæ recipit, cum per huiusmodi receptionem ad hmdi sacramentū videatur surgere spūalis cognatio. 30. q. 1. omnes. secundum illos versus:

Quem de fonte leuas tingendo, siue tenendo,
Vel confirmando, sua vel peccata fatendo,
Filius ille tibi spiritualis erit.

Respondeo; H. notauit 30. q. 1. omnes. quod multa attenduntur in baptismo, quæ non attenduntur in pœnitentia. vnde, per receptionē ad pœnitentiam non cōtrahitur paternitas spiritualis, qua impeditur matrimonium contrahendum, & sic filius sacerdotis carnalis, secundum ipsum, potest cō trahere cum illa, quam pater suus recepit ad pœnitētiam. sed & ille, qui aliquā recepit ad pœnitentiam, si non obstaret ordo sacerdotalis, posset tamen cū illa contrahere, cum hoc nusquā sit prohibitum.

r *Septem sunt dona baptismi*] primū est collatio salis. secundum est aurium, & narium linitio cū sputo. tertium est in fronte, & pectore crucis signatio. quartum olei sacri vnctio. quintum baptismi ablutio. sextum verticis inunctio cum chrismate, à sacerdote facienda. septimum est chrismatio in fronte per Episcopum.

s *Peruenit*] ibi dicitur, quod à primo pabulo sacramenti salis, & ingressu ecclesiæ vsque ad confirmationē per chrisma, ideſt à primo vsque ad septimum, nullus suam commatrem accipiat in vxorem. In hac opinione prima fuit. H. sicut notauit 30. quæst. 1. peruenit.

t *Cate-*

per [x] catechismũ, [u] baptismum, & confirmationem Episcopi. de con. dist. 4. [x] in catechismo. Tertij, cum quibus sentio, dicunt idem quod secundi; scilicet, quod per illa tria dumtaxat cõtrahitur compaternitas: differũt tamẽ in hoc, quod licet per baptismum, & confirmationem contracta cõpaternitas impediat, & dirimat matrimonium. 30. q. 1. si quis filiastrum: & de his, qui. & q. 4. [y] si quis ex vna. 23. q. 2. si quis cũ matre. ext. de cog. spi. per totum, illa tamen, quæ contrahitur per catechismum, adeo exilis, & inualida est, quod vix impedit matrimonium contrahendum; numquam autem dirimit contractum. ext. de cog. spi. [z] contracto, & est ratio in promptu, quia cum baptismus sit ianua, & fundamentum omnium sacramentorum. 32. dist. cap. ad hoc. in fi. ext. de presbytero nõ bapt. c. 1. & vlt. patet quod catechismus nõ est sacramẽtum. item ante baptismum non est filius Ecclesiæ, qa, si [a] moreretur, in æternum periret; ergo nec filius spiritualis: ergo per eum vel nulla, vel quasi nulla contracta est compaternitas.

§. 7. Item, vt multa circa matrimonia pericula euitentur, statuit Leo Papa, quod non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam vnus, siue vir, siue mulier; in cõfirmatione vero idipsum fiat: si tamen necessitas cogeret in catechismo, & in baptismo, & in confirmatione patrinus vnus potest fieri, si necessitas exigit: non est tñ consuetudo Romana; sed per singulos singuli suscipiant.

* *Catechismum*] Catechismus hic appellatur quicquid fit à sacerdote circa puerum baptizandum, vsque quo dum immergat ipsum in aquam.

u *Baptismum, & confirmationem*] cum scilicet aliquis tenet ad baptismum, vel leuat de sacro fonte. Quid si nõ tangat ipsum baptizatum, sed simulet se tangere, respondẽs cũ alijs ad illas interrogationes: abrenuntias sathanæ vis baptizari? & nomihãs ipsum puerũ cũ alijs? Respõdeo; non fit patrinus, nisi tãgat ipsum, vel tenendo, dũ baptizatur, vel leuãdo de sacro fonte, vel tenendo ad confirmationem, licet respondeat ad omnia, vt dictum est. Quod si teneat, vt dictum est, sed nõ respõdeat cũ alijs patrinis, intendens per hoc facere, ne efficiatur cõpater; & sic possit cum minori peccato cognoscere postea matrem pueri, aut eam ducere? Respõdeo; sine prẽiudicio credo, q nihilominus efficitur compater, ex quo tenet ipsum, vel tangit eum, vt dictum est, & intẽdit eũ tenere, vel tangere; hoc est eñ agere, quod agunt veri patrini: vnde compaternitas sic cõtrahitur: nec credo, quod responsio patrinorum sit de substãtia rei quoad compaternitatem contrahendam.

x *In catechismo*] & baptismo, & confirmatione patrinus vnus potest fieri, si necessitas exigit: non est tñ consuetudo Romana; sed per singulos singuli suscipiant.

y *Si quis filiastrum*] vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab vxore sua, & aliam numquam accipiat. Nota tamen, quod illud. c. non tenet, nisi intelligatur de illo, qui, ante matrimonium contractum cum aliqua, tenuit ad cõfirmationem filium eius, vel filiam: vel nisi aliter exponatur illud. c. scilicet de separatione quoad torum.

z *Cõtracto*] quid de illis, qui per simplicitatẽ, vel per ignorantiã, aut per fraudẽ leuant filios vxorum suarum, vel maritorum de sacro fonte? Rõ; si ex ignorantia factũ est, excusantur; si ex malitia, fraus sua nõ debet eis patrocinari; nec propter hoc alter alteri se debet subtrahere, nisi possint ad continentiam seruãdam induci. Nũquid ille, qui fuit in fraude, amisit ius exigendi? Respondeo; cum nõ inueniatur prohibitum in hoc casu, quod non exigat, non credo eum esse prohibendum exigere debitum.

a *Moreretur*] in paruula ætate, antequam haberet fidem sacramenti, quia si adultus esset, & moreretur in fide sacramentali, per illam saluaretur à morte æterna, dum tamen sacramentum fidei non contemneret, ideſt baptismum.

matione, posset fieri [b] vnus patrin⁹. de cōs. dist. 4. non plures. &, in catechismo. Item nota quod in baptismo, & in cōfirmatione non potest alium suscipere in filiolum, qui nō est baptizatus, vel [c] confirmatus. de con. dist. 4. de baptis

mo. item prohibitum est hic Abbatibus, & monachis de baptismo [d] suscipere filios, & cōmatres habere. 16. q. 1. placuit 2. & de cons. dist. 4. nō licet 2. idem credo de canonicis regularibus, & alijs religiosis. arg. ext. de postul. [e] ex parte.

lari argumento de con. distin. 4. monachi.

[e] *Ex parte*] ibi dicitur, quod id, q̄ inhibitum est de monachis, ne sint aduocati in causis, nec executores negotiorum forensiū, uel ecclesiasticorū, nisi de mā dato Abbatis, & pro utilitate monasterij, idē circa regulares canones obseruandum est, licet de monachis in canone specialiter sit expressum.

[b] *vnus patrinus*] non est tñ consuetudo Romana, sed per singulos singuli sunt in illo catechismo.

[c] *Confirmatus*] ni si in necessitate; quia tunc & baptizare potest, & de sacro fonte leuare.

[d] *Suscipe*] hoc inhibitū est propter familiaritatem, quæ solet oriri inter patrinos, & matres carnales puerorum; vnde etiam solent se ad inuicem osculari.

De cognatione legali.

POst tractatum de cognatione carnali, & spirituali, consequenter de legali videndum est: quid ipsa sit; quæ eius species, quādo, & qualiter impediat matrimonium.

§. 1. Cognatio legalis est proximitas quædam ex adoptione proueniens. sed q̄a in iure canonico modicum de hac materia tractatur, ideo ad instructionem simplicium plenius de adoptione subijciamus.

§. 2. Videndū igitur quid sit adoptio; quæ eius species; quis possit adoptare; quis effectus adoptionis. Adoptio sic describitur. [a] Adoptio est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps assumptio. Legitimę species eius sunt duæ: vna dicitur [f] arrogatio, alia simplex adoptio. Arrogat ille, qui sui iuris est, ideſt, qui non habet patrem, vel si habet, emancipatus est, & transit in potestatem arrogātis: & hoc fieri debet auctoritate Principis. adoptatur ille, qui est in potestate sui patris; & ideo nō transit in potestatem adoptantis: & hoc fit imperio magistratus. ff. de adopt. l. 2. & l. si pater familias. vnde versus:

Arrogo qui suus est, & habet meus esse necesse.

Patris adopto suum, nec patris desinit esse.

§. 3. Adoptare potest pater famil. qui sui iuris est, & qui generare potest: quoniam qui non potest generare, vt spado, vel frigidus, non potest adoptare. ff. de adoptio. l. 2. §. illud. item ille, qui minor est viginti annis, non potest adoptare, nisi iusta causa

[a] *Adoptio est*] uelsic: adoptio ē legitimus actus, per quē, qui filius nō est, pro filio habet; uel sic: adoptio est legalis actio ad solatium eorum, qui liberos non habent, inducta, pene naturam imitans. Nota tamen, qđ qui liberos habent, adoptare possunt, licet facilius concedatur liberos non habentibus. ff. eod. l. nec ei. §. præterea.

[f] *Arrogatio*] dicitur arrogatio, cum is, qui adoptat, rogatur, i. interrogatur, an uelit eum, quem adoptaturus est suum filium esse, & is, qui adoptatur, interrogat, an id fieri patiatur.

[a] *Adoptio*

causa interueniente. ff. eod. tit. si pater familias. §. vlt. & in l. sequen. mulier vero adoptare non potest, nisi ex rescripto Principis, in solatium filiorum amissorum, & vt ei succedatur. ff. de adopt. nam & fœminæ. C. eod. tit. Mulieres. Potest adoptari q̃libet, tam masculus, quam fœmina, dummodo sit minoris ætatis patre adoptiuo; ita quod filius eius naturalis esse possit. ff. eo. tit.[g] adoptio enim.

§. 4. Effectus adoptionis est, vt ille, qui adoptatur, per omnia quasi filius habeatur; ita vt etiam ab intestato succedat. vt C. eod. tit. penult. Item arrogatus, & eius filij, & nepotes, si quos in potestate habet, transeũt in potestatẽ arrogantis, quod nõ est in eo, qui adoptatur. item, alia est differentia inter eum, qui arrogatur, & inter eum, qui adoptatur; quoniam pater arrogator tenetur filio arrogato, quartam partem omnium bonorum, quæ habet, siue in testamento, seu eum velit emancipare; sed pater adoptator filio adoptiuo nihil tenetur relinquere, nisi velit. vt C. eo. tit. l. 2. & l. penult.

§. 5. Vidimus in principio quid sit cognatio legalis, nunc videamus quæ sint eius species; & quando, & qualiter impediat matrimonium. primo tamen notãdum, quod eis solis efficitur cognatus ille, qui adoptatur, qui sunt in potestate patris adoptantis. ff. eo. tit.[h] qui in adoptionem.

§. 6 Species adoptionis sunt tres, vna quasi descendentium, alia quasi ex latere venientium, tertia est, quæ legalis affinitas dici potest. Prima, quasi descendentium, attenditur inter me patrem adoptatorem, & filiam meam, vel neptem adoptatam. Secunda, quasi ex latere venientium, attenditur inter filium meum naturalem, & filiam meam adoptiuam. Tertia, scilicet legalis affinitas, attenditur inter me, & vxorem filij mei adoptati; similiter inter filium adoptiuum, & vxorem meam. Cognatio legalis in secunda specie impedit matrimonium, quãdiu sunt in eiusdẽ patris põate: ea quoque, soluta morte, & emancipatione filij adoptiui, vel postea non impedit. ext. de cog. lega. c. 1. 30. q. 3. ita diligere. &,[i] post susceptum. in prima vero specie, videlicet quasi descendentiũ, & in tertia, scilicet legali affinitate, omni tpe impedit

[g] *Adoptio enim*] in his personis locum habet, in quibus & natura põt habere.

[h] *Qui in adoptionem*] ibi: filiæ meæ is, quẽ adoptaui, frater est; quoniam familia mea est filia. Numquid filius adoptiu' potest contrahere cum filia illegitima patris adoptiui? videtur qđ sic; quia filius illegitimus, vel filia non est in potestate patris. instit. de nupt. §. vlt. ergo iudicãdum est de ea, sicut de emancipata. videtur contra, quod filius illegitimus non potest copulari filiæ spirituali. Respondeo; credo sine præiudicio quod filius illegitimus, & filia illegitima possunt contrahere cum filijs adoptiuis; quia sicut notauit. H. 30. q. 3. in prin. cum dicitur, quod filius adoptiuus non potest cõtrahere cum filia naturali, naturalis filius, vel filia appellatur quo ad hoc legitimus filius, vel filia legitima, de legitimo scilicet matrimonio nata; ad differẽtiã naturalis, vel adoptiui filij; vel filiæ: aliter filij naturales dicunt̃ filij đ cõcubinatu. vt 32. q. 4. liberi.

[i] *Post susceptum*] Numquid adoptiuus, qui non transit in potestatem adoptantis, potest contrahere cum filia legitima patris adoptiui? Respondeo; H. notauit 30. q. 3. in prin. qđ adoptio, quæ non est arrogatio, nõ impedit matrimonium inter filios; vnde adoptatus, quando non transit in potestatem adoptantis, non im-

impeditur matrimonium contrahere cum filia naturali: quando autem transit, impeditur, quamdiu durat adoptio, sed ea soluta non impeditur. alij dicunt, quod adoptiuus etiam, qui non transit in potestatem adoptantis, nõ potest copulari filiæ adoptantis; quia etsi non transeat in potestatem eius, acquiruntur tamen ei iura quædam ex adoptione, quæ dissoluuntur per emancipationẽ. C. de adopt. l. penult. §. si autem. Iura etiam canonica indistincte loquũtur de adoptione, non distinguendo inter arrogatum, & adoptatum; vnde idem dicit indistincte; quoniam pater adoptator non potest contrahere cum filia sua adoptiua, vel nepte; nec cum illa, quæ fuit vxor filij sui adoptiui, etiam post emancipationem. ff. de ritu nupt. adoptiuus. inst. de nupt. §. 1. 2. & 3. similiter filius adoptiuus, post mortem patris adoptiui, non potest cum illa contrahere, quæ fuit vxor patris sui. ff. de ritu nupt. adoptiuus. & hæc de cognationibus, carnali, spirituali, & legali dicta sufficiant. ad hoc.

iuris innuunt esse quo ad hoc in vtroque casu. Numquid filij adoptiui possunt inter se contrahere? Respondeo; possunt, cum nusquam inueniatur hoc prohibitum, sicut notauit, H. 30. q. 3. ita. sicut & spirituales filij alicuius possunt inter se contrahere; & etiam spirituales cum adoptiuis. Quid si adoptiuus, durante adoptione, contrahit cum filia legitima adoptantis, nũquid soluetur matrimonium? Respondeo; quidam dixerunt, quod non. H. notauit contrariũ, cuius opinioni standum est quo

De impedimento Crimis.

[a] Crimina] hic agitur de impedimento, quod est crimen quæ autem crimina impediunt matrimonium cõtrahendum, notatur per hos versus.

Presbyterum, vxoremque necãs, natique patrinus,
Incestus, raptor, solennis non sociantur.

& expone solennis, idest solenniter pœnitens. & non sociãtur, idest prohibentur contrahere matrimoniũ de rigore iuris.

[b] *Concubuisti*] habetur de incestu cum filiastra commisso, vel cum duabus sororibus, vel cũ duobus fratribus, vel cum patre, & filio, vel cum relicta fratris, vel cum nepte, aut cum nouerca, aut nuru, aut consobrina, aut filia auũculi, aut eius relicta, aut priuigna.

[c] *Non debet*] nisi sit adolescens; vt in illo. cap. interfectores.

[d] *Interfecit*] & imponit ei pœnitẽtia duodecim annorum, vt in cap. qui presbyterum.

[e] *Ecclesia*] idest, diœcesanus Episcopus. forte etiam sufficit dispensatio, quo ad hoc,

[R]Crimina multa sunt, quæ impediũt matrimonium cõtrahendum, propter eorum enormitatem, sicut est incestus. 32. q. 7. si quis viduam. &, qui dormierit. &, [b] concubuisti. item ille, qui vxorem suam interfecit, aliã accipere [c] non debet. 33. q. 2. admonere. &, interfectores. item ille, qui rapuit sponsam alterius. 27. q. 2. statutum. itẽ qui insidiando matrimonio, proprium filium suum de sacro fonte leuauerit, vt possit priuare coniugem carnali debito, & copia sui. 30. q. 1. de eo quod. item ille, qui [d] interfecit presbyterum. ext. de pœn. & re. qui Presbyterũ. item solẽniter pœnitẽs. 33. q. 2. de his. &, antiqui. Quãuis autem ista crimina, & forte aliqua alia impediant matrimoniũ contrahendũ, generaliter tñ, si adolescẽtes sunt, & timetur de incontinentia eorũ, [e] Ecclesia debet eis concedere licentiã nubẽdi. arg. 33. q. 2. antiqui. & in adolescentia. ext. de eo, qui cogn. con.

proprij

proprij sacerdotis; immo de consuetudine hodie, quo ad hoc, non seruatur iste rigor, quod petatur dispensatio Ecclesiæ in hoc casu.

f *Ex litteris*] dī de quodam, qui desponsata puella impubere, matrem eius postea cognouit, & postea filiam factam adultam, quod tam ipse, quam ipsa numquam debēt ad alias nuptias cōuolare: sed nec ipsa filia debet nubere, si sciens peccatū viri, & matris, eidem viro commixta est; præsertim si circa personas huiusmodi de lapsu carnis non timeatur.

g *Machinatus*] cum effectu, ita quod mors fuerit subsecuta: si enim venenum propinauerit, vel alias occidere tentauerit, & non est mors secuta, non dirimit matrimonium postea contractum.

h *Simul contrahant*] quid si nō eo animo occidit eum, sed in bello, vel alias per casum, aut etiam per odium? Respondeo. H. notauit 31. q. 1. si quis viuente. quod quocumque modo, vel quacumque causa eum interficiat, non dirimit matrimonium postea contractū, nisi ad hoc interficeret, vt illam duceret. Quid si præcepit, vel mandauit, vel consuluit interfici, & factum est? Respondeo; idem est, ac si interfecisset, sicut notauit idem. H. Quid si ratum habuit eum interfectum esse? Respondeo; licet in maleficijs ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur, ff. de vi. & vi. arm. l. 1. §. sed etsi cum quis, credo tamen, quod dirimetur propter hoc solum matrimonium sequens, quia nec edictum matrimonij est prohibitorium, nec iste casus inuenitur prohibitus, sicut notauit Laurentius. Quid si occidat quis virum mulieris eo animo, vt cum ea contrahat, sed tamen eam non polluit viuente marito, vel viro, numquid poterit eam habere vxorem? Respondeo; videtur quod non. ext. de conuersione infidelium. laudabilem. in fi. vbi nulla fit mentio de pollutione adulterina; & tamen ibi dicitur, quod nec etiam propter fauorem fidei, sustineatur matrimonium contractum inter Sarracenum conuersum, & Christianam, quæ maritum suum interfici fecerit per eum in captiuitate viri adhuc constitutum. sed cō tra 31. quæst. 1. relatum. & cap. sequenti, vbi expressa fit mētio de adulterina pollutione; & etiā Magister hic dicit. Si aliquis adulteretur cū aliqua coniugata? Respondeo; credo sine prēiudicio, quod si nō præcessit adulterina pollutio, nō dirimetur matrimonium, & illa decr. laudabilem. intelligenda est de Sarracenis captiuis adulterantibus cum vxoribus dominorū suorum. Vnde tria sunt necessaria ad hoc, vt matrimonium dirimatur prætextu machinationis, scilicet adulterium, occisio, & quod eo animo fiat, vt simul contrahant. alij tamen dicunt, quod machinatio mortis cum effectu sufficit ad dirimendum matrimonium, licet non interceserit pollutio adulterina. arg. c. illius laudabilem. vbi nulla mentio fit de adulterina pollutione: & maxime secundum. H. dicendum videtur, qui dicit quod hoc sufficit ad dirimendum matrimonium, quod aliquis dat fidem coniugatæ de contrahendo, licet non polluerit eam per adulterium.

vx. suæ. f ex litteris.

§. 2. Item notandum, quod quamuis multa sint crimina, sicut supra dictum est, quæ impediunt matrimonium contrahendum, nulla tamen sunt, quæ contractum dirimant, nisi tria. primum est, quod si aliquis adulteratur cum aliqua coniugata, & ipsa, vel ille g machinatus fuerit in morte viri ipsius adulteri cum effectu, vt h simul contrahant ipsi adulteri postea, in hoc casu contrahere non debent; & si contraxerint, sunt separandi. 31. quæst. 1. si quis viuente. ext. de eo, qui duxit in matrimon. quam poll. per adulter. super hoc &, significasti. &, veniens. secundus casus est, si i præstat fidem adulteræ quod ducet eam post mortem legitimi eius mariti, vel

i *Præstat fidem*] idem intelligas de iuramento. Quid si nec fidem dedit, nec iuramentum, sed simpliciter promisit eam ducere? Respondeo. H. notauit 31. quæst. 1. relatum, quod idem est de simplici promissione, & fide, & iuramento; quia nomine fidei intelligitur quælibet promissio, nuda, vel non nuda: & huiusmodi promissio est quasi desponsatio de futuro. Sed quare fides huiusmodi data adulteræ dirimit matrimonium? Respondeo; quia de re non vacante non debet fieri promissio, vt de præbenda, vel de hæreditate viuentis, ne quis desideret rem proximi: & hæc fuit causa institutionis Ecclesiæ in hoc casu.

post mortem uxoris ipsius adulteri. 31.q. 1. relatum. & in omnibus prædictis capitulis. [k] Tertius casus est, quando nō præstat fidem adulteræ de ducendo eam, sed præsentialiter ducit, & [l] cum ea contrahit; quoniam plus est ducere, quam fidem dare de ducendo. ext. de eo, qui duxit in matrimon. quam. pol. per adult. cum haberet. &, ex litterarum, si vero nullus istorum casuum interuenerit, & adulter, mortua vxore, vel viro adulteræ, contraxit cum ipsa, quam prius polluerat per adulteriū, tenet matrimonium, vt in eisdem capitulis dicitur. quod autem dictū est supra, quod, quando adulter dedit fidem adulteræ, vel contraxit cum ea viuente viro adulteræ, vel vxore adulteri, debent separari, intelligendum est, cū tam adulter, quam adultera sciebant impedimentum, quando sic contraxerunt: si enim alter ignoraret, tunc credens illum, cum quo contraxit, esse solutum, posset cum illo esse post mortem legitimi, & hoc propter bonam fidem, quam habuit. ext. de eo, qui duxit in matrim. propositum. &, veniens. ext. de spon. cum in Apostolica. Item nota, quod primum matrimonium facit, quod secundum non valet, si, durante primo matrimonio, secundum contrahatur, quando primum matrimonium fuit [m] verum, & legitimum; nam si primum non [n] fuit verum, sed rātum putatiuum, non præstat impedimentum secundo matrimonio: ext. de spon. veniens. ext. de matrimon. contrac. cont. interdic. Eccles. ex litteris. in fi. si tamen primum matrimonium fuit contractum in facie Ecclesiæ, & alter ante diuortium per Ecclesiam celebratum, vel contra interdictum Ecclesiæ contrahit cum alia, peccat, & debet agere pœnitentiam: sed tenet nihilominus matrimonium, vt dictum est in præallegata. decr. ex litteris. in fi. de matrim. cont. interd. Eccles. contr.

§. 3. Pone quod aliquis mulieri coniugatæ, cum qua nondum commisit adulterium, dat fidem de ducendo eam post mortem viri legitimi, vel vxoris suæ, si ipse coniugatus est, vel contrahit cum ea de facto, numquid, soluto post mortem vxoris suæ, vel viri adulteræ matrimonio, poterit cum illa contrahere; aut si contraxerint, numquid debent separari? uidetur quod possent contrahere, quia iura superius allegata loquuntur, quando adulter dat fidem adulteræ, vel contrahit cum ea; hoc autem non fit hic. Solutio

[k] *Tertius casus*] Nota de hoc versus.

Nubant, siue fidem dent Mœchi coniuge viuo.

Siue parent mortem, connubia sunt dirimenda.

[l] *Cum ea contrahit*] vtroque illorum sciente impedimentum. Secus est, si neuter eorum, vel alter tm̄ nesciret impedimentum.

[m] *Verum, & legitimum*] vel etiam, secundum quosdam, quando fuit præsumptum præsumptione, quæ non admittit probationem in contrarium; vt cum quis dat fidem mulieri de contrahendo, & postea cognoscit eam; in quo casu, et si forte non sit verum matrimonium, quia non cognouit eam matrimoniali affectu, tamen, quia præsumptum est ab Ecclesia, si personæ huiusmodi transeunt ad secunda vota, non valent quæ agunt. ext. de sponsal. is qui fidem.

[n] *Fuit verum*] vel præsumptū, vt dictū est. quidam tamen dicunt quod istud capitulum, is qui fidem. loquitur de fide data cum proposito contrahendi, & nō animo decipiendi.

[o] *Diri-*

lutio. determinatum est iure nouo, quod, seu ante fidem datam, seu ante matrimonium de facto contractum, seu postea, legitima tamen superstite, cognouit illam, debent omnino separari: alioquin, si nec ante, nec post interuenit carnalis copula, quamuis vtrique ipsorum, pro eo quod in hoc grauiter deliquerunt, sit pœnitentia iniungenda, non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit post vxoris obitum, [p] dirimendum. ext. de eo, qui duxit in matri. quam pol. si quis vxore. est expressum in illo cap. si quis vxore. vbi determinatur iste casus expresse.

[p] *Dirimendum*] H. tamē notauit 31. q. 1. relatum. quod ex quo fidem dedit quis mulieri coniugatæ de ea ducenda, siue cognouerit eam, siue nō, viuente viro nō potest eam ducere vxorem. sed contra opinionem. H. ius

De dispari cultu.

SEquitur de dispari cultu, scilicet quando vnus eorum, qui contrahere volunt, est catholicus, & alter est hæreticus, vnus Christianus, & alter Iudæus, vel paganus: super hoc ita distinguas.

§. 1. Aut fidelis contrahit cum infideli, Iudæo scilicet, pagano, vel hæretico, aut fideles inter se, & postea labitur alter eorum in hæresim, in primo casu nullum est matrimoniū; sponsalia tamen potest fidelis cum infideli contrahere sub conditione, vt infidelis conuertatur ad fidē, 28. q. 1. §. ex his in fi. &, [a] non oportet. vt in veteri testamēto [b] prohibuit Dominus: non accipies vxores de filiabus alienigenarum filijs tuis, ne traducant eos post Deos suos. in secundo casu, scilicet cum conjuges sunt infideles, puta Iudæi, vel Sarraceni, verum est matrimonium; sed si alter conuertatur ad fidem, alter remaneat in Iudaismo, vel in gentilitatis errore, si infidelis non vult cohabitare fideli, vel si vult cohabitare fideli, non tamen sine iniuria, & blasphemia nominis Christi; vel vt eum pertrahat ad infidelitatem, vel ad aliud mortale peccatum, in his [c] tribus casibus contumelia Creatoris soluit ius matrimonij circa fidelem: & ideo potest fidelis licite contrahere. ext. de diuort. [d] quanto. primus non sufficit, cum fuerit ad sponsalia tantum.

[a] *Non oportet*] ibi dicitur, quod cū hæreticis non debemus commiscere connubia, vel filias dare, sed possumus accipere; si tamen profiteantur se futuras esse Christianas. Numquid matrimonium potest contrahi cū infideli, sub conditione conuertendi, sicut sponsalia? Respondeo. H. notauit super illud. cap. non oportet. qđ non, & quod nihil agatur, si dicat fidelis mulieri infideli: accipio te in vxorem, si fueris Christiana: sponsalia enim contracta simpliciter inter fidelē, & infidelem nō valent; sed contracta sub conditione conuertendi valent: & post conuersionem opus est nouo cōsensu; quia

[b] *Prohibuit*] Exo. 27. Deut. 7.

[c] *Tribus casibus*] vnde versus.

Ad peccata trahens, blasphemās, atque relinquens.
Spernitur, ad vota faciens transire secunda.

vel sic.

Spernans spernantem, vel blasphemare nolentem.
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

[d] *Quanto*] ibi expressum est, qđ in tribus casibus prædictis quę relinquitur, potest

Digitized by Google

poteſt ad ſecunda vota tranſire. ſimiliter & in cap. gaudemus. hoc eſt expreſſum 28. q. 2. §. hic diſtinguendum.

c *Non debet cohabitare*] hoc videtur expreſſum 28. q. 1. Iudæi. in hac opinione fuit. H. ſicut notauit 28. q. 2. §. verum. dicens quod ſi Iudæus vxoratus fiat Chriſtianus, ſi vxor eius non vult conuerti, ſed vult cohabitare cum eo, non ſine blaſphemia, poterit nihilominus aliã ducere ea viuente, cum ipſe cũ prima cohabitare non poſsit, etiamſi velit: & dicit aliud eſſe in paganis, aliud in Iudæis. ſed quando rumpitur matrimonium? reſpondet. H. quod poſt monitionem factam ab Eccleſia vxori, vt conuertatur, cui monitioni ſi non acquieuerit, Eccleſia dabit ſententiam ſeparationis, & ſic ſoluetur matrimonium, non per hominẽ, ſed per Deum: ſed hæc opinio. H. non eſt tenenda quo ad ea, quæ dicta ſunt.

f *Idem iudicium*] quod ſcilicet tã Iudæo, quam Gentili conuerſo licet cohabitare cum vxore in infidelitate remanente, ſi illa voluerit cohabitare ſine blaſphemia. & ſecundum hoc illud. cap. 28. q. 1. Iudæi. vbi dicitur, quod tales ſeparentur, ſi infidelis admonitus noluerit conuerti, non tenet quo ad hoc, niſi exponatur, ſeparentur, ſi fidelis voluerit: ſeparentur inquam, quo ad cohabitationem; vel niſi intelligatur in eo caſu, quando infidelis non vult cohabitare ſine blaſphemia, vel quando pertrahitur ad peccatum mortale.

& gaudemus. ſi vero infidelis vult cohabitare fideli, ſine aliquo prædictorum, ſi fidelis vult ei cohabitare, bene facit; quia hoc monet Apoſtolus in 1. Corin. 7. dicens: ſi quis frater vxorem habet infidelem, &c. ſi autem non vult ei cohabitare, non eſt compellendus; tamen illo viuente non poterit contrahere, quoniam durat matrimonium 28. q. 1. iam nunc. &, ſi enim. ext. de diuor. gaudemus. & licet quidam diſtinxerint, dicentes, aliud eſſe in Iudæis, aliud in Paganis conuerſis; quia Iudæus conuerſus ad fidem, e non debet cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare, ſed Sarracenus conuerſus poteſt. videtur hodie f idem iudicium in vtriſque. ext. de conſanguin. & affinit. de infidelibus. & ext. eod. tit. g interrogatum.

§. 2. Quid ſi Iudæi, vel Pagani contraxerunt cum conſanguineis, ſecundum ritus ſuos, numquid poſt conuerſionem remanebunt taliter copulati? dicas quod ſic; quia apud infideles verum eſt matrimonium: non enim arctantur canonicis conſtitutionibus, & per ſacramentum baptiſmi non ſoluuntur coniugia, ſed crimina dimittuntur. ext. de diuor. gaudemus. in prin. 26. diſt. vna tantum. hoc tamen intelligo, niſi contraxiſſent in gradibus h diuina lege prohibitis. leuit. cap. 18. q.

§. 3. Quid ſi infidelis plures habens ſimul vxores conuertitur, numquid retinebit omnes, aut quam ex omnibus retinebit? i Dic quod prima tantum eſt vxor, & ideo illam ſolam poteſt retinere: cum enim ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & ſcriptura diuini

g *Interrogatum*] hoc. cap. non eſt modo in corpore decr. habes tamen illud in 2. antiqua collec. decretal. tit. de conuerſione infidelium. ibi tamen dicitur, quod Iudæi, & Sarraceni cõuerſi ad fidem cum vxoribus, cum quibus in ſecundo gradu, vel tertio, vel quarto contraxerant, poſſunt cohabitare, & eas retinere, ſi voluerint, ſiue cõuerſæ fuerint, ſiue non: non tamen ſunt compellendi ad hoc, ſed quamdiu illæ voluerint cohabitare cum illis, non poterunt illi cohabitare cum alijs; ſed ſi in odium fidei, poterunt alias ducere.

h *Diuina*] data per Moyſem

i *Dic quod prima*] quod ſi eodem momento contraxit cum duabus, dicens duabus mulieribus: accipio vtramque veſtrũ in vxorem, quæ ex iſtis erit vxor? R; neutra, niſi

na [k] testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, nec dixit tres, vel plures, sed duo; nec dixit, adhærebit vxoribus, sed vxori. & patet quod nulli vnquam licuit plures simul habere vxores, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum, per quam, sicut Iacob à mendacio, Israelitæ a furto, & Sampson ab homicidio, sic & patriarchæ, & alij viri, qui plures simul habuisse leguntur vxores, ab adulterio excusantur. ext. de diuort. gaudemus. §. quia vero, patet etiam ex his, quod si infidelis, secundum ritum suum, legitimam [l] repudiauit vxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio [m] repudiauerit, numquam, ea viuente, licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conuersus, habere, nisi in [n] tribus casibus. §. 2. circa princ. ext. de diuor. gaudemus. §. qui autem.

§. 4. Sed numquid vir conuersus iam ad fidem debet restitui vxori iniuste per huiusmodi reprobatum repudium spoliatæ, si peteret restitutionem? dicas quod non, si ipsa adhuc remanet infidelis; qa secundū [o] Apostolum frater, aut soror non est huiusmodi subiectus seruituti: sed si virū conuersum ad fidem, & ipsa conuersa sequatur, antequam præter tres causas prædict. §. eod. in prin. legitimā ille ducat vxorem, eam recipere compelletur. ext. de diuor. gaudemus. §. qui autē. & §. quod si cōuersum. per quod aperte probatur, quod si aliqua de tribus causis prædictis supra eo. circa prin. interueniat, soluitur statim matrimonium [p] quoad seruitutem, sed non quo [q] ad substantiam, nisi tunc demum, [r] cū cōtrahit cum alia matrimonium. & ideo dixit [s] Apostolus, frater enim, vel soror nō est seruituti subiectus in huiusmodi. & canon: contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, non dicit soluit matrimonium, sed ius, id est, vinculum casuum est notori[t], poterit contrahere, non expectato iudicio Ecclesiæ, nisi quantū ad inhibitionē solennitatum, quæ institutæ sunt ab Ecclesia: si autem dubium sit de quolibet trium prædictorum casuum, credo, sicut notauit H. 28. q. 2. si infidelis. quod Eps, siue Ecclesia mittere debet ad eā aliquos, qui voluntatē eius requirāt super prædictis casibus, vel recipere super hoc probationem, si haberi possit, etsi illa alias noluerit respondere; aut si forte non inueniatur: alias nō credo, quod debeat aliam ducere, vel possit; si tamen duxerit, verum erit matrimonium; dū tamen de prædictis tribus casibus, aliquis interueniat.

nisi forte talis sit altera illarū, quod cum illa non possit contrahere matrimonium, in quo casu teneret matrimonium cum reliqua, sicut notauit H.

[k] *Testetur*] Genes. 2. & hæc verba, quæ hic sequuntur, habentur in c. gaudemus. §. quia vero.

[l] *Repudiauit*] dando libellum repudij. vt Deu. 24.

[m] *Repudiauerit*] Matt. 19.

[n] *Tribus casibus*] scilicet, si non vult cohabitare, aut si habitās blasphemat, aut trahit ad peccatum mortale. & hi casus expressi sunt in c. gaudemus. §. qui autem.

[o] *Secundū Apostolum*] 1. Cor. 7.

[p] *Quo ad seruitutem*] id est, quo ad onus matrimonij; quia non tenetur, nec de præcepto, nec de consilio cum ea cohabitare, vel eam exhibere, quandiu talis est.

[q] *Ad substantiam*] quia remanent adhuc coniuges.

[r] *Cum contrahit*] numquid auctoritate propria potest in his casibus aliā ducere, an expectandum est iudiciū Ecclesiæ? H. si aliquis prædictorum casuum est notori[t], poterit contrahere, non expectato iudicio Ecclesiæ, nisi quantū ad inhibitionē solennitatum, quæ institutæ sunt ab Ecclesia: si autem dubium sit de quolibet trium prædictorum casuum, credo, sicut notauit H. 28. q. 2. si infidelis. quod Eps, siue Ecclesia mittere debet ad eā aliquos, qui voluntatē eius requirāt super prædictis casibus, vel recipere super hoc probationem, si haberi possit, etsi illa alias noluerit respondere; aut si forte non inueniatur: alias nō credo, quod debeat aliam ducere, vel possit; si tamen duxerit, verum erit matrimonium; dū tamen de prædictis tribus casibus, aliquis interueniat.

[s] *Apostolus*] 1. Cor. 7.

[t] *In huiusmodi*] id est, quādo nō vult infidelis cohabitare, vel nō sine blasphemia, vel quando pertrahit ad mortale peccatum.

[u] *A litera*] super quam notauit H. quædam, quæ tamen non sunt tenenda. Numquid conuersus ad fidem potest intrare religionem, vel fieri

Digitized by Google

fieri subdiacon[us] inuita vxore remanente in infidelitate, pacifice tamen cohabitare nolente? R. opinio H. super illud c. si infidelis. est, quod debet moneri, vt conuertatur. si dicat se velle conuerti, sed nō tunc, expectanda est; si autem dicat se nolle cōuerti, non expectabitur, etiam si contradicat. alij dicūt quod ea inuita pōt fieri monachus, vl subdiaconus, & sibi imputet qđ cōuerti nō vult. Quid si ante baptismum dimisit vxorem causa fornicationis, si vterq; postea conuertatur, tenebitur ne eam recipere? Item si recipit, & eam cognouerit, nūquid impeditur à promotione, sicut ille, q post adulterium vxoris suę cognouit eam? R. ad primum dixit H. q tenetur eam recipere. Ad secundum dicit, quod non impedietur à promotione, qa & peccatum, & pœna peccati dimittitur in baptismo; & ideo talis fornicatio non imputatur isti, vel illi quo ad aliquam pœnam: nec est simile de fideli cognoscēte vxorem post adulterium eius, quia pœnitentia ad priuationem baptismi non adducit omnino

lum, obligationem, siue seruitutem matrimonij. 28. q. 2. si infidelis. quidam tamen aliter sentiunt, alienū sensum [u] a littera extorquentes.

§. 5. In tertio casu, scilicet quando fideles contrahunt inter se, & postea alter labitur in hæresim, vel infidelitatis errorem; non potest contrahere, qui relinquitur, nō distincto [x] vtrum interuenerit carnalis copula, vel non; & [y] tenetur cōtinere, licet in hoc casu maior appareat cōtumelia Creatoris, quam in primo. ratio est, quoniam matrimonium fidelium est ratū, & ideo [z] nullo casu superueniente potest dissolui: sacramentum enim fidei, quod semel admissū numquam amittitur, ratum efficit coniugij sacramentum: matrimonium vero infidelium non est ratum, & ideo dissolui [a] legitime potest. ext. de diuor. quanto.

§. 6. Quid si catholicus contrahit cū

hæretica baptizata, vel econuerso, numquid tenet matrimonium? videtur quod non, propter [b] disparem cultum, sicut dictū est supra in prin. & expresse dicit Ambrosius 28. q. 1. caue Christiane. ver. caue, inquit, Gentilem, aut Iudæam, aut alienigenam, hoc est hæreticā non accersas, & omnem [c] alienam de fide tua non accipias vxorem: tibi enim non oportet cum hominibus hæreticis miscere connubia. dicit tamen ibi H. quod licet tale matrimonium cōtrahi non debuerit, contractum tenet, sicut teneret cum excommunicato: sufficit enim, si ambo initiati sunt sacramento baptismatis, vt in illo c. caue Christiane. Sed pone quod Iudæus, Gentilis, vel hæreticus non baptizatus vult baptizari, non inuenit aquam, vel aliquem, qui eum baptizet, cōstat ei omnia peccata dimissa, quia baptizatus est baptismo non est adeo efficax, quod matrimonium contrahi non possit inter infideles diuersæ infidelitatis.

[x] *Vtrum interueneris*] id est, ante interuenerit.

[y] *Tenetur*] fidelis.

[z] *Nullo casu*] nisi per ingressum religionis ante carnalem copulam.

[a] *Legitime*] scilicet propter cōtumeliam Creatoris, & quando non vult infidelis cohabitare cum fideli, vel quando pertrahit ad mortale peccatum, vt dictum est. *Ambr. in lib. de Patriarchis. lib. 1. de Abraham cap. 1.*

[b] *Disparem cultum*] Numquid Iudęus posset hodie contrahere cum pagana? Videtur qđ nō, quia hoc est prohibitum in veteri testamento, & etiā in iure gentium; vt dist. 1. ius gentium. item quia ibi est dispar cult[us]. sed videtur contra, quod hodie pagani nō sunt idolatræ, & fere omnes sunt circuncisi, & discernūt cibos, & iudaizant. R. H. notauit 28. q. 1. §. verum. quod inter tales potest matrimonium contrahi, & propter disparem cultū nō impedit matrimonium, nisi inter fideles, & infideles, nec fuit olim alias prohibitum; & quod prohibitio iuris gentium

[c] *Flami-*

Digitized by Google

c flaminis, numquid poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana? Dicit H. quod non; quia d ianua omnium ſacramentorum eſt baptiſmus. 32. diſt. §. verũ. & optime. facit ad hoc illud. capitulum caue. verſ. ſi Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſint ſacramento baptiſmatis.

c *Flaminis* hoc dicitur ad differentiam baptiſmi fluminis, & baptiſmi ſanguinis.

d *Ianua*] non videtur hæc ratio multum efficax quo ad hoc, quia matrimonium inſtitutione præceſsit baptiſmum.

De impedimento violentiæ, ſiue metus.

CIrca impedimentum violentiæ, ſeu metus notandum, quod ex ſui natura, etiam ſine conſtitutione Eccleſiæ matrimonialem conſenſum excludit: nam vbi metus, vel coactio intercedit, non poteſt conſenſus locum habere: per conſequens nec matrimonium, quod ſolo conſenſu contrahitur. 27. q. 2. ſufficiat. ext. de ſpon. cum locum. ſed qa inter vim, & vim magna eſt differentia, & inter metum, & metum, ext. de ſpon. de muliere. ideo videndum eſt quid ſit vis, vel coactio; & quid metus: quæ violentia excuſat, & quis metus.

§. 2. Vis eſt maioris rei impetus, qui repelli non poteſt. ff. quod metus cauſa. l. 2. metus eſt inſtantis, vel futuri mentis trepidatio. ff. quod met. cauſ. l. 1.

§. 3. Vt autem ſcias, quæ vis, & quis metus excuſet, nota quod coactio, ſeu vis alia leuis, alia violenta. * leuis non excludit conſenſum matrimonialem; violenta cõſenſum excludit. ext. de ſpon. veniens. 31. q. 2. c. 1. & 2. quæ ſit violenta coactio patet, ſcilicet cum quis capitur, vel trahitur, inuitus ducitur, & ligatur. ext. de his, quæ vi, metuſue cauſ. fiunt. ſacris. item metus, alius cadit in conſtantem virum, alius non. ille, qui cadit in conſtantem virum, excuſat, & excludit conſenſum matrimonij. ext. de his, quę vi. metuſue cauſa. perlatum. &, ad audientiam. &, ſacris. ext. de ſpon. veniens.

a *Euis*] quæ fit per minas verborum, cum dicitur: niſi feceris, non habebis gratiam meam, vel, non diligam te, & ſimilia.

b *An*quis autem metus excuſet, & cadat in conſtantem uirum, dic, quod metus mortis, & cruciatus corporis. ext. de his, quæ ui. met. cauſa fiunt. cum dilectus filius. item metus ſtupri, & ſeruitutis. ff. eod. nec timorem. &, iſti quidem. & iſtos quatuor modos de metu duobus uerſibus comprehendas.

Excuſare metus hos poſſe puta, quia neſcis,
Stupri, ſiue ſtatus, verberis, atque necis.

Item nota, quod talis metus caderet in unum, qui non diceretur cadere in alium, quia non eſt ueriſimile hominem claræ dignitatis in urbe timuiſſe; uel quod Rex parui militis metu timeat. ff. quod metus cauſ. non eſt ueriſimile. 31. q. 2. Lotharius. Verumtamen ſi probationes apertiſſimas habeat, repellitur præſumptio, quæ contra eum eſt, ut ibidem dicitur: & ſic Iudex, ſecundum diuerſitatem perſonarum, & locorum, iudicabit

cabit qualis sit metus, & iudicabit matrimonium aliquod, aut nullum.

§. 4. Item notandum, quod qualiscunque metus sit, vel violentia in matrimonio contrahendo, si mulier, quæ allegat metum, stetit [b] annum, & dimidium cum marito, [c] vel consenserit in carnalem copulam, non debet postea audiri, si allegat metum, vel violentiam. ext. de spon. ad id quod. ext. qui matrimonium accus. pos. insuper adiecisti. ext. de eo, qui duxit in matrimon. quã poll. per adulter. [d] significauit.

[b] *Annum, & dimidium*] idem credo de minori tempore; si tamen iuxta arbitrium boni viri tantum sit, quod præsumi debeat pro consensu.

[c] *Vel consenserit*] semel etiam.

[d] *Significauit*] Quid si præcessit coactio, & metus qui caderet in constantẽ virũ, sed tamen sic compulsus factus est volẽs, numquid est matrimonium? ℞. credo quod sic, ex quo tamen constat de coactione, præsumetur non consensisse, nisi probetur contrarium. Qui autem per quantamcumque coactionem præcedentem factus est volens, & consentiens, numquid habebit exceptionem postea, quod metus causa? ℞. H. notauit 31. q. 1. in prin. quod non habet hæc exceptio locũ in matrimonio; nec etiam in alijs cõtractib' locũ habet quo ad Deũ: vnde dicit, quod si quis quamuis coactus promiserit, vel iurauerit se facturum aliquid, quod obseruare non sit peccatum, obseruandum. Quid si quis compulsus grauissimo metu proferat ista verba, accipio te in meam, & proferre nolit, numquid est matrimonium? Respondeo; non est matrimonium, ex quo non consensit; sed si consensit, quamuis per metum quamtumcumque, matrimonium est secundum H. sicut notauit in prædicto loco.

De impedimento ordinis.

NVnc de impedimento conditionis agendum est, ad quod nota, quod clerici in quatuor minoribus ordinibus constituti, nisi sint monachi, vel regulares canonici, vel in alia religione, quæ continentiam profitetur, licite [a] possunt contrahere. dist. 32. si qui vero. &, seriatim. 28. dist. de his. ext. de cleri. coniug. c. 1. 2. & 3. Si vero in sacris ordinibus constitutus est aliquis, puta presbyter, diaconus, vel subdiaconus, contrahere non potest, & si contraxerit, separabitur. dist. 32. si quis eorum. &, lectores. &, erubescant. &, placuit. ext. qui cleri. vel vo. mat. cõtr. poss. c. 1. & 2. de hac materia. ℞. quædam vtilia in summa de pæn. in tit. de votis. §. item quod si maritus.

[a] *Possunt contrahere*] nisi vouerint continentiam, vel aliud canonicum impedimentum interuenerit.

De im-

De impedimento ligationis.

SEquitur de impedimento ligationis, scilicet cum quis coniugi alteri, siue sponsæ est alligatus, quod impedimentum semper validum fuit, etiam antequam aliquid super hoc ab Ecclesia constitueretur; numquã enim alligatus vxori potest, vel potuit [a] aliã accipere, nec vnquam licuit; & si quis hoc fecerit, adulterium cõmisit, nisi cum diuina reuelatione, & instinctu Spiritus Sancti reuelatum fuit, vt Patriarchis. ext. de diuor. gaudemus. §. 1. & supra de disparicultu. §. quid si infidelis.

§. 1. Sed quoniam alij sunt ligati per spõsalia, alij per matrimonium, quid iuris sit in vtroque casu videamus, & primo de sponsalibus. Et est notandum, quod si aliquis contrahat sponsalia per verba de futuro, non debet contrahere cum alia, nec illa cum alio; & [b] si contraxit tantũ sponsalia, similiter per verba de futuro, debet dimittere secundam, & reuerti ad primam; si vero contraxit cum secunda per verba de præsenti, vel per verba de futuro, [c] & sequatur carnalis copula, debet stare cum secunda, & agere pœnitentiam de fide mentita. ext. de spon. duor. c. 1. ext. de spon. sicut ex litteris. & quod minus dictum est hic de materia hac, inuenietur ad plenum supra in tit. de spon.

§. 2. Si vero matrimonialiter est alligatus vxori, scilicet quia contraxerunt per verba de præsenti, si nondum sunt per carnalem copulam vna caro effecti, potest alter, altero etiã inuito, transire ad religionem, & qui remanet, potest contrahere cum alia. ext. de conuer. coniu. verum. &, ex publico. ext. de spons. duorum. licet præter solitum. si autem sit secuta carnalis copula inter eos, numquam licet viro dimittere vxorem, vel vxori virum, nisi propter fornicationem; & potest eam dimittere, ita quod aliam ducere non potest; & si dimiserit, reconcilietur vxori, aut maneat sine vxore; & si aliam duxerit, mœchatur. 32. q. 7. c. 1. 2. & 3.

§. 3. Pone quod vxor credit virum mortuum, & cõtrahit cum alio. dic quod quamdiu [e] ita credit, nec ille reuertitur, excusatur ab adulterio, & fornicatione, propter ignorantiam facti. At filij, si quos ex secundo suscepit, iudicantur legitimi; sed statim

[a] *Aliam accipere*] viuente prima.
[b] *Si contraxit*] etiam iuramento interposito.
[c] *Et sequatur carnalis*] in quo casu, etsi non verum, tamen præsumptum est matrimonium: nec distinguo vtrum sequatur carnalis copula animo consummandi matrimoniũ, vel animo fornicandi; vel vtrũ ab initio intendebat eam decipere, aut non, qa in omnibus casibus, in quib' Ecclesia nõ admittit probationem in contrarium, huiusmodi ligatio, quæ surgit ex fide data, & carnali copula subsecuta inter personas legitimas ad contrahendum, ex constitutione Ecclesiæ impedit aliud matrimoniũ cõtrahẽdum, & dirimit iam contractũ, quamdiu vixit vterq; eorũ. ext. de spon. is, qui fidẽ. quidam tamen intelligunt illã decre. de fide data cum proposito cõtrahẽdi, absq; decipiẽdi aĩo, & fraude. R. supra de matrimonio. §. pone q; aliqs, & supra de impedimento criminis. vers. itẽ nõ tandũ q; primũ.
[d] *Eam dimittere*] iudicio Ecclesiæ quoad cohabitationem, & exhibitionem.
[e] *Ita credit*] probabiliter; secus, si crassa esset ignorantia.
[f] *Ad*

imp. D. mat. ligamh

imp. mat. ligamh

[f] *Ad primum redire*] auctoritate tamen Ecclesiæ, sicut notauit H. super illud c. cum per bellicam. Quid si de nocte redeat maritus, nec est tempus eundi ad iudicium Ecclesiæ? Respondet H. quod ea nocte potest debitū vtriq; negare sine peccato. Credo tamen quod auctoritate propria in hoc casu posset redire ad primū; & si Ecclesia nollet eā separare à secūdo, potius deberet pati excommunicationem, quam remanere cum secundo, saltem quo ad cōmistionē. Quid si, primo reuerso, permittat se cognosci à secūdo scienter, nūquid compellitur primus recipere eam? Respondet H. quod non compellitur primus eam recipere, siue hoc faciat ex iuris ignorantia, credens hoc sibi licere, siue scienter, & in contemptū primi viri hoc faciat mulier; quia ex ignorantia iuris naturalis est, & ideo non excusat eam. Quid si qua putans virum suum viuere, qui reuera mortuus est, cōtrahit cum alio, numquid est matrimonium? Respondeo. H. super illud c. Cum per bellicā. distinxit. quod si illa credebat sibi licere contrahere cum alio, primo viuente, matrimonium est; si non, non est matrimonium; quia nō maritali affectu, sed adulterino sibi copulauit secundum. Idem notauit de illo, qui cōtraxit cum aliqua, quam putauit esse consanguineam, & non est. ego credo, sine præiudicio, quicquid dicat H. matrimonium esse in hoc casu prędicto, non distincto vtrum cōtrahens credat sibi hoc licere, nec ne.

statim cum reuertitur primus, debet recedere à secundo, & [f] ad primum redire, quod si non faciat, adultera iudicatur. 34. q. 2. cū per bellicā. &, cum in captiuitate. &, [g] si virgo. Sed quid si primus nō reuertitur, [h] credit tamen eum viuere, quid faciet? non exigat debitum à marito, quem accepit, sed ei exigenti reddat. ext. de secundis nuptijs. [i] Dñs, ac Redemptor.

§. 4. Item pone quod vir iuit [k] in exercitum contra Sarracenos, vel regionem longinquam, non reuertitur, nescitur vtrum sit viuus, vel mortuus, quid faciet vxor? dic quod quantumcumq; sit iuuencula, contrahere [l] non potest, donec sit certa de morte mariti. ext. de spon. in præsentia. sed qualiter certificabitur? R. per iuramētum illius, sub quo militauit, vel etiam sociorum, qui mortem eius bene nouerunt; & [m] post iuramētum hmōi [n] statim nubere pōt. ext. de secūdis nuptijs. per illa.

[g] *Si virgo*] nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, numquam ex hoc erit adultera: si autem sciat, iam adultera esse incipit, ex quo cum alieno sciens cubauerit.

[h] *Credit tamen*] probabiliter; secus, si ex leui, & temeraria suspicione.

[i] *Dominus ac Redemptor*] expressum est enim qđ dictū est: & additur, quod si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, ad priorem sine dubio coniugem, relicto secundo, reuertetur.

[k] *In exercitum*] vł alias in peregrinationē longinquam.

[l] *Non potest*] etiam post septennium, vel quantumcumq; numerum annorum; nec etiam propter metum incōtinentiæ, vt dicitur in illo capitulo, in præsentia. & additur, quod Episcopus non debet permittere tales iuuenculas contrahere, donec certum nuncium recipiāt de morte virorum.

[m] *Post iuramentum*] Quid si non sit nisi vnicus testis? R. H. notauit 34. q. 1. in prin. quod sufficit, si postea publica fama coadiuuet. dicit etiam, quod fama sola sufficit sine teste, si ex alijs præsumptionibus videatur verisimile maritum esse mortuum; vt si multum diu steterit, vel si senex ægrotans recesserit, & huiusmodi.

[n] *Statim*] etiam infra tempus luctus, absque nota infamiæ, vt dicitur in illo capitulo.

[o] *Super illa*] qa mortuo viro soluta est à lege viri, & ideo scđm Apost. cui vult nubat in dño.

De *publi-*

De publicæ honestatis Iustitia. tit 12

Postquam vidimus de impedimento ligationis, videamus de publicæ honestatis iustitia, quod impedimentũ ab Ecclesia est introductum, [a] propter eius honestatem, cuius duæ species erãt olim, vna, quæ contrahebatur [b] ex secundis nuptijs, & hæc est hodie sublata de medio. ext. de consan. & affin. non debet. alia, quæ contrahitur ex desponsatione, puta si aliquis despõsat puellam septem annorũ, vel vltra, licet eam non cognoscat, tamen nullus de consanguinitate eius potest eam habere in vxorem, nec ipse aliquam eius consanguineam. ext. de spon. c. 1. &, iuuenis. &, ad audientiam. & de spon. imp. continebatur. §. vlt. ideo dixi septem annorum, quoniam si ante septennium contracta sunt sponsalia, nullius iudicantur momenti, nec præstant aliquod impedimentum, nisi post septennium, qui ante contraxerat, sponsalia approbauit. ext. de despon. impub. litteras. &, accessit. & ℞. supra de spon. §. pone. &, pueri. Quid si sponsalia non tenuerunt, quia non de iure, sed de facto tantum contracta fuerunt; verbi gratia desponsauit aliquis consanguineam, vel monachus, vel clericus in sacris ordinibus constitutus, vel frigidus, vel perpetuo maleficiatus, [c] vel sectus desponsat de facto aliquam, numquid talia sponsalia, quæ nulla sunt, præstant impedimentum consanguineis, vt non possint contrahere cum talibus sponsis de facto, vel si contraxerint, non teneat matrimonium? Ad hoc [d] dicit H. & plerique cum eo consentiunt, quod bene per tales paratur impedimentum consanguineis. [e] de primo casu habetur expresse. ext. de spon. ad audientiam. & videtur expressum. de omnibus. 27. q. 2. si quis vxorem. &, quidam desponsauit vxorem. Videtur mihi quod dicta opinio iuri innitatur, hoc autem non est propter affinitatem, quæ non contrahitur, nisi per carnalem copulam, sed est propter publicæ honestatis iustitiam, quæ contrahitur per sponsalia, siue per verba de præsenti, siue [f] de futuro, siue de iure, siue de facto tantum. contra excepto casu posito supra eod. tit. circa prin. quando videlicet puer, vel puella ante septennium sponsalia contraxerunt;

trimonio sit ꝓhibitorium, nec sit expressum, ꝙ huiusmodi sponsalia

Propter eius] idest, Ecclesiæ honestatem, & ideo in uersibus appellatur honestas.

[b] *Ex secundis nuptijs*] verbi gratia frater meus habeat vxorem, quo mortuo, relicta eius cõtraxit cum secũdo, soboles nata de illis secundis nuptijs nõ poterat olim copulari alicui de consanguinitate prioris viri, sed hoc hodie sublatum est per illud c.

[c] *Vel sectus*] vtroq; testiculo.

[d] *Dicit H.*] & notauit 27. q. 2. si quis desponsauerit.

[e] *De primo casu*] scilicet de sponsalibus contractis inter cõsanguineos.

[f] *De futuro*] hoc planum est de sponsalibus pure contractis. Quid si sub conditione fuerint contracta, vt si dicatur: suscipiam te in vxorem, si dederis mihi centum, vel, si possum te de iure habere vxorem, numquid huiusmodi sponsalia conditionata introducunt hanc publicæ honestatis iustitiam? ℞. credo sine p̃iudicio quod non, cum edictum de ma-

salia conditionalia huiusmodi publicæ honestatis iustitiam introducant.

quod forte ideo est in illo casu, quia [g] in talibus, [h] tam animi, quam corporis est defectus.

[g] *In talibus*] pueris ante septennium.

[h] *Iam animi*] quia in ea ætate nō consueuit haberi discretio rationis.

De *impedimento affinitatis*.

DIctum est de publicæ honestatis iustitia, quæ quibusdā visa est affinitas, ꝓpter quandam similitudinem; & ideo consequenter de affinitate tractemus. Videndum quid sit affinitas; quot sint genera affinitatis; qualiter affinitas contrahatur, & vsq; ad quē gradū affinitatis prohibeatur matrimonium.

§. 1. Affinitas est proximitas personarū ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. ex carnali copula ideo dixi, quoniam, tam per fornicariam copulam, quam per legitimam contrahitur affinitas. 35.q.2.& 3.nec eam.ext.de eo, qui cog. consan. vxo. suæ. discretionem. &, tuæ fraternitatis.

§. 2. Tria genera fraternitatis fuerunt olim, sed hodie primum genus tantū extat, secundo, & tertio de medio sublatis. ext.de consan. & affi. nō debet. Primum genus affinitatis cōtrahitur ex persona addita consanguinitati per carnis copulā, iuxta regulam, quæ dicit: persona addita cōsanguinitati per carnis copulam mutat genus attinentiæ, sed non gradum; & persona addita personæ per carnis [a] propagationem mutat gradum, & non genus attinentiæ: vnde versus.

Mutat nupta genꝰ, sed generata gradū.

Quod vt melius intelligat, exēpla in mediū ꝓponamus: ecce ego, & soror mea [b] vna cōsanguinitas sumus, accipiat soror mea maritum, vel amasiū habeat, P. videlicet, ipse P. est addita persona consanguinitati meæ, & per carnis copulā mutat genus [c] attinētiæ, sed nō gradum; quia sicut soror mea est mihi consanguinea, ita & ipse P. est mihi affinis in primo gradu. & ꝙ dictū est de sorore mea, idem intelligas de qualibet cōsanguinea mea, & de quolibet cōsanguineo meo; qa oēs mariti cōsanguinearū mearū sunt mihi affines in primo genere affinitatis, & in illis gradibus, in quibus eorū vxores attinent mihi; quia si qua est mihi in secundo gradu cōsanguinitatis, maritus eius est mihi in primo gñre affinitatis, & in secundo gradu: & si qua est mihi in tertio gradu, maritus eius est mihi in primo gñre affinitatis, & ī tertio gradu, & sic de cęteris gradibꝰ, qñ gradꝰ cōputant inter affines respectu cōsanguinitatis tm̄. 35.q.5. porro. & ꝙ dictū est de maritis cōsanguinearū, idē per oīa intelligas de vxoribus cōsanguineorū meorū; quia sunt mihi affines omnes in primo genere affinitatis, & in illis gradibus, in ꝙbus mariti earum consanguinei sunt mihi: & ego similiter cum eis affinis in eodem

[a] *Propagationem*] id est, carnalē procreationem sobolis.

[b] *Vna consanguinitas*] seu de vna cōsanguinitate.

[c] *Attinentiæ*] quia ille est mihi affinis, non consanguineus, sicut soror mea est mihi consanguinea.

[d] *Se-*

eodem genere, & in eisdem gradibus. Item omnes consanguinei vxoris meæ sunt mihi affines in primo genere affinitatis, & in eisdem gradibus, in quibus sunt consanguinei vxoris: & omnes mei consanguinei simili modo sunt affines vxori meæ in primo genere affinitatis, & in eisdem gradibus, in quibus sunt mihi consanguinei, sicut hoc totum probatur. ext. de consang. & affin. quod super his, 35. q. 2. sane. & istud primum genus affinitatis habebat olim prohibitionem vsque ad septimum gradū, hodie vsque ad quartum inclusiue, sicut ipsa consanguinitas. 35. q. 2. de affinitate, &, nullum. &, æqualiter. ext. de consanguinitate, & affinitate. qd super his. &, non debet.

§. 3. In summa vero non est prætermittendum, quot gradus dicuntur esse in affinitate; & computantur in ea ex parte consanguinitatis tantum: vnde cum de affinitate aliquarum personarū quæritur in quo gradu sibi attineant, recurrēdum est ad personam illam, qua mediante ventum fuit ad affinitatē; & quærendum quoto gradu distat ab illa persona, de qua agitur, [d] secundum regulam assignatam supra in titulo de consangui. vbi ostensum est, qualiter gradus sunt computandi; & quoto gradu distat in cōsanguinitate, toto gradu distant [e] in affinitate. Itē nota, q̄ si persona, quæ est tibi affinis [f] per appositionē, generat filiū, & generat cum [g] de consanguineo tuo, filius ille generatus est tibi cōsanguineus, nō affinis; si vero generat filiū de extraneo, & nō consanguineo, filius tibi [h] nihil attinebit per appositionē tibi, ideo dixi, q̄m si tibi [i] aliquis affinis est per tui appositionē, id est, quod tu appositus sis cōsanguinitati eius, si generat filiū, [k] ille erit tibi affinis, sicut pater suus in eodem genere, sed in alio gradu.

§. 4. Item nota qd licet moriatur consanguineus, quo mediante cōtrahitur affinitas, persona, quæ superstes remanet affinis. 35. q. 10. fraternitatis. Item contrahitur affinitas, nō solum per matrimonialem, sed etiam per fornicarium coitum; dum tamen ordine naturæ; si vero extra ordinē, hoc est extra, vel circa vas debitū aliquis polluerit aliquam, nō impeditur ob hoc aliquis, [l] de sua consanguinitate illam ducere in vxorē; quamuis talis pollutio criminosa sit, & damnabilis,

[d] *Secundum regulam*] illam scilicet, quoto gradu quis distat à stipite, toto gradu distat à quolibet descendentium, vsque ad lineam æqualitatis.

[e] *In affinitate*] secundum genus affinitatis olim ita considerabatur: vxor fratris mei est mihi in primo gradu affinitatis; mortuo fratre meo, addo illi per carnis copulā aliū virum, ille erit mihi affinis in secundo gradu affinitatis; & ille secundum vetera iura, mortua illa, non poterit aliam accipere in vxorem de consanguinitate prioris viri, vsq; ad quartū gradum. Tertiū genus affinitatis sic olim considerabatur; secundū genus affinitatis fuit vir vxoris fratris mei, addo illi viro per carnis copulam aliam vxorem, mortua vxore fratris mei, illa erit mihi in tertio genere affinitatis; & illa, mortuo viro suo, nō poterat olim maritari cum aliquo de cōsanguinitate mea, vsque ad secundum gradum. sed hæc omnia hodie sublata sunt.

[f] *Per appositionem*] id est, per hoc, quod apponitur consanguinitati tuæ, sicut est vxor fratris tui.

[g] *De consanguineo*] verbi gratia de fratre tuo.

[h] *Nihil*] quo ad cōsanguinitatē, vel affinitatem.

[i] *Aliquis affinis*] verbi gratia frater vxoris tuæ.

[k] *Ille erit*] scilicet vxoris tuæ filius.

[l] *De sua consanguinitate*] illius, q̄ eam polluit.

[m] *Nisi*

m Nisi facta] resume, non impeditur vnquã, nisi facta fuerit, &c. quia si matrimonium esset, vel etiam sola sponsalia, nullus consanguineorum viri posset illam ducere in vxorem.

n Extraordinaria] ad hunc sensum trahenda est littera huius si quæ satis intricata est.

o Fraternitati] ibi approbatur sententia diuortij lata contra quendam, qui eã duxerat, cuius antea sororem adhuc septennẽ, contractis sponsalibus, extraordinaria libidine polluerat.

p Commistionẽ] seu semel tantũ, seu pluries fiat, etiam millesies.

bilis,[m] nisi facta fuerit matrimoniali consensu. 35. q. 3.[n] extraordinaria. ext. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suę.[o] fraternitati tuæ. ratio autem huius dicti est, quia talis pollutio non facit sanguinis[p] commistionem, nec carnis vnitatem, per quæ contrahitur affinitas. 35. q. 10. fraternitatis.

§. 5. Quid si inuasit claustrum pudoris, & intrauit, non tamen peruenit ad[q] cõsummationem operis? credo quod supra §. proximo[r] dictum est, & propter eandem causam.

q Consummationem] per seminis emissionem.

r Dictum est] de extraordinaria pollutione, scilicet quod non generat affinitatem. Quid si frangit claustrum pudoris, & intrat, & emittit ille, illa tamen non emittit; contrahiturne affinitas per huiusmodi coitum? R. H. notauit super illud c. extraordinaria. quod non est ibi seminis commistio, nec efficiuntur vna caro; vnde consanguineus istius illam posset habere in vxorem, si de facto posset constare: in tali enim non esset credendum sacramentis illorum, vt dicit; nec vir posset secure iurare illam non emisisse: & ideo, quia in dubijs certior via tenenda est, prohibenda est ex toto copula ipsius mulieris cum cõsanguineis illius viri. ego credo, sine præiudicio, quod, siue mulier emittat, siue non, surgit affinitas ex tali coitu, ex quo vir emittit.

De impotentia coeundi. 14

INter alia impedimenta matrimonij impossibilitas coeundi maximũ obtinet locum; quoniam ex sui natura, potius quam ex constitutione impedit matrimonium: cum enim omne matrimonium aut causa suscipiendæ prolis, aut causa incontinentiæ fiat, impossibilitas coeundi vtramque causam remouet. sed quod oĩs impossibilitas coeundi matrimonialem consensum excludit, ideo, vt plenius elucescat, qđ de iure fieri debeat in hac parte, videndum est quid sit impossibilitas coeundi; quæ sint eius species; quæ impotentia coeundi impedit matrimonium, & quæ non; qualiter, & quando diuortium fieri debeat, cum coeundi impossibilitas allegatur.

§. 1. Impossibilitas coeũdi est vitiũ animi, vel corporis, vel vtriusque, quo qs impedit alij carnaliter commisceri. Species eius sunt plures; qm̃ alia est naturalis impotentia, vt frigiditas in viro, arctatio in muliere, defectus ætatis, q est in puero: alia est accidentalis, vt castratio, maleficiũ, qđ fit per quædã maleficia, q dñr sortes, vel facturæ. Itẽ naturalis impotentia alia tpalis, alia perpetua. Naturalis, & tpalis impotẽtia, quæ est in puero, impedit matrimonium, quod quandiu in est ei, non potest cõtrahere. 30. q. 2. c. 1. ext. de fri. & malef. qđ sedem. Naturalis impotentia in frigido, quæ est perpetua, impedit matrimoniũ contrahendum; & dirimit iam contractum. 33. q. 1. c. 1. & 2. ext. de frig. & malef.

malef. [a] laudabilem.

§. 2. De arctatione, quæ in mulieribus est, propter quam sunt ineptæ ad viriles amplexus, est ita tenendum; quod licet sit a natura, si potest ei [b] subueniri beneficio medicinæ, vel per assiduum vsum cũ homine cõuenientis staturæ, non impedit matrimonium. ext. de fri. & mal. [d] ex litteris. ita quod si per arctationem separatur a primo, qui eam [e] nõ potest cognoscere, & per vsum alterius, cui postea se [f] copulauit, sit facta [g] idonea primo, separanda est à secundo, & reddenda primo. ext. de frigid. & malef. fraternitatis. si vero sit talis arctactio, quod absque corporali periculo ei subueniri nõ possit, [h] impedit matrimonium contrahendum, & dum tantum semel, & secundo, & tertio, & sic vsque in infinitum, secundum Ioan. sed secundum Tancredum non restituetur vltra tertiam vicem primo, sed remanebit cum secundo; quoniam post primam sententiam non sunt ferendæ nisi duæ tantum: vide super eodem arti. 3. appellari non licet. C. ne li ceat in vna, eademque causa. l. si quis in quacumque. Quid si a primo nullo modo possit cognosci sine corporali periculo, nũquid fuit matrimonium inter eos? Respondeo; non fuit matrimonium, secundum Vincentium, Io. T. & H. arg. a contrario sensu ĩ c. fraternitatis. ex. verbo ibi posito, absque corporali periculo. & arg. in illo c. ex litteris. secundum vnam expositionem: vnde in hoc casu, si per frequentem vsum secundi viri reddatur idonea primo viro, non propter hoc restituetur primo, sed remanebit cum secundo.

[a] *Laudabilem*] idem dicitur ibi, quod in prędicto capitulo, scilicet 33. q. 1. c. 1. & additur, quod si prius frigiditas probari non potest, cohabitent per triennium à tempore celebrati coniugij, quo elapso, si amplius cohabitare noluerint, & mulier probare posset, quod vir eam cognoscere non potest, accipiat alium; & si ille aliam acceperit, separentur: si autem cohabitare voluerint, vir habeat eam vt sororem, si non vt vxorem: si autem ambo fatentur, quod nũquam se cognouerint, tunc septima manu propinquorum, vel vicinorum bonę famæ, si propinqui defuerint, iurent, vt prædictum est. & nota quod illud c. laudabilem. facit mentionem de 1. & 2. c. prædictis, quorum vtrumque est Gregorij.

[b] *Subueniri*] absque corporali periculo.

[c] *Conuenientis*] naturæ, & staturæ ipsius mulieris.

[d] *Ex litteris*] ibi dicitur de muliere xiii. annorum, quæ nupserat cuidam adolescenti sexdecim annorum, cui eum debitum ille reddere non posset, illa tam grauem infirmitatem contraxit, & eius instrumentum ita impeditum fuit, quod à viro cognosci non potuit, quod si illa vitium illud à natura contraxit, nec ope medicorum possit adiuuari, liceat viro aliam ducere.

[e] *Non potest cognoscere*] quin aliquam faciat ei violentiam; modicam enim violentiam debet ipsa sustinere. arg. dict. c. fraternitatis: sed grauem cum periculo corporali non tenetur.

[f] *Copulauit*] matrimonialiter.

[g] *Idonea primo*] quo modo constabit quod sit idonea primo? Respondeo; forte per iuramentum matronarum, à quibus inspicientur, tam ipsa, quam primus vir, vel ad minus ipsa. Quid si reddita fuerit priori, & non inuenerit eam aptam, quid fiet? Respondeo restituetur secundo: si tamen primus postea repetierit eam, restituetur ei, non tan-

[h] *Impedit*] quantum ad illum, respectu cuius ei subueniri non potest absque periculo huiusmodi. Pone: ista est arcta, sed per incisionem potest fieri apta, numquid potest matrimonium contrahi ante incisionem cum ea? Respondeo; H. dicit quod credit quod non, sed facta incisione potest matrimonium contrahi cum ea. Quid si ante incisionem aliquis de facto duxerit eam, numquid facta incisione poterit ab ea recedere? R. dicit H. quod est opus nouo consensu ad hoc quod sit matrimonium; quem tamen consensum intelligit interuenire, si postea carnaliter copulentur: vnde innuit H. quod, nisi interueniat nouus consensus post incisionem, potest ab ea recedere, & aliam ducere. ego credo, sine præiudicio, quod si duret adhuc primus consensus facta incisione, non est opus nouo consensu, sed sublato impedimento per incisionem, propter quod consensus erat inefficax ad efficiendum matrimonium, iam est efficax ad illud efficiendum. Pone quod aliqua est arcta vni, & apta alteri, cui potest sine periculo commisceri, numquid est legiti-

ma persona ad contrahendum matrimonium quantum ad illum? R. H. dicit quod est legitima persona ad contrahendum matrimonium quantum ad illum, vel eius similem, cui potest sine periculo commisceri, non quantum ad illum, & eius similem cui non potest sine periculo cõmisceri. Quid si quis de facto contraxit cum arcta, quæ tamen per incisionem potest fieri apta, numquid potest cogi ad sustinendam incisionem? Respondet H. quod non, cum timeatur periculum mortis. & hæc omnia notauit H. 32. q. 7. quod proposuisti.

[i] *Fraternitatis*] ibi agitur de quadam muliere, quæ ad testimonium matronarum, quę eam inspexerãt, separata à viro propter arctationẽ, nupsit alij, postea ab eo cognita est; primus etiam vir aliam duxit: & dicitur, qd̃ sententia diuortij lata est per errorem, licet probabilem, cũ pateat ex postea facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur; vnde matrimonium primum verum fuit, & à secundo viro separanda: & si ipsa ad religionem transiuit, vir eius primus remaneat cum illa, cum qua contraxit post factum diuortium; alioquin, ea dimissa, rodeat ad istam, cum qua primo contraxit, nisi illa solenni voto se astrinxerit ad continentiam seruandam; vel nisi aliter fuerit fornicata, ita quod propter illam fornicationem primit iam contractũ, sicut ipsa frigiditas, vt in prælleg. decre. ex litteris. &, [i] fraternitatis. Vidimus de naturali impotentia, sequitur vt de accidentali videamus; & primo de castratione, scilicet cum quis habet [k] secta virilia, & in hoc firmiter tenendum est, quod tales, qui inepti sunt ad reddendum debitum, matrimonium contrahere non possunt, sicut nec pueri. ext. de fil. & mal. quod sedem. &, si contraxerint, diuidendi sunt; quoniã nullum est matrimonium: si vero matrimonium præcessit sectionem, non separãtur, licet vir factus sit ineptus ad reddendum vxori debitum. 32. q. 7. ij qui. ext. vt lite non contest.

mus vir velit eam dimittere quo ad torum. si autem simplex votum emisit illa, & postea publice nupsit secundo, non poterit repelli à primo prætextu fornicationis, quasi fornicata fuerit cum illo secundo, quamdiu ille [l] quoniam frequeter. quod autem dictum est de sectione superueniente, quod non separat matrimoniũ, idem intelligendum est de quolibet impedimento; quia si superuenit, non irritat matrimonium prius contractum legitime.

§. 4. Illud etiam intelligendum est de impotentia coeundi, quæ per maleficium prouenit; quia si [m] superueniat matrimonio, non dirimit illud; si vero præcedit, distinguitur, aut maleficium est temporale, aut perpetuum; si temporale, nullum præstat impedimentum matrimonio; si perpetuum impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit iam contractum. 33.

te, circa finem.

articulus dubitabilis erat; sed à modo cum illo secũdo remanere non debet.

[k] *Secta virilia*] ita quod vterque testicul' sit abscisus. secundum legistas tamen spado potest contrahere matrimonium, & adoptare, licet generare non possit, sicut notauit H. 32. q. 2. hi qui. & quærit ibi, cum spadoni erigat virga, & etiam emittat semen, vt aiunt, licet sit innatidum ad generandum, vtrũ contrahatur affinitas per talẽ coitum; & respondet, quod securius est dicere, quod contrahatur affinitas, licet forte ibi non sit commixtio seminũ, sine qua contrahitur affinitas aliquando, vt dicit H. licet videatur notasse contrarium. 35. q. 3. extraordinaria. sicut notatum est supra de affinita-

[l] *Quoniam frequenter*] ibi dicitur, quod in multis casibus coniuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur. casus autem illi, de quibus hic loquitur, sunt furor, aut infirmitas, aut sectio, quæ accidit post contractum matrimonium.

[m] *Superueniat*] id est, accidat post contractum matrimonium.

[n] *Si per*

q. 1. [n] si per sortiarias. Si autē quæsieris quo modo cognoscat vtrū maleficium sit temporale, vel perpetuū, Respondeo; à principio quodlibet maleficium præsumitur temporale, quia omnis homo creditur potēs ad coitū; sed ex quo per triennium cohabitauerunt, dantes carnali copulæ operā studiosē, sed adhuc durat impedimentum, præsumitur maleficium esse perpetuum. Quidam tamen doctores sentiunt in contrariū, dicētes quod nullum maleficiū separat matrimonium iam contractū, alludentes consuetudini Romanę Ecclesiæ, quę consueuit in similibus iudicare, vt quas viri tamquam vxores habere nō possunt, habeant vt sorores. ext. de frig. & mal. consultationi. Dicunt etiam quod capitulū illud, si per sortiarias. non tenet; sed eorum opinio ē omnino abijcienda, tamquā dura, & nimis onerosa; qm̄ præstaret materiā homicidio, si homo staret cū vxore, & eā cognoscere non posset, qui cū alijs potēs, & idoneus esset. Item rationabiliter videtur posse probāri eos male sentire, quia omne matrimonium fit causa incontinentiæ, vel causa prolis; sed causę istę deficiunt, cum impeditur coitus per maleficium, ergo eis cessantibus nullum est matrimoniū.

§. 5. Vltimo videndum qualiter, & quando debeat fieri diuortium, cū allegatur impossibilitas coeundi: ad quod quidam sapientes dixerunt, qd̄ si allegatur impotentia ratione frigiditatis viri, vel sectionis, vel arctationis mulieris, statim pōt diuortiū celebrari; quoniam ista impedimenta statim possunt sciri, saltē per aspectum corporis manifeste: & habent pro se ext. de fri. & mal. [q] cap. Si vero dicantur impotētes per maleficium, non debent separari vsque ad triennium. & in authen. de nup. §. [r] per occasionem. hi, qui hoc dicunt, rationabiliter quidem moueri videntur, sed obuiat eis decr. licet sit argumentum pro eis in eadem ext. de frig. laudabilem. vnde videtur mihi dicendum, qd̄ nisi manifestissimis signis, & probationibus constet illos frigidos esse, vel illas arctas, ita quod per beneficium hominis eis subueniri non possit, non sunt ad inuicem separādi ante triennium; vt in præal. decr. laudabilem. & in authen. de nuptijs. §. per occasionem. arg. ext. de fri. & ma. fraternitatis. Item nota quod hæc est differentia inter frigidos, & maleficiatos, quoniam frigidus nullam potest cognoscere mulierem, nec mouetur ad voluptatem coeundi, sed maleficiatus potest alias mulieres cognoscere, præter illam, cum qua maleficiatus est; & ideo, cum celebratur diuortium ratione frigiditatis, nō datur licentia

[n] *Si per sortiarias*] ibi dicitur, q. si maleficiati per orationes sanari nequeūt, separari valebunt ab vxoribus: et si alias duxerint, eis viuentibus, ad eas, quas reliquerant, non reuertantur, etiā si possibilitas coeundi eis reddita fuerit.

[o] *Studiose*] alias non sufficit cohabitatio.

[p] *Non tenet*] vnde quidam notauerunt ibi. Ignacus locutus est vt ignarus.

[q] *Cap. 1.*] ibi dr̄, qd̄ si vxor proclamauerit prior post dimidiū annum, vel post annum, conquerens de impotētia coeundi mariti, si ille negauerit huiusmodi impotentiam, credēdum est viro; quia caput ē mulieris: quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? cito em̄, & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisset.

[r] *Per occasionē*] de hac auctoritate fit mētio in c. laudabilem, qa dicitur ibi: si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium.

[s] *Si*

Digitized by Google

licentia viro, vt ducat aliam; &, si duxerit, separatur secundum matrimonium, & restituitur primum; qm̃ apparet deceptã fuisse Ecclesiam. 33. q. 1. de his. & requisisti. idē est si separat' propter arctationē mulieris, si ipsa [t] nubat alij. ext. de fri. & mal. fraternitatis. secus est, si ratione maleficij separãtur coniuges; quoniã vir, licet aliam accipiat, [u] non restituitur primæ. 33. q. 1. si per sortiarias.

§. 6. Nunc videndum est qualiter diuortium fieri debeat, si ambo procedũt ad iudicium, & [x] proclamant, vel alter eorũm tantum, & confitẽtur ambo, quod non possunt carnaliter commisceri: & quidem, ni si euidens sit impedimentum, pro quo valeant statim separari, vt dictum est, præcipiendum est vt iterũ cohabitent, bona fide dantes operam ad carnis copulam: & si vsque ad triennium [y] cohabitantes nõ possunt effici vna caro, tunc iurare debent septima manu propinquorũ, [z] vel bonorũ vicinorum corã iudice, qui de causa cognoscit, vir, aut mulier debet iurare, quod studiosã operam dedit, bona fide, & sine fraude, qp eam cognosceret, & non potuit proficere. mulier iurabit, qd̃ per eam nõ stetit, nec fraudem adhibuit, quin maritus cognosceret eam, sed non fuit ab eo cognita. [a] sacramẽtales iurabunt, qp credunt eos verum iurasse. arg. ext. de pur. cano. [b] quoties. & tales debent esse sacramentales, siue compurgatores, qui [c] cognoscant vitam eorum, & conuersationem, & credantur nolle peierare. ext. de pur. cano. inter solicitudinis. his iuramentis præstitis, si pp frigiditatem separantur, datur mulieri licentia nubendi, & non viro. 33. q. 1. requisiti. etsi propter arctationē mulieris, datur viro licentia nubendi, & [d] non mulieri. ext. de frigid. & maleficiat. fraternitatis. & si postea ille, scilicet frigidus, cui negatur licentia, contraxerit, separandum est [e] secundum matrimonium, & primum redintegrandum. si vero propter maleficium separantur, vtrique datur licentia nubendi. 33. q. 1. si per sortiarias. si autem proclamat, & dicit qd̃ vir eam cognoscere non potest, & vir dicit quod sic, & iuramento firmauerit quod eam cognouerit, standum est iuramẽto viri; quia caput est mulieris. 33. q. 1. si quis accepit. ext. de despon. impu. continebatur. nisi mulier

[f] *Si separatur*] ab illo, à quo non poterat cognosci sine periculo corporali, vt dictum est supra.

[t] *Nubat*] quia restituitur primo marito.

[u] *Nõ restituitur*] secunda viuẽte.

[x] *Proclamant*] agentes ad diuortium.

[y] *Cohabitantes*] à tempore cõtracti matrimonij.

[z] *Bonorum vicinorum*] vt in prędicto. c. laudabilem.

[a] *Sacramentales*] ideſt, ꝓpinqui, vel vicini, qui iurant cum eis.

[b] *Quoties*] ibi dicitur, quod ille, cui indicit purgatio super simonia, iurare debet, quod nec per se, nec per aliũ, nec aliquis pro eo, se sciente, aliquid dederit pro Ecclesia: compurgatores autem iurabũt, quod credunt esse verum, quod ille iurauit.

[c] *Cognoscant*] nõ tam moderno tẽpore, quam tranſacto. & qd̃ sint catholici, vita probati, vt in c. Inter solicitudines. vbi agitur de purgatione præstanda super hæresi.

[d] *Non mulieri*] quia ex quo est arcta quoad vnum, præsumitur arcta quoad oẽs, donec probetur contrariũ.

[e] *Secundum matrimonium*] hoc planum est quãtum ad frigidũ: quantum autem ad arctationem, distingue, vt supra dictum est, vtrum ab initio sine corporali periculo potuit cognosci à primo, vel non, vt in primo casu se parandũ sit matrimoniũ secundum, & primum restituendum, vt dicit Magister; in secundo nõ separetur secundum matrimonium,

Digitized by Google

monium, nec restituatur primũ; cum nullum fuerit ab initio.

f *Nec aliqua*] ibi dicitur à Cypriano, q̃ virgines inspiciantur ab obstetricibus diligẽter, & obseruentur; &, si virgines inuentæ fuerint, reconcilientur: & loq̃tur de illis, quæ iacuerunt cum masculis in eodem lecto, & tamen se esse intactas ab eis dicebant.

g *Proposuisti*] dicitur quod iuramento puellę, & testimonijs septem mulierũ, quæ ipsam virginem esse per inspectionem asseuerãt, est fides potius adhibenda, quam viro iuranti contrariũ.

h *Cautela tamen*] quidam libri nõ habent hoc vsque ad locum illum: si autem vir, &c. sed de nouo additum est à Magistro.

i *Super eo*] ibi confitebatur vir se cognouisse cõsanguineam vxoris suæ, ante cõtractum matrimonium, & idẽ confitebatur illa cõsanguinea, & idem clamabat aliqua pars viciniæ; dicit tamen, quod propter confessionẽ illorum, aut rumorem viciniæ separari non debent.

k *Quid si vir*] ad.

lier velit replicare cõtra eum, quia dicit eũ mentitum, & ostendit se virginem per aspectum corporis; tunc enim standũ est probationi mulieris. arg. 27. q. 1. [f] nec aliqua; & est expressum ext. de probat. [g] proposuisti, & ex quo ita probauit, separari possũt: [h] cautela tamen magna est adhibenda in huiusmodi inspectione, vt fiat per duas, vel plures matronas honestas, & peritas in opere maritali. ext. eo. c. vlt. ff. de ventre inspic. l. 2. & hoc, quia res illa occulta est, & non peruia visui; propter quod dicit canõ, quod manus obstetricum, & oculus sæpe fallitur 27. q. 1. nec aliqua. Si autem vir prouocat ad iudicem, & dicit se non posse cognoscere vxorem, & illa dicit se cognitam ab eo fuisse, si aliæ probationes non sunt pro viro, quamuis dicatur caput mulieris, tamen non est ei credendum in hoc casu, tum quia actor est, & si nõ probat quod asseruerat mulier, cum sit rea, etsi nihil præstiterit, absolui debet ab impetitione viri. 6. q. 5. accusator ext. de causa posses. & propriet. cũ ecclesia. & de iur. iur. c. vlt. tum etiam quia si crederetur verbo viri, multi non formidarent incurrere periurium, & possent diuidi ab vxoribus: immo, etsi ambo coniuges confiterentur contra matrimonium, non esset propter hoc ab Ecclesia separãdum; vt supra eod. §. nunc videndum: tum quia nonnulli inter se contra matrimonium vellent colludere, si suæ confessioni crederent esse standum; tum propter fauorem matrimonij. ext. de eo, qui cognouit cõsanguineã vxoris. [i] sup eo. & ext. de sent. & re iud. c. vlt.

§. 7. [k] Quid si vir sciens se frigidum, & ineptum ad contrahendum matrimonium contrahit matrimonium? item quid si scienter contraxit cum muliere arcta? item quid si mulier contraxit cum viro frigido, vel secto, numquid tales possunt petere separationes? ad primum videtur mihi dicendum, quod non potest vir recedere à tali vxore, si ipsa vult ei cohabitare. arg. ext. de eo, qui duxit in matrimonium. c. 1. ext. de frigid. & malefic. consultationis in fi. idem in casu conuerso, scilicet, si mulier contraxit cum aliquo, sciens se arctam. Ad alia duo videtur similiter idem dicendum arg. ext. eod. c. 1. §. illa autẽ. & C. de spons. l. vlt. ibi dicitur, quod sibi imputet, si scienter est coniuncta tali personæ, & q̃ a sero accusat mores quos ducẽdo talẽ personã in matrimonium, cõprobauit. ff. ad l. Iul. de adul. l. si vxor in fi. quid si frigidus cõ-

ditio noua est vsque ad illum locum; vt ergo finis.

l *Si vxor*] de causa stupri antea

trahit

trahit cum arcta, & vterque sciat suum impedimentum: credo, nisi ambo consentiant separationi, debent simul stare, sicut frater, & soror: vt in præal. consultatione. & ꝛ. per simile supra de impedimento conditionis. §. item nota. hæc, quæ dicta sunt, restringendo ad ipsum casum, dicendum est, quod propter tale impedimentum, non posset quis petere separationem: aliter enim posset, puta si alter eorum viuet incontinenter, aut alter inhoneste, & male tractaret eam, & maritus nollet se corrigere: & multo fortius, si alter, qui potens esset, contraheret matrimonium cum alia persona. arg. ext. de iur. iur. [m] quemadmodum. & ꝛ. supra de sponsalibus. §. vlt. Vt ergo finis congruat cum principio, & medium cum vtroque extremorum, sciendum est, quod omnia impedimenta superius enumerata, antequam matrimonium contrahatur interuenientia, seruatis distinctionibus super quolibet impedimento contractis, impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum; sed si postea sequantur, non impediunt, nec dirimunt. In summa notandum est, quod impedimenta superius explicata locum habent, quando illi, qui matrimonium contrahere debent, sunt fideles ambo: si enim ambo sunt infideles, & coniunguntur legitime secundum suum ritum, si postea conuertantur ad fidem, licet sint consanguinei, vel affines in secundo, vel tertio gradu, propter hoc separari non debent. ext. de diuort. gaudemus. in prin. & §. qui autem. si vero alter sit fidelis, & alius infidelis, non possunt contrahere. Require supra de disparicultu.

[m] *Quemadmodum*] ibi dicitur, quod post iuramentum de contrahendo cum aliqua, si fiat postea paralytica, vel leprosa, vel huiusmodi, non tenetur eam ducere; & si iurauit quis, quod de nullo crimine accusaret vxorem, nihilominus potest crimen eius denunciare Ecclesiæ, vt habeatur sicut ethnica, & publicana, si corrigi noluerit; & hoc, ne, propter impunitatem peccati, detur ei libera facultas peccandi.

De impedimento feriarum.

Extractatis impedimentis matrimonij, quæ impediunt matrimoniū contrahēdum, & dirimunt iam contractum, consequenter videndum est de his, quæ impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum; quæ sunt tempus feriarum, & interdictum Ecclesiæ: in tempore enim feriarum contrahi possunt sponsalia, & etiam matrimonium, quod solo consensu contrahitur, sed traductio vxoris, nuptiarum solemnitas, & carnalis copula prohibetur ext. de matrimonio contra interdictum Ecclesiæ contracto, per totum. & 33. q. 4. non oportet. & tribus sequentibus. item tempus istud feriarum taxatū est ab aduentu Domini, vsque ad octauam Epiphaniæ; & a Quadragesima, vsq; ad octauam Paschæ, & tribus septimanis ante festum beati Ioannis Baptistæ.

ptiſtæ. 33. q. 4. non oportet. de iſtis tamē tribus diuerſæ fuerūt quondam opiniones, quando inciperēt; ſed determinatū eſt hodie quod incipiunt tribus ſequētibus diebus ante aſcenſionem Domini, & protenduntur [a] ad octauam Pentecoſtes, ſicut legitur ext. de ferijs capellanus.

[a] *Ad octauam*] excluſiue; quia feſtum Pentecoſtes non habet octauas: vnde in Dominica poſt Pentecoſtes poſſunt nuptiæ celebrari, vt in cap. capellanus.

De matrimonio contra interdictum Eccleſiæ contracto. 16

SEquitur de interdicto Eccleſiæ, ſcilicet qñ aliquis prohibetur cōtrahere cum aliqua; quia forte dicitur conſanguinea eius, vel affinis, vel ſpōſa alterius; vel propter aliquod aliud impedimentum. ſuper hoc articulo diuerſi diuerſa dixerunt, quæ ad præſens potius ſunt ſilenda, quam loquenda: ſed ita tenendum eſt ſine aliqua dubitatione, quod illi, quotū matrimonium interdicitur, non debent contrahere; ſed, ſi contrahunt, niſi aliud impedimentum impediat, poſſunt ſimul pmanere, & non ſunt ſeparandi, niſi ad tempus, vt agant pœnitentiam, quia mādatum Eccleſiæ contempſerunt; ſicut expreſſe legitur ext. de matrimonio contra interdictū Eccleſiæ contracto, ptotum. ſi vero aliqua inueniuntur [a] decreta, quæ dicunt taliter coniunctos eſſe ſeparandos, exponēda eſt littera, quod ad tēpus ſunt ſeparandi, vt dictum eſt: & dictæ tres decretales expreſſe hoc dicunt. [f] In

[a] *Decreta*] vt 33. q. 4. non oportet. vbi dicitur: ſi factum fuerit, ſeparentur.

[b] *Sunt contrahenda*] in facie Eccleſiæ, quādo fit benedictio nuptialis: verius tamē credo, q̄ banitiones huiuſmodi debent fieri antequam matrimonium huiuſmodi contrahatur per verba de præſenti, ſiue in domo, ſiue in agro, vel alias vbicūque; quia per ſolum conſenſum contrahitur matrimonium.

[c] *Tales coniunctiones*] clandeſtinas, vel contra quas apparet p. babilis coniectura, & maxime in gradu ꝓhibito.

[d] *Intereſſe*] in benedictione nuptiali clandeſtine celebrata. Nūquid eadem pœna puniēdus eſt, ſi interfuerit contractui matrimoniali? Reſpondeo; credo quod ſic; ſi ſciat edicta, ſiue banna in eccleſia non fuiſſe propoſita; quia nō tantum cōtrahitur matrimoniū, cū benedictio nuptialis adhibet, ſed cum contrahentes conſentiunt per verba de præſenti.

[e] *Suſpendantur*] non eſt canon latæ ſententiæ.

§. 2. Sane, vt diuerſa circa matrimonium pericula euitētur, ſtatutum fuit in concilio generali; vt, cum matrimonia [b] ſunt contrahenda in eccleſijs, publice per presbyteros proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentū opponat: & ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſtat: cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec, quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documētis. Si autem parochialis ſacerdos [c] tales coniunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiam regularis, eis præſumpſerit [d] intereſſe, per triennium ab officio [e] ſuſpēdatur, grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit

f *In §. si quis autem*] agitur de pœnitentia iniungenda illis, qui sic contrahunt, & illis, qui malitiosè impedimentum opponunt contra matrimonium. Numquid peccat mortaliter sponsus, vel maritus, si ante benedictionem nuptialem, & bannitiones huiusmodi cognoscat sponsam, vel vxorem? Respondeo; credo quod sic, si sit in tali loco, vbi solēnitates huiusmodi de consuetudine adhibentur, & præcipue ex eo, quod si qs sponsam cognoscat, antequam eā traducat, imponitur ei pœnitentia vnius anni, vt in Riccardo lib. 9. c. virgines. sicut notauerit. sed his, qui taliter copulari præsumpserint, etiam in gradu concesso, cōdigna pœnitentia iniūgatur. si quis quoque, ad impediēdam legitimam copulā, malitiosè impedimentum obiecerit, præter pœnitentiā, quam debet agere de peccato, canonicam non debet effugere vltionem. probātur hæc omnia ext. de clandestin. despon. cum inhibitio. circa prin. & §. sane. & §. f si quis autē. & hæc de impedimētis matrimonij dicta sufficiant.

uit. H. 27. q. 2. coniuges. Sed numquid peccat mortaliter qui reddit debitum in hoc casu? Respondeo; de sponso, vel spōsa de futuro planum est quod sic; quia nec fornicario affectu deberent sponsus, & spōsa comisceri, nec etiā matrimoniali; quia ante bannitiones, & solēnitates hmōdi non debet cōsummari matrimonium per carnalem copulam. de vxore etiam, & marito idem credo, qa, etsi vxor, matrimonio cōtracto de præsenti, statim teneatur reddere debitū viro, & econuerso, non tamen tenetur reddere statim, ita quod, statim, determinet infinitū.

Qualiter, & quo modo mulier potest aliquem petere in virum, & restitutionem viri, si fuerit ab eo spoliata. 17

a *Contrahere potest*] in maleficiatis.
b *Alter tantum*] vt frigidus.
c *Pu-*

POstquam tractauimus de impedimētis matrimonij, quæ, & qualia sint, & quid iuris sit in quolibet impedimento, expedit summatim tangere, vt etiam circa hoc, quod suum est, iudicium pœnitentiale recipiat; qualiter in causis matrimonialibus sit procedendum. ad quod nota, quod quandoque agitur ad matrimonium cōtrahendum, quandoque ad matrimonium disiungendum. item si ad disiungendum; aut in toto celebratur diuortium, ita quod quilibet eorum a cōtrahere potest, vel b alter tantum, sicut dictum est, in tit. de impotentia coeundi; aut in parte celebratur, scilicet quo ad mutuam seruitutem carnalis debiti, vel cohabitationis, ita quod neutri eorum contrahere licet, vt fit in his, qui separantur propter adulterium commissum, vel fornicationem, vel causa religionis: & qualiter in quolibet illorum agendum sit, per ordinem videamus. sed quoniam, nec cōiunctio, nec separatio matrimonij facienda est, nisi aliquibus agentibus, & testificantibus, idcirco ostendamus, qui matrimonium accusare, vel qui in causa matrimonij testificari possunt; & qui filij iudicantur legitimi: vltimo de dote tractatum supponamus, quæ accessoria est matrimonij.

§. 2. Si mulier aliquem petit in virum, vel econuerso, videndum est vtrum ille, qui agit, velit intentare petitorium, vel possessorium iudicium, ideſt, an mulier dicat aliquem esse suum

suum maritum, quia contraxit cum ea, & petat eum sibi adiudicari in maritum, quod est agere in petitorio, quasi agat de proprietate, an eum petat sibi restitui, tanquam iniuste sit ab eo dimissa, quem dicit secum contraxisse, & agere possessorio, quoniam petit possessionem viri sui sibi adiudicari, de qua dicit se iniuste expulsam; & secundum diuersitatem istarum petitionum diuerso modo est agendum. si mulier agit petitorio, id est petit aliquem, dicens ipsum suum esse maritum, & ille negat, & excipit contra eam dicens: non potes mea esse vxor, quia consanguinea mea es, vel affinis, vel aliquod aliud legitimum impedimentum obijciat, primo cognoscit. exceptio mariti, quam petitio vxoris, quoniam probata exceptione mariti, principalis quæstio vxoris perimitur, & est absoluendus vir ab eius impetitione, ext. de ord. cognit. c. 1. si vero agitur possessorio, petens scilicet sibi restitui virum, licet maritus dicat: non potes mea esse vxor, quoniam consanguinitas est inter nos, vel aliquod aliud impedimentum obijciat, seu crimē aliud, prius debet fieri restitutio ipsi mulieri, quam de exceptione viri cognoscatur. vt ext. de rest. spol. ex conquestione. ext. de diuor. porro. & ista distinctio ponitur ext. de rest. spol. litteras. Quod autem dictum est, mulierem sine aliqua exceptione esse restituendam, fallit in quibusdam casibus; primus est, si obijciatur ei mulieri [c] publica fornicatio: tunc enim restitui non debet, si hæc fuerit probata, vel ipsa confiteatur, vel sit adeo notoria, quod non possit aliqua tergiuersatione celari, nisi ipsa replicet, & probet virum adulterium commisisse; quia tunc restitui debet, quamuis sit publice fornicata, vt ext. de diuor. significasti. alius casus est, si obijciatur consanguinitas [d] in diuina lege prohibita, & paratus est hoc in continenti probare; in hoc casu, licet fiat restitutio [e] in cæteris, tamen quo ad carnis copulam non restituitur. ext. de rest. spol. litteras. circa fin. tertius, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, a qua non est appellatum; non est enim tunc restitutio facienda, nisi primo de illa sententia cognoscatur. arg.

[c] *Publica fornicatio*] commissa ab ea, postquam recessit à marito, q verum est, siue spontanea recessit à marito, siue expulsa ab eo, aut dimissa inuita. Quid si notoria ē fornicatio mulieris, numquid potest vir eam expellere auctoritate sua; & si expulerit, numquid tenetur eā recipere? Respondeo. H. notauit. 32. q. 1. de benedicto. q etsi notoria sit fornicatio mulieris, quamdiu tamen ipsa non recedit à viro, nec publice moratur cum adultero, non potest vir eam dimittere auctoritate sua, vel expellere; quod si fecerit, cogetur eam recipere: si autem illam expulerit, & postea illa adulteratur notorie, non cogetur eam recipere, ac si publice morata fuisset cum adultero: si autem publice moratur cum adultero, non tenetur maritus eam recipere, siue eam expulerit, siue illa sponte recesserit: & in hoc casu secundum H. ea inuita potest monasteriū intrare, nisi & ipse fuerit fornicatus. Quid si vir talem sponte receperit, publice scilicet mo ratam cum adultero, numquid potest eam repellere auctoritate propria, si ipsa non cessauerit ab adulterio? Respondet H. quod non potest.

[d] *Diuina lege*] mosaica. Leuit. 18.

[e] *In cæteris*] quo ad exhibitionē: recipi tamen debet iuramentum ad cautelā, ne huiusmodi malitiosē fiant, vt in illo. cap. litteras.

[f] *Non*

ext.de offi.del.causam matrimonij. quartus casus est, in quo vir petens restitutionem restitui non debet, scilicet quando tanta est sæuitia eius, quod mulieri trepidanti non potest sufficiens securitas prouideri; vel quia prosequitur vxorem odio capitali, ext. de restitut. spolia. ex transmissa. &, litteras. in fin. in omnibus alijs casibus credo mulierem petentem restitutionem viri esse restituendam, & econuerso, sine aliqua qualibet exceptione, dummodo probet se in possessione fuisse à viro spoliatam sine iuris ordine: & quod hæc duo probare debeat, probatur ext. de offi. deleg. consultationibus. ext. qui filij sint legit. causam. 2. si vero ipsa se priuauerit iure suo, recedendo videlicet propria auctoritate à viro, & sine culpa viri, tunc, licet restitutionem petierit, [f] non est audienda; quia tunc non ipsa, sed vir potius dicitur spoliatus. 32. q. 1. de benedicto.

§. 3. Pone circa [g] tertium casum supra proximo positum, quod Ecclesia decepta per falsos testes, vel alio modo celebrat diuortium inter aliquos, deinde vir factus est sacerdos, postea inuentum est Ecclesiam fuisse deceptam, numquid iste sacerdos [h] restituetur vxori? credo quod si non potest induci ad continentiam, debet ei [i] restitui vir; quia etiam monachus restitueretur sibi: & tenebitur iste reddere debitum vxori petenti, sed non debet exigere; quia, quantum in se est, solennizauit votum. require in summa de pœnitentia, de vot. §. item alter coniugum. & §. item quid si maritus. vbi sufficienter tractatum est de his.

§. 4. Quid si mulier egit possessorio, & succubuit in causa, numquid potest postea agere petitorio? dicas quod potest; sed si egit petitorio, & succubuit, non potest postea agere possessorio: si vero incepit agere, non tamen peregit, & nondum est renunciatum testibus, nec plene liquet de causa, potest dimittere iudicium petitorium, & inchoare possessorium. ext. de causa possess. & propriet. pastoral. & lex dicit, quod non videtur renunciare possessioni, quia rem vendicare cœpit, & potest iudicium possessionis intentare, dimisso iudicio rei vendicationis. vt ff. de acquirenda possessione. l. naturaliter. §. nihil commune.

§. 5. In summa nota, quod si reus confessus fuerit in iudicio, quod actor proponit, standum est confessioni eius, nisi per confessionem illam

[f] *Non est audienda*] secundū quosdā. Vincentius tamen notauit ext. de diuor. significasti. quod in hoc casu restituēda sit mulier: & credo quod verum sit; quia eo ipso, qđ rediens non admittitur, expulsa est, & cadit à possessione. ff. de acquirenda possessione. clā possidere. §. vlt. secundum H. etiā, propter fornicationem cōmissam ab vxore, siue propter hoc expulsa est à marito, seu sponte recesserit, nō est ei deneganda viri restitutio, nisi publice ipsa fuerit fornicata, vel cū adultero publice morata: in quo casu intelligit H. illud c. de bndicto. arg. pro hac opinione. ext. de iureiuran. tua nos. 2.

[g] *Tertium casum*] quando scilicet lata est sententia diuortij.

[h] *Restituetur*] si illa petierit eum.

[i] *Restitui*] si eū repetat illa. Quid si non repetat illa, numquid ille poterit eam repetere? Respondeo; credo quod non, quia p̄iudicauit sibi

sibi per sacri ordinis susceptionem. Quid si ipsa ingressa ē monasterium, alias non ingressura, nisi quia credebat diuortiū iuste celebratum, numquid cōspecta veritate poterit repetere virū subdiaconū, vel monachum? Respondeo; credo quod non; qa causa non impedit votum monachatus. arg. ext. de vot. magnæ. & de cōuers. coniug. expertæ. H. tamen notauit 27. q. 2. Agatosa. quod si vterque duorū coniugum, pro eo quod credit reliquum esse mortuū, intrat monasteriū, cōperta postea veritate, pōt vterque reliquum repetere; quia neuter fuit monachus, vel monacha, nec eo animo intrauit, vt fieret monachus, si alter viueret: & ponit exemplum de vxore, quæ, credens virum suū esse mortuum, nupsit secundo, à quo non tenetur recedere, nisi cognita postea veritate de vita primi mariti.

illam fieret[k] præiudicium matrimonio, de quo agitur, vel etiam alteri matrimonio; timeretur enim tūc collusium. ext. de clandest. despon. quod nobis. & de eo, qui cogn. consang. vxor. suæ. super eo. si vero interrogatus in iure, negat qd proponitur, probare debet qui proponit, & si non probat, succumbit. ext. de causa possess. & proprie cum Ecclesia. ext. de iure iur. c. vlt. Item non est prętermittendum, qd ad omnia quis restituēdus est, de quibus probauit se spoliatū, & vt gaudeat pacifica possessione, & plena securitate 3. q. 1. redintegranda. sed si mulier dicat se habere virum suspectum, quod eam lædat in persona, vel rebus, dummodo verisimilē causam ostendat, quare habeat ipsum suspectum, ad officium iudicis spectat iubere caueri sibi sufficienti cautione, qd maritus tractabit eam in lecto, in mensa, & in omnibus, sicut vir tractare debet vxorē; & quod non lædet eā in persona, vel rebus, nec aliquo modo dehonestabit eam; salua tamen correctione honesta maritali: & hanc cautionem debet præstare maritus per iuramentum. 32. q. 1. de benedicto: sed si mulier nō confidit de iuramento viri, qa forte timet parum iuramentum, illam cautionem debet præstare, quā magis timet, scilicet pignoratoriā, vel fideiussoriam cautionem sub præmissa pœna. arg. ext. vt lege non cont. quoniam frequenter. §. vlt. 23. q. 5. prodest. & 23. q. 4. ea vindicta.

[k] *Præiudicium*] matrimonio carnali. nūquid idē est, si fiat præiudiciū matrimonio spirituali; vt si mulier facta monialis confiteat̄ se esse vxorem alicuius, q repetit eam? Respondeo; Vincētius notauit ext. de rapt. cū causa. quod in hoc casu stādum est confessioni mulieris, & restituēda viro repetenti: nulli enim fit præiudiciū per hoc, nisi sibimet ipsis, nec est credendum eos esse immemores suę salutis: aliud tn dicit esse dicendum in rebus, quas dedit huiusmodi mulier monasterio. nota etiam, quod vbi agitur ad dissolutionem matrimonij, nō creditur confessioni partium: 35. q. 6. si duo. si vero agitur ad diuortium, tori, prætextu fornicationis, statur cōfessioni illius, qui de sua fornicatione confitetur.

De diuortio propter consanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum.

Dictum est supra qualiter ad matrimonium cõiungẽdum agatur, sed quia plerumque coniũctum separatur ideo consequenter videndum qualiter matrimonium separetur, & quia accusatio debet præcedere diuortium, ideo primò videndum est qui matrimonium accusare, & in ipso testificari possint, & qualiter accusatio sit faciẽda. Ad hoc sciẽdum est, quod quilibet potest accusare matrimoniũ ad plenum diuortium celebrandum qui nõ prohibetur.

§. 1. Prohibentur quoq; generaliter oẽs [a] extranei, quousque sunt aliqui de consanguinitate coniugum, qui velint, & possint matrimonium accusare; consanguineis autem deficientibus, admittuntur antiquiores, & veraciores vicini, quibus eadem propinquitas nota sit. & est istud speciale, quod consanguinei ad accusationem matrimonij admittuntur, sicut pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & tota eorum procreatio. vt 35. q. 6. c. 1. & 2. ext. qui matrimonium accus. poss. [b] videtur nobis. Ratio autem est, quia vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & cartis, cum recitatione maiorum scire laborat: veruntamen in multis locis hoc hodie non seruatur; quoniam extranei admittuntur ad accusationem, etiam existentibus cõsanguineis, qui hoc possunt. Item tam maritus, quã vxor potest matrimonium accusare, sed tamen, tam ipsi coniuges, quam extranei prohibebantur olim ab accusatione temporis diuturnitate, scilicet si steterant simul sine quæstione per 20. vel 28. annos, & iura super hoc prodita erant, & super eis multa nominata, quæ omnia reuocantur expresse per const. Conc. generalis. ext. de consanguinit. & affinit. non debet. §. prohibitio. verum ergo iam vsque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, vt si quis [c] contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum; cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, sed augeat, tantoque sint grauiora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.

§. 2. Po-

[a] *Extranei*] hoc prohibetur. 35. q. 6. cap. 1.

[b] *Videtur nobis*] ibi dicitur, quod parẽtes, fratres, & cognati vtriusque sexus admittendi sunt in testimonium, ad matrimoniũ coniungendum, vel dirimẽdum; etsi illi defuerint, proximiores. & quod legitur, quod pater non recipiatur in testimonio pro filio, & ecõuerso, in causis criminalibus & in contractibus intelligendũ est, nõ in matrimonio coniũgendo, vel dirimendo prętextu consanguinitatis.

[c] *Contra prohibitionem*] quæ hodie prohibet matrimonium coniungi in quarto gradu cõsanguinitatis, & affinitatis primi generis, & non vltra, in d. c. nõ debet.

[d] *Si*

§. 2. Pone quod aliquis tempore contractus matrimonij tacuerit, postea vult accusare matrimonium, numquid potest? Ad hoc sufficiat distinctio decr. ext. qui matrimonium accus. pos. cum in tua. [d] si vero post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodirit in publicum, quando banna secundum consuetudinem in ecclesijs edebatur, vtrum vox suæ debeat accusationis admitti, merito quæri pot, super quo sic duximus distinguendum: quod si tempore denunciationis præmissæ, is, qui iam coniunctos impedit, extra diœcesim existebat, vel alias denunciatio non potuit ad eius notitiam peruenire, vtputa si nimio infirmitatis feruore laborans, sanę mentis patiebatur exilium, vel in annis tam teneris constitutus, quod ad cõprehensionem talium eius ætas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri, alioquin cum rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publice factam idem existens in ipsa diœcesi minime ignorauerat, tamquam suspectus est proculdubio repellendus, nisi proprio firmauerit iuramẽto, quod postea dicerit ea, quæ obijcit, & ad hoc ex malitia non procedat; quia tunc, etiam si didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eisdem aditus accusandi; quoniam & si ab accusatione huiusmodi culpa de tali silentio contracta illos excluderet, iste tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non existat. [Patet ex his, quæ dicta sunt de accusatione, qui possint testificari contra matrimonium, & qui non: quoniam omnes, qui admittuntur ad accusationem, admittuntur ad testimonium, dummodo sint legitimæ personæ ad testificandum; alias, etiam [e] qui prohibentur ab accusatione, à testimonio prohibentur.

§. 3. In summa nota, quod si fiat accusatio super [f] fœdere matrimonij, hoc est quando matrimonium dicitur nullum esse propter consanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum, potest contra contumacem, lite non contestata, procedi ad testium receptionem, & etiam ad [g] definitiuam sententiam: si autem fiat accusatio de adulterio ad tori separationem, [h] secus est. ext. vt lit. non cont. cap. 1. & c. quoniam frequenter §. porro. Item licet pater, & mater sint idonei testes pro filio, vel filia, vbi agitur de fœdere matrimonij, idest vtrum sit talis consanguinitas inter illos, de quibus agitur, quæ debeat [i] impedire matrimonium, vel non, vt ext. qui matrim. accus. poss. videtur nobis. tamen si de ipso contractu, id est, vtrum matrimonium sit inter

[d] *Si vero post*] verba sunt illius capituli: cum in tua. vsque ibi, patet ex his, & cætera.

[e] *Qui prohibentur*] scilicet qui erant in diœces. quãdo banni fiebant secundum formam illius. c. cum in tua.

[f] *Fœdere matrimonij*] coniũgendo, vel dirimendo.

[g] *Definitiuam sententiam*] sicut expressum est in illo. §. porro.

[h] *Secus est*] quia nec ad testium receptionẽ, nec ad diffinitiuam sententiam procedere, debet ante litis contestationem, vt in d. §. porro.

[i] *Impedire*] contrahendum, vel dirimere iam contractum.

[k] *Epi-*

k *Episcopus in synodo*] non est expressum in capitulis, quæ hic allegat Magister, quod in causis matrimonij idē possit esse accusator, & testis; sed in illo.c.Episcopus. agitur de septem testibus synodalibus,qui debent esse maturiores, & honestiores, atque veraciores viri, sub qua forma debeant iurare Episcopo, quod quicquid nouerint, aut viderint vsque modo, aut postea inquisituri sunt, contra Deum, aut Christianitatem factum esse, aut faciendum in illa parochia,si sciūt, aut indicatum est eis, ipsi nec propter parentelā, nec propter amorem, nec propter timorem, aut pretium celabunt Epō, aut eius missō.

l *De parentela*] ibi exprimitur eadem forma iuramenti.

m *Præterea*] ibi dicitur, quod si testes publici,qui synodales vocantur, super causa matrimoniali coram ordinario Episcopo semel testimoniū dixerint, compellendi nō sunt coram delegatis iudicibus super eadē causa iterum iurare; dummodo alias fiat fides. Iudicibus, nisi articulus nouæ quæstionis emergat.

inter eos contractum quæstio ventiletur,tāquam suspecti sunt repellēdi, nisi ille, cuius filius, vel filia coniuncta dicitur, superior ē diuitijs,nobilitate, potentia, vel honore. & hoc credo,quia parentes videntur filiorum incrementum, & honorem diligere.ext.de testib.super eo. Item in causa matrimonij idem potest esse accusator,& testis.arg. 35. q. 6. k Episcopus in synodo. & l de parentela. ext. de testib. cogend. m præterea.

Qualiter accusatio sit facienda in matrimonio contracto vel contrahendo.

n Inscriptio] in qua accusator se obligat ad talionē.

o *Denunciatio*] canonica,secundum illud Euangelij: si peccauerit in te, &c. Matt. 18.

p *Litteras*] in antiqua decr.habetur ita:accusatoresapparebūt exhibentes chartam,ex vtroque latere quartam cōsanguinitatis lineam continentem.

q *Nec*

Postquam tractauimus,qui matrimoniū accusare possint, & q non,consequenter videndum est, qualiter accusatio fieri debeat: ad quod nota,quod in matrimonio improprie dicitur accusatio; quia non fit n inscriptio, sed dicitur o denunciatio,quę fit propter peccatum,in quo permanent: fit autem denunciatio quandoque sine scriptis; sed melius, & tutius est, vt in scriptis fiat. ad hoc est arg. ext.de rest. spoliat. p litteras. ext. qui matrim.accus.poss.à nobis. huius accusationis, vel denunciationis forma talis est: ego talis dico, vel denuncio vobis,domine Episcope,quod matrimonium Petri,& Mariæ stare nō potest, quia sunt cōsanguinei in tali gradu:vel,si est alia diuortij causa, ipsam debeo apponere in libello. Præterea in consanguinitate,vel affinitate solet dari alius libellus, & parti aduersæ ostendi, vt sciat qui impetitur, quid actor probare velit, in quo contineantur gradus consanguinitatis, & personæ proprijs nominibus designatæ.

§. 2. Porrecto vero libello, sacramentum de veritate dicenda à partibus suscipiatur, & examinatio, & probatio per ordinem fiat. Pone quod duo fratres, vel duo consanguinei habent duas sorores, vel duas consanguineas in vxores,in alterū, & vxorem fertur sententia diuortij pp consanguinitatem ab Ecclesia,quæritur,vtrū alter propter hoc possit separari

rari ab vxore sua, vel qualiter cum ipsa se debeat habere: ad hoc dicas, quod nullo modo potest propter hoc separari; quia res inter alios acta aliis non præiudicat. ext. de fide instrum. inter dilectos. quantum autem ad carnis copulam distinguo, quia aut scit consanguinitatem, aut aliud perpetuum impedimentum inter se, & vxorem suam, aut credit. in primo casu non exigat, [d] nec reddat; in secundo, si credit ex causa probabili, [e] reddat, sed non exigat: si autem credit ex causa leui, vel temeraria, reddat, &, si potest, [f] deponat erroneam conscientiam, & postea exigat. ext. de sent. excom. [g] inquisitioni.

§. 3. In summa nō est prætermittendum, quod in cōtracto iam matrimonio accusatio locum habet; in contrahendo vero nequaquam: quia non habet locum accusatio, cum non est, qui legitime accusari possit; sed potest denunciari consanguinitas, vel aliud impedimentum, pro quo matrimonium prohibetur, ext. de despon. impub. ad dissoluēdum. Item antequam contrahatur matrimonium, vel sponsalia, sufficit [h] sola denunciatio sine probatione, si non interuenerit iuramentū; alioquin necesse est probare saltem famam. ext. de sponsal. præterea de muliere. ext. de consangui. & affin. super eo.

d *Nec reddat*] sed humiliter sustineat excommunicationem, si propter hoc excommunicetur.

e *Reddat*] sed non exigat, ne in adulterio, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiæ committat offensam. vt in fin. c. inquisitioni. de sent. excom.

f *Deponat*] ad consiliū sui prælati, quod debet facere. arg. 23. q. 1. quid culpatur. ibi, ergo vir iustus, &c. & idē credo de consilio bonorum virorum, & peritorum.

g *Inquisitioni*] in hoc c. habetur prædicta distinctio. nūquid cum aliquis audit perpetuum impedimentum esse inter se, & vxorem suā, tenetur inquirere veritatem, maxime si credit, q impedimentum illud probari nō possit in iudicio? R. si audiuit illud impedimētum à fide dignis, & non suspectis, cum non debeat esse negligens suę salutis, tenetur inquirere veritatem, nec debet dissimulare, vt q per hoc minus peccet, q nescit veritatē; quia hæc esset affectata ignorantia, quæ non excusat: & si ad testimoniū alicuius fide digni, iurati, vel nō iurati cōcipiat probabilem opinionem, non debet exigere, licet debeat reddere. Sed numquid tenetur credere huiusmodi viro fide digno, maxime iurato, dicenti se scire veritatem? item numquid tenetur credere compari suo, similiter dicenti, aut etiam sacerdoti suo, aut etiā famæ publicæ? Respondeo; non credo quod teneatur, ita quod mortaliter peccet, si non credat, licet peccet venialiter, & ex humana tentatione, si non credat, vbi probabiliter credendum est, sicut & peccare potest venialiter, credendo nimis de facili, vbi credendum nō est. Nūquid peccat mortaliter sacerdos, vel etiam alter coniugum, vel quicumque alius insinuādo hmōdi impedimentum alteri coniugum, vel ambobus? R. si credit quod probare non possit, indiscrete agit, nisi credat quod velit in hac parte peritorum consilio obedire. Quid si probari possit impedimētum, & hoc credat, vt sciat. sacerdos parochialis, vel alter cōiugum? R. credo quod tunc tenetur, tā iste, quam ille sollēniter ad diuortium agere, nisi impetrari possit de consensu communi ipsorum coniugum, quod cohabitēt simul, tamquam frater, & soror. Numquid propter quantamcumque probabilem opinionem de impedimento perpetuo, absque tamen certa conscientia tenetur alteruter coniugum, vel vterq; denegare debitum reliquo? Respondeo; non tenetur, nisi illa probabilis opinio surgat ex tali facto, super quo indicat canon præsumptionem; vt quando vxori constat, quod vir eius, ante matrimonium cum ea contractum, iacuit nudus cum nuda sorore, vel consanguinea eiusdem vxoris.

h *sola denunciatio*] hoc bene credo, si non sit suspectus denuncians; si autem sit suspectus de calūnia, credo ipsum debere iurare, quod bona fide denunciet.

De diuortio propter fornicationem.

§. 1. IN superiori titulo sufficienter ostensum est, qui admittãtur ad accusationem matrimonij, & qualiter sit faciendum, cum diuortium postulatur in totum, consequenter videndum est, qui admittantur ad accusationem, quæ fit propter fornicationem, quando agitur ad separationem tori, & relaxationẽ mutuæ seruitutis. & talis accusatio magis proprie dicitur accusatio, quam illa, de qua dictum est in præcedenti titulo; quoniam ista fit propter adulterij crimen, [a] & fit [b] cum inscriptione. Item licet tam secundum canones, quam secundum leges, quilibet bonæ famę admittatur ad accusationem adulterij, cum ad pœnam agitur legalem, vel canonicam infligendam, ad illam tamen accusationem matrimonij, quæ fit propter adulterium commissum, cum agitur ad tori separationem, nullus admittitur, nisi maritus, vel vxor, de qua in præsenti titulo tractare intendimus. Videndum est ergo qualiter huiusmodi accusatio debeat fieri, & quando maritus prohibeatur ab accusatione adulteræ vxoris, & quis sit effectus accusationis, si probat quod intendit.

§. 2. Circa primum articulum teneas, quod maritus volens accusare vxorem de adulterio coram iudice seculari ad pœnam legalem, debet inscribere, id est, libellum accusationis facere, & ad pœnam talionis se [c] obligare: sed si coram ecclesiastico iudice vult eam accusare ad tori separationem, [d] tenetur ei dare libellum accusationis, sed non debet se obligare ad pœnam talionis: quoniam, siue probaret quod obijceret, siue non, haberet quod vellet, id est, priuaretur ab vxoris amplexu. ext. de procur. tuæ fraternitatis. Notandum autem quod in hac accusatione, sicut in reliquis casibus matrimonialibus, potest maritus agere, & illa respondere per procuratorem, quamuis securius in præsentia principalium personarum ageretur, vt dicitur in ead. decr. tuæ fraternitatis. Forma vero libelli accusationis talis esse debet: Anno Domini nostri Iesu Christi 35. &c. [d] residẽte domino &c. Sequitur videre quando maritus potest vxorem de adulterio accusare, & quando non, vel econuerso vxor virum; quia in hoc casu nõ ad imparia iudicantur. vt 32. q. 1. si quis vxorem. & q. 5. præcepit Dominus. &, Christiana religio. & est quidem generaadulterium

adulterium

[a] *Et fit*] id est expedit, vt fiat, tamen nõ est necesse.

[b] *Cum inscriptione*] non tamen vir, vel mulier accusans obligat se ad talionem, vt infra dicetur.

[c] *Obligare*] nec potest agere per procuratorem, sed per seipsum præsentem accusare oportet, vt in d. c. tuæ fraternitatis.

[d] *Tenentur*] de iure stricto, licet aliter fiat alicubi de consuetudine. & in hoc casu sustineri potest, quod agat per procuratorem, si necessitas sit; quia etsi de crimine fit accusatio, nõ tamen est criminalis, sed quasi mixta inter criminalem, & ciuilem; licet in præsentia principalium personarũ securius procedatur.

[d] *Residente domino*] formula libelli est: Anno Domini &c. residente Gregorio IX. in Apostolica sede, & dño V. Epo, in Au-

Digitized by Google

Aurelien. Ecclesia, idus Septembris, indictione x. ego P. accuso vxorem meam Bertam, de adulterio apud te, domine G. Aurelis Episcope, quia dico ipsam commisisse adulterium cum Martino in villa Mandun, in domo G. in mense Maii præsentis anni nuper transacto, qđ paratus sum legitime probare: vnde peto à cohabitatione eius, & seruitute, quâ sum ei obligatus, absolui. hæc forma libelli huius habetur in illo c. tuæ fraternitatis. & 2. q. 7. libellorum. & nota de hoc versus.

Consule mense, die, coram prætore professus,
Te de fratre reum, crimen, loca pone, sodalem.
Et licet hora, dies, nō mensis prætereatur.

Quasi dicat, non tenetur diem, nec horam cōmissi criminis in libello exprimere, sed mensem tamen institutæ accusationis exprimere debet.

e *Dicente*] Matth. 19.

neraliter verum, quod maritus potest accusare, & dimittere vxorem propter fornicationem, & econuerso, [e] dicente Domino in Euangelio: omnis qui dimiserit vxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, mœchatur. ista sententia extenditur ad fornicationis suspicionem: quod intelligo, vbi adeo est violenta suspicio, vt merito, illa probata, videatur etiam probata fornicatio. verbi gratia, si probatum est, quod fuit solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto iacens, loco, & hora secretis, ad hoc commodis. 32. q. 1. dixit Dominus in Euangelio. verſ. vbicumque igitur est fornicatio, vel fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur. vt ext. de præsump. litteris. fraternitatis tuæ. Item credo quod extenditur ad [f] crimen sodomiticum, vt propter illud possit vxor dimittere virum, & econuerso. 32. q. 7. omnes causationes. &, adulterij malum. item [g] intelligendum est etiam de spirituali fornicatione; verbi gratia, si maritus, vel vxor incidat in hæresim, iudaismum, vel gentilitatis errorem. 28. q. 1. idolatria. ext. de diuor. quæsiuit. &, de illa. &, quanto. Est tamen differetia in hoc, quia propter fornicationem carnalem semel commissam potest vir dimittere vxorem, & vxor virum; propter fornicationē autem spiritualem nō potest, si vellet se corrigere. ext. de diuort. de illa.

§. 4. Sunt tamen quidam casus, in quibus vxor adultera nō potest accusari à viro. Primus, si ipse conuincitur fornicari, vt 32. q. 6. per totum. ext. de diuor. significasti. adulterium

Quid si aliquis polluat aliquā aliam, quā vxorē extra claustrū pudoris, vel vas; vel aliqua, vel aliqs polluit se proprijs manib', numquid pp hoc poterit dimitti ab vxore, vel econuerso? arg. quod sic. 32. q. 4. meretrices. vbi dicitur ab Augustino, quod nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus intelligi debet. R. H. & Io. dicunt qđ non credunt, qđ propter hoc possit dimitti maritus, vel vxor. arg. 35. q. 3. extraordinaria. Numquid propter voluntatē fornicandi, sine actu poterit dimitti vir, siue vxor, cum huiusmodi voluntas dicatur fornicatio 32. q. 7. non solū? R. non pōt dimitti propter huiusmodi voluntatem, qa cum dicitur, qđ propter fornicationē potest dimitti vir, vel vxor, verbū fornicationis cū effectu accipiēdum est. arg. de pœn. dist. 1. hæc autē verba.

notauit super illud capitulum 32. q. 4. meretrices, quod, propter quamlibet pollutionem extraordinariam, potest vir vxorem, vel vxor virum dimittere, si alter agat cum altero in membro innaturali, vel posteriori. in c. etiam. quod habetur. 32. q. 7. omnes causationes, satis idem notasse videtur. Quid si ali-

f *Crimen sodomiticum*] scilicet dum masculus in masculū, aut fœmina in fœminam turpitudinem operatur. Quid si vir cum propria vxore tale opus exerceat? Respondeo; H.

g *Intelligendum*] scilicet quod propter hoc possit dimittere virum, & econuerso.

h Pro-

Secundus, si ipse prostituit eam. ext. de eo, qui cogno. consangui. vxor. suæ. discretionem. Tertius, cum ipsa credebat virum defunctum, & ipsa nupsit alij, quia maritus rediens tenetur eam recipere, non obstante tali adulterio, nisi steterit scienter cum secundo marito, postquam primus venerit. vt 34. q. 2. cum per bellicam. &, si virgo. Quartus, si cognita fuerit latenter ab aliquo, quem credebat esse proprium virum. vt est arg. 34. q. 2. in lectum mariti. Quintus, si fuerit vi oppressa. vt 32. q. 5. [h] proposito. hoc autem intelligo de vi absoluta: nam si metu, vel præcepto parentum, instantia consanguineorum, vel alia consimili causa fornicaretur cum aliquo de facto, non excusaretur. vt 32. q. 7. [i] omnes causationes. Sextus est, quando reconciliauit eam sibi post adulterium commissum, vel eam publice adulterantem [k] retinet in consortio maritali. 32. q. 1. c. 1. 2. & 3. C. ad leg. Iuliam de adult. crimen adulterij. Septimus est, licet raro occurrat, quod si aliquis infidelis coniugem infidelem dimittat, dato sibi libello repudij, & illa nubat alij secundum ritum suum; si ille conuertatur ad fidem, & ipsa similiter conuertatur, ipse tenetur eam recipere, non obstante, quod sit ab alio cognita, cui se coniunxerat, nisi aliter fuerit fornicata. ext. de diuort. gaudemus. §. vlt.

§. 5. Effectus huius accusationis est, quod si maritus probat quod intendit, vel mulier hoc confiteatur, nisi mulier replicet contra eum aliquem de prædictis casibus, absoluitur ab eius cohabitatione, & à seruitute, qua sibi tenebatur, & habitum religionis ea inuita sumere potest. vt 27. q. 2. [m] Agathosa. & in seculo sine ea viuere potest; sed tamen continere tenetur, quandiu illa viuit.

§. 6. Pone quod lata est sententia diuortij ad separationem tori, propter adulterium vxoris, postea vir adulteratur, quæritur vtrum mulier possit ipsum repetere non obstante

eam, & intrauerit monasteriū, numquid potest reuocari ab ea? R. H. videtur notasse super illud c. Agathosa. quod si publice morata est cum adultero, vir ante sententiam Ecclesiæ potest intrare monasterium, ea inuita; sed eo inuito illa non potest. Quid si vterque commisit fornicationē, potest ne alter altero inuito intrare monasteriū? Respondeo, non potest, & si intrauerit sine cōsensu alterius, extrahet ab eo; quia cum sit in pari causa turpitudinis, neuter potest dimittere, vel accusare. & secundum H. ille etiā, qui immunis est à fornicatione, in nullo casu pōt monachari, altero inuito, ante iudicium Ecclesiæ, nisi cū alter publice morat' est cum adultero. Quid

[h] *Proposito*] ibi dicitur ab Aug. qđ corpori non aufert sanctitatem violentia libidinis alienæ, quā seruat perseuerantia suæ continentiæ.

[i] *Omnes causationes*] Hieronymus ibi: nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris pstationem, patris auctoritatem, ppinquorum cateruam, tuorum insidias, damna rei familiaris. quasi dicat, ista non excussant adulterantem.

[k] *Retinet*] talis enim, secundum Chrysostomum, fatuus est, & iniustus, qui retinet meretricem; quia secundum Hiero. qui tenet adulterā, stultus est, & impius est, & viri fornicatio vxorē coinquinat, vt iam non sit viro suo licita, sed adultera. hæc dicuntur c. 1. 2. & 3. hic suppositis.

[l] *Confiteatur*] cuius confessioni creditur contra se.

[m] *Agathosa*] ex illo c. habetur, quod si propter fornicationem vir dimiserit vxorem, & intrauerit monasterium, non potest ab ea reuocari. Quid si propria auctoritate dimiserit

Digitized by Google

sententia. solutio : dicunt quidã quod nõ, & credo verũ esse [a] de rigore iuris. arg. 6. q. 4. qđ bene semel definitum est, nulla debet iteratione retractari. Iudex tamen ex officio suo debet illum cogere redire ad vxorem. arg. ext. đ iur. tua nos. 2. & de diuor. ex litteris: &, gaudemus. & Apostolus. ad Cor. 1. cap. 4. his, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorẽ à viro nõ discedere; quod si discesserit, manere innuptã; aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. Pone [o] quod vir vult eã reconciliare sibi post sententiam, illa non vult, numquid est cogenda, aut peccat, si non redeat? videtur mihi quod si vir innocens est, quia non peccauit adulterãdo, [p] potest petere illam, etiã [q] inuitam, sibi reconciliari, non obstante sententia, quia quod fauore meo introductum est, in damnum meum retorqueri nõ debet. C. de leg. quod fauore. Pone quod vir adulteratus est, & occulte, vxor manifeste, numquid potest vir eam accusare, & per sententiam dimittere sine peccato? credo q̃ non; quia non deficit vxori ius excipiendi, sed probatio. arg. 32. q. 6. per totum. si tamen vir egisset pœnitentiam, & vxor monita nollet agere pœnitentiam, sed perseueraret in adulterio, credo quod sine peccato posset eam accusare, & dimittere per sententiam. 32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. sed numq̃d vxor adultera post pœnitentiã potest repellere virum ab accusatione, vel econuerso vir vxorem? Videtur quod sic, quia, sicut ait Gregorius, non debet despici in eo qđ fuit, quia iam incipit esse q̃ nõ fuit. dist. 50. ferrum. credo tamen contrariũm, quia pœnitentia non tollit ius accusandi, vel excipiendi, vel replicandi in foro iudiciali, siue contentioso. dist. 25. primum. 33. q. 2. admonere. 6. q. 1. qui crimen intendit, vbi videndum est, si ipse fuerit non criminosus antea. ext. de testib. [r] testimonium.

Quid si vterque intrat monasterium sine licẽtia alterius, nũquid alter poterit exire, & repetere alterum? R. H. quod non, quia votum vtriusque tenuit quantum ad non exigendũ: ad quid ergo alter peteret alterum, cum ab eo nihil repetere posset? præterea vterq; in ipso ingressu religionis videtur absoluere reliquum à debito reddendo; & ita vtriusque votũ tenet, & quo ad non exigendum, & quo ad nõ reddendum debitũ.

[a] *De rigore iuris*] de canonica tamen æquitate potest ipsa eum repetere; quia exceptionem rei iudicatæ elidit replicatio de adulterio.

[o] *Quod vir*] qui separatus est ab vxore propter fornicationem vxoris.

[p] *Potest petere*] Quid si illa iam ingressa est monasterium, ipso non contradicẽte, numquid poterit eam reuocare? Respõdeo; credo quod nõ.

[q] *Inuitam*] videtur tamen H. notasse super illud. c. Agathosa, qđ lata sententia diuortij propter fornicationem, idem iudicium est de viro, & muliere, scilicet quod vterq; inuito altero põt intrare monasterium; quia per sententiam Ecclesiæ vterque ex toto renũciat iuri suo.

[r] *Testimonio*] nã vt ibi dr, quãuis testis pœnitentiã egerit de crimine, poterit tamẽ in criminali causa repelli à testimonio propter illud, si probetur contra eum inmodum exemptionis: in ciuili autem causa, si probetur, non repellitur, post quam emendatus est de crimine, nisi contraxerit infamiam ex illo, præterquã pro reatu periurij.

[a] *In*

De numero teſtium tam in matrimonio, quam in alijs caſibus. f. 23.

VLtimo videndum eſt quot teſtes in cauſa matrimoniali ſufficiant: & generaliter verum eſt, quod duo teſtes; tot enim ſufficiunt regulariter in omni cauſa, vt teſtatur veritas in Euangelio. vt ext. de teſtib. [a] in omni negotio. 2. q. 4. §. 1. fallit hæc regula ꝑ quibuſdam caſibus, in quibus certus numerus eſt ſtatutus. 4. q. 2. & 3. c. 2. §. vbi numerus. vnus caſus eſt, quia ſi forte accuſaretur clericus Romanæ Eccleſiæ, plures teſtes exigerentur, quã duo. 2. q. 4. [b] præſul. &, nullam. quidam tamen intelligunt illud ex cauſa; alias enim ſufficerent duo boni teſtes, etiam in hoc caſu. 2. q. 4. §. vlt. alius caſus, vbi infamatus de crimine debet ſe purgare. ℟. in ſumma de pænitentia, in tit. de purgationibus. §. circa proceſſum. verſ. eſt autem digna ſatisfactio. item in teſtamentis [c] requiruntur ſeptem, vt C. de teſtament. hac conſultiſſima. in codicillis, & alijs vltimis voluntatibus, quinque, vt C. de codicil. l. vltima in fine. videtur tamen quod iſtæ leges non teneant. per decre. ext. de teſtam. cum eſſes. &, relatum. vbi expreſſe dicitur, quod in teſtamentis ſufficiunt duo, vel tres teſtes. [e] vel dic illas decre. reſtringendas eſſe ad pias cauſas, vt puta ſi in teſtamento, uel codicillis legaretur aliquid pauperibus eccleſijs, uel alijs pijs locis, ualent quantum ad illa, etiam cum duobus, uel tribus teſtibus. item licet quædam cauſæ exigant plures teſtes, quam duos, nulla tamen eſt, in qua unus ſufficiat quamtecumque ſit dignitatis. ext. de teſtib. licet. &, uniuerſis. &, cum a nobis. 4. q. 3. ſi teſtes. §. iuriſiurandi. eſt tamen caſus, in quo ſufficeret unus teſtis. ℟. in ſumma de pænitentia, in tit. de ſacramentis. §. poſt prædicta. uerſ. unus, quando dubitabatur.

[a] *In omni*] ibi dicitur, qđ in lege ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimonium eſt verum. idem habetur Io. 8. & Deut. 19.

[b] *Præſul*] Nam non damnatur præſul, niſi cũ ſeptuaginta duob' teſtibus: presbyter Cardinalis non ſine ſexaginta quatuor: diaconus non ſine quatuordecim: ſubdiacon', & inferiores non ſine ſeptem teſtibus cõdemnantur.

[c] *Requiruntur*] & debent eſſe rogati, non caſu conuenientes, vt in d. l. hac conſultiſsima.

[d] *Quinque*] ſiue rogati ſint, ſiue non.

[e] *Vel dic*] prima ſolutio verior eſt.

Qui filij sint legitimi, & qui non. 24

